Tercia pars de of
ficio misse in ey pro
pt liber Johis Beleth
in y de pyskowycze

הם פקודי משפחת
ואהרן על פי יהוה
כל הפקדים אשר
את הלוים למשפחתם
שנה ומעלה ועד
לעבד עבדת עבדה
ויהיו פקדיהם
ות ושמנים על
שה איש איש על
אשר צוה יהוה

מר צו את בני ישראל
צרוע וכל זב וכל טמא
לחו אל מחוץ
או את מחניהם
ו כן בני ישראל
מחנה כאשר דבר
בני ישראל

[illegible]
המאררים האלה ואתה כי שטית תחת אישך
וכי נטמאת ויתן איש בך את שכבתו מבלעדי
אישך והשביע הכהן את האשה בשבעת
האלה ואמר הכהן לאשה יתן יהוה אותך לאלה
ולשבעה בתוך עמך בתת יהוה את ירכך נפלת
ואת בטנך צבה ובאו המים המאררים האלה
במעיך לצבות בטן ולנפל ירך ואמרה האשה
אמן אמן וכתב את האלת האלה הכהן בספר
ומחה אל מי המרים והשקה את האשה את
מי המרים המאררים ובאו בה המים המאררים
למרים ולקח הכהן מיד האשה את מנחת
הקנאת והניף את המנחה לפני יהוה והקריב
אתה אל המזבח וקמץ הכהן מן המנחה את
אזכרתה והקטיר המזבחה ואחר ישקה את
האשה את המים והשקה את המים והיתה
אם נטמאה ותמעל מעל באישה ובאו בה
המים המאררים למרים וצבתה בטנה ונפלה

777

I

Tertia Pars de Officio Missae
Magistri Pauli de Ryskowicze.

Incipit prologus in libro de misteriis missarum solempnis et misterii sacrati domino Innocentio papa iii editus

Tria sunt in quibus precipue lex divina consistit: mandata, promissa, sacramenta. In mandatis est meritum, in promissis premium, in sacramentis adiutorium. *(margin: Nota)*

Sacramenta enim ad utrumque iuvant et ad exequendum mandatum et ad optinendum promissum. Verumtamen inter omnia sacramenta constat illud esse precipuum quod in officio misse super mensam altaris sacratissime celebratur, illud utique representans convivium in quo pater filio revertenti occidit vitulum saginatum, panem vite proponens et vinum quod miscuit sapientia. Hoc autem officium ipse Christus constituit cum heredibus suis novum condidit testamentum, disponens eis regnum sicut pater suus sibi disposuit, ut super mensam eius edant et bibant in regno quod ecclesia consecutum(?) est. Cenantibus enim illis cepit Ihesus panem et gratias agens benedixit et fregit, dedit que discipulis suis dicens: Accipite et comedite, hoc est enim corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Hac igitur institutione formam acceperunt apostoli sacrosanctum frequentare misterium, eam quam Christus expressit et formam servantes in verbis et materiam tenentes in rebus, sicut apostolus Corinthiis protestatur: Ego, inquit, accepi a Domino quod et tradidi vobis, quoniam Dominus Ihesus in qua nocte tradebatur accepit panem etc. Primus ergo Petrus apostolus celebrasse dicitur Anthiochie, in qua tres orationes in primordio nascentis ecclesie dicebantur. Cetera vero diversis temporibus et a diversis personis legimus adiecta, prout christiane religionis cultui gestientes decentius convenire. *(margin: petrus)*

Hoc enim officium tam provida reperitur ordinatione dispositum ut que per Christum gesta sunt et in Christum ex magna parte contineat, et quod ex quo de celo descendit usque dum in celum ascendit, et ea tam verbis quam signis admirabili quadam specie representat. Totum autem officium consistit in tribus: in personis, verbis, operibus et rebus. *(margin: officium dei consistit in iiii)*

Tres autem sunt ordines personarum: celebrantes, ministrantes et assistentes. Tres operum species: gestus, actus et motus. Tres diversitates verborum: orationes, modulationes et lectiones. Tres item sunt maneries: ornamenta, instrumenta, elementa. Hec omnia divinis sunt plena misteriis ac singula celesti dulcedine redundantia. Si diligentem habent inspectorem, qui norit sugere mel de petra oleumque de saxo durissimo. Quis autem novit ordinem celi et ponet rationes eius in terra? Puteus altus est in quo hauriam aquam non habeo, nisi porrigat ille qui dat omnibus affluenter et non improperat, ut inter medium montium pertranseuntium hauriam aquam in gaudio de fontibus salvatoris. Ego Lotharius divina dispensante gratia diaconus Innocentius(?), pulsans pulsato si forte clavis David aperire dignetur, ut introducar a rege in cellam vinariam, in qua supernum michi demonstretur exemplar quod fuit Moysi in monte monstratum. Temptavimus sacrosanctum altaris officium eo valeam revelante disserere qui linguas infantium facit disertas, cuius spiritus ubi vult spirat, dividens singulis prout vult, ad laudem et gloriam trinitatis, ad profectum et utilitatem legentium, ad meorum veniam et indulgentiam peccatorum. Si quid ergo dignum reperit in hoc opusculo divine gratie penitus ascribat. Nam omne datum optimum et omne donum perfectum de s(ursum). *(margin: lotharius)*

a p. l. Si quid indignum insufficie-
tie deputetur humane. Nam corpus
quod corrumpitur agrauat animam
et deprimit terrenam i. s. m. cogit
Consuetudinem aut applicet sedis
non illam quam olim legit habuisse
sed eam quam nunc habere dinoscitur
prosequendam disposui que dispo-
nente domino cunctarum ecclesiarum
caput est et magistra etc.

Incipiunt capitula prime particule

De sex ordinibus clericorum quibus
romanus pontifex secum quam
in missa ubi scilicet misterium ex-
plicatur ¶ De primicerio et cantoribus
ubi ostenditur qualiter primicerius in ecclesia
medius inter cantores consistit ¶ De
acolitis ubi quod sit eorum misterium
et unde processit assignatur ¶ De subdia-
conibus ubi traditur quod ipsi legem
continentie debent observare ¶ De
diaconibus ubi describitur quid ad eorum
spectat officium. Unde leuitarum ordo
tam in veteri quam in novo testamento
processit. et quare diaconus supra
sinistram fert oratorium. et quare
diaconi cardinales sequuntur roma-
num pontificem ¶ De maioribus et
minoribus sacerdotibus quorum differen-
tiam in veteri. quam in novo testamento
legitur ¶ De signis nomine episcopi et pre-
sbiteri. ¶ De principatu romani
pontificis ubi breviter ostenditur quod christus
ante passionem in passione et circa
passionem petro commisit principatum
ecclesie ¶ De differentia et convenientia potesta-
tum inter episcopos et presbiteros ubi for-
ma sacerdotalis ordinis exprimitur
et ostenditur qualis debeat esse sacerdos
¶ De generalibus et specialibus indumen-
tis pontificum et sacerdotum. ubi
que et quot sunt ostenditur et quorum mini-
sterium assignatur ¶ De legali-
bus indumentis secundum historiam ubi
quot et qualia sunt explicatur ponun-
tur etiam diversa nomina secundum diversita-
tes linguarum et que indumenta in
capite loco illorum gerit ¶ De typo
legalium indumentorum secundum allegoriam

¶ De vestimentis legalibus secundum tropo-
logiam ubi agitur primo de feminalibus ¶
De linea ¶ De zona ¶ De tunica ubi
agitur de malogranatis et tintinnabulis
aureis ¶ De superhumeralibus ubi agitur
de duobus horis et duobus onichinis
et xii nominibus filiorum israel et de duabus
cathenulis et duobus uncinis ¶
De rationali ubi agitur de quadratura ratio-
nabilis et duplicitate et de quatuor or-
dinibus lapidum et de xii lapidibus
¶ De cidari ubi agitur de lamina aurea
et de nomine domini tetragrammaton
¶ De varietate operis ubi agitur de quatuor
coloribus purpura cocco bisso et
iacincto ¶ De vestibus euangelii
sacerdotis ¶ De pontificalibus indu-
mentis secundum quod episcopo conveniunt ubi agi-
tur de caligis et sandalis et de ligu-
lis quoque quibus sandalia pedibus colli-
gantur ¶ De amictu quam ubi ostenditur
ratio cur idem in episcopo pro caldamictum
pedis et pannicium capitis designatur
¶ De alba ¶ De cingulo et succin-
ctorio de stola de tunica ¶ De dal-
matica ¶ De cirothecis ¶ De pla-
neta ubi agitur de anteriori et posterio-
ri parte planete ¶ De manipulo ¶
De mitra ¶ De baculo ¶ De anulo
¶ De septem psalmis cantandis dum
pontifex preparatur ¶ De pontifi-
calibus indumentis secundum quod moraliter
conveniunt ubi agitur de caligis et san-
daliis forma quoque sandaliorum exponitur
¶ De ablutione manuum ¶ De
amictu ubi agitur de duobus vasculis
quibus amictus ante pectus ligatur
¶ Quare romanus pontifex super albam
et orale crucem assumat ¶ De alba
¶ De zona et succinctorio ¶ De stola
¶ De tunica ¶ De dalmatica ¶
De cirothecis ¶ De planeta ¶ De ma-
nipulo ¶ De mitra ¶ De baculo
¶ De anulo ¶ De baculo ubi traditur
quare romanus pontifex non utatur
pastorali virga ¶ De pallio ¶ ubi
materia et forma secundum misterium exprimitur
¶ De armatura vestium et quid signi-
ficent pontificalia vestimenta ¶

De quattuor coloribus principalibus, quibus secundum proprietates dierum sacre vestes sunt distinguende. Incipit prima particula de sex ordinibus clericorum quos romanus pontifex secum habet in missa

Cum apostolice sedis antistes agit celebriter missarum solemnia, sex habet secum clericorum ordines, scilicet episcopos, presbiteros, diaconos, subdiaconos, acolitos, et cantores, ipso numero sacro manifestans perfectionem huius officii. Senarius enim numerus est perfectus, eo quod redditur ex suis partibus aggregatis. Unde sexto die perfecit deus celum et terram et omnem ornatum eorum. Et cum in plenitudine temporis sexta venisset etate, sexta die et sub hora sexta genus redemit humanum. Sed et sex ordines ministrorum legimus in veteri testamento: pontifices, sacerdotes, levitas, nathineos, ianitores, et psaltes, quos ex maiori parte distinxit Artaxerxes in epistola quam Esdre scribe direxit: Nos notum facimus de universis sacerdotibus et levitis, cantoribus, ianitoribus, nathineis et ministris domus dei, ut eis vectigal et tributum et annona nullatenus imponatur.

De primicerio et cantoribus

Quod quidam precipui cultum dei volentes solemnius ampliare, cantores instituerunt, qui coram archa federis domini musicis instrumentis et modulatis vocibus decantarent, inter quos precipui fuerunt Heman, Asaph et Ethan. Sed omnium primus Heman, cuius vicem in ecclesia nunc obtinet primicerius, qui cantoribus est prelatus. Unde legitur in Paralipomenon: Isti sunt quos constituit David super cantores domus domini, stantes iuxta ordinem suum in ministerio. De filiis Caath Heman cantor filius Iohel, et a dextris eius Asaph filius Barachie, ad partem sinistram autem Ethan filius Chusi. Debent ergo cantores consonis vocibus et suavi modulatione concinere, quatenus animos audientium ad devotionem dei valeant excitare etc.

De acolitis capitulum sextum

Acoliti vero qui latine ceroferarii dicuntur ab Aaron et filiis eius ministerii sui possunt sumere exemplum. Scriptum est enim in Exodo: Precipe filiis Aaron ut offerant oleum de arboribus olivarum purissimum, piloque contusum, ut ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonii et collocabunt eam Aaron et filii eius, ut usque mane luceat coram domino. Quod ergo sacerdotes tunc agebant, hoc acoliti nunc faciunt in ministerio luminarium. Multa quippe non solum in novo, sed et in veteri testamento legi mosaice superaddita legimus et immutata. Unde dicitur in primo libro Paralipomenon: Non est officium levitarum ut ultra portent tabernaculum et omnia vasa ad ministrandum. Acoliti cereos ferunt accensos dum legitur evangelium, non ut tenebras illuminent, sed ut preconium lucis opera ostendant. Hoc officium dominus testatur se habuisse cum dicit: Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite etc.

De subdiaconibus capitulum

Subdiaconi nathinei prius in ecclesia dicebantur, de quibus in Esdra legitur, quod Esdras desiderat nathineos ad ministeria levitarum. Porrecte dicuntur ypodiacones, ex quorum ordine fuit Nathanael, quem deus in evangelio commendavit: Ecce vere Israhelita in quo dolus non est. Nathinei vero dicuntur quasi in humilitate domino servientes. De quibus recte patribus placuit, ut qui ministeria sacra contrectant, legem continentie debeant observare, sicut scriptum est in Ysaia: Mundamini qui fertis vasa domini. Horum officio dominus uti dignatus est, cum post cenam discipulis recumbentibus mittens aquam in pelvim lavit pedes discipulorum et linteo quo precinctus erat tersit.

De diaconibus rubrica est

Ordo diaconorum a tribu Levi sumpsit exordium. Unde dominus ad Moysen

locutus est dicens. applica tribum
leui et fac stare in conspectu sacer-
dotis aaron et ministrent ei, et
excubent et obseruent quicquid ad cul-
tum pertinet coram tabernaculo
testimonii ut custodiant vasa taber-
naculi seruientes in ministeriis. a
xxv annis et supra iussi in tabernaculo
deseruire, tamquam etatis ad onera portan-
da qui possent archam federis, mensam,
propositionis, vasa tabernaculi deportare. quod
et in nouo testamento recolitur, cum
a diaconibus super sinistrum humerum
stola ponitur et in diebus ieiunii
supra eundem humerum casula plicatur
quia quicquid laboris in hac vita suffe-
rimus tamquam in sinistro portamus
donec a sinistra transeamus ad dex-
teram, in qua requiem habeamus.
hinc etiam diaconi cardinales in sacro
lateranensi altaris super humeros suos
in die cene deportant et reportant
in sabbato. ipsi summum pontificem ve-
lud archam federis leuite portantes.
Ceterum in nouo testamento sumpsit
initium ab apostolis. hii septem viros
boni testimonii, plenos spiritu sancto dia-
conos elegerunt, oratione premissa per
impositionem manuum ordinauerunt.
hii sunt in apocalipsi septem angeli
tuba canentes. hii septem candelabra
hii voces tonitruorum qui preconem annun-
ciant, predicant euangelium, mensam
componunt, offerunt eucharistiam etc. i. quia licet
humiliter tamen excellenter ad eorum pertinet
ministerium. hoc officium christus exercuit
cum post cenam sacramenta confecta
propriis manibus dispensauit. et cum dor-
mientes excitauit apostolos ad orandum
vigilate et orate inquit ne intretis
in temptationem etc. De maiori-
bus et minoribus sacerdotibus

Sacerdotalis ordinis institutio a
veteri lege sumpsit exordium
secundum quod deus precepisse moysi
legitur. applica inquit fratrem tuum
aaron cum filiis suis de medio filio-
rum israel ut sacerdotio fungantur. in-
uenimus sacerdotes ante legem fuisse
legitur. vnde melchisedech sacerdos
dei altissimi legitur extitisse. cui
decimas ex omnibus spoliis abraham
tamquam sacerdoti persoluit. erant multi
minores sacerdotes, quos cananeos
communiter appellabant. vnus autem erat
summus sacerdos quem vocabant specialiter
archabarchim. porro dauid xxiiii sacer-
dotes summos instituit, xvi de eleazar
et octo de thamar, quibus tamen omnibus vnum
prefecit quem statuit principem sacerdotum
singulis autem per sortem vices sic diuisit
ebdomadas, quarum octaua peruenit
abie de qua genere zacharias pater iohan-
nis baptiste descendit. Preterea in
nouo testamento christus ipse maiores sacer-
dotes instituit, videlicet xii apostolos et
lxxii discipulos, quos premittebat binos
in omnem ciuitatem et locum in quo ipse
erat venturus. sicut enim pontifices sum-
mos excellentis ipsius in locum prefecit
sic ad eorum societatis et operis adiumen-
tum sequentis ordinis viros et secunde
dignitatis elegit. Nam in eleazaro et
thamar filiis aaron paterne transfudit
plenitudinis abundantiam, ut ad ho-
stias salutares et frequentioris officii
sacramenta ministrorum sufficeret sacer-
dotum, et in heremo per lxx prudentium
prudentum mentes moysi spiritum propaga-
uit, quibus ille vsus in populo innumerabiles
multitudines facile gubernauit. Sic
etiam christus apostolis suis discipulos tradi-
dit, quibus illi totum orbem sanctis
predicationibus impleuerunt. apostolorum
itaque vices maiores optinent sacer-
dotes, i. episcopi. discipulorum vero minores
i. presbiteri etc. De discretione nominum
episcopi et presbiteri.

Nomen autem episcopi plus sonat one-
ris quam honoris. episcopus enim grece sup-
erintendens interpretatur, speculatoris
gerens officium. Unde ad deum inquit
propheta. fili hominis speculatorem dedi
te domui israel. ut qui plebi sibi com-
misse non negligenter incumbit, sed
diligenter inspiciat. ob hoc inquit apostolus
certum episcopatum desiderat bonum opus de-
siderat. non dicit honorem sed opus
quia episcopus non tam ut presit, quam ut

profit eligitur. Presbiter autem dicitur
non ab etate, sed a prudentia. Pre-
sbiter enim grece, latine senior intelligitur.
Senectus enim venerabilis est non diutur-
na, nec annorum numero computata. Ca-
ni sunt sensus hominis et etas senec-
tutis vita immaculata. Nam et
dominus inquit ad Moysen: Congrega michi
septuaginta viros de senioribus Israel quos tu
nosti quia seniores populi et magistri sint.

De primatu romani pontificis.

Omnibus autem apostolis Christus unum prepo-
suit, videlicet Petrum, cui to-
tius ecclesie principatum et ante
passionem et circa passionem et post
passionem commisit. Ante passionem
cum dixit: Tu es Petrus et super hanc
petram edificabo ecclesiam meam, et
porte inferi non prevalebunt adversus
eam, et tibi dabo claves regni celorum.
Licet enim apostolis universis communiter dixe-
rit: Quorum remiseritis peccata remittuntur
eis, et quorum retinueritis retenta
sunt, principaliter tamen Petro concessit:
Quodcumque ligaveris super terram erit li-
gatum et in celis, et quodcumque solveris
super terram erit solutum et in celis. Pe-
trus ergo potest ligare ceteros, sed ligari
non potest a ceteris. Nam illis particulariter
dictum est: Quorum remiseritis peccata
remittuntur eis. Huic tamen singulariter dicitur: Quod-
cumque ligaveris super terram erit ligatum et
in celis etc. Circa passionem vero cum
specialiter dixisset dominus omnibus: Simon,
ecce Sathanas expetivit vos ut cribra-
ret sicut triticum, singulariter tamen pro
Petro subiecit: Ego autem rogavi pro
te ut non deficiat fides tua. Statim
quoque precepit: Et tu aliquando conversus con-
firma fratres tuos. Post passionem
autem cum tercio quesisset a Petro: Si-
mon Johannis diligis me plus his?
et ille tercio respondit: Domine, tu enim scis
quia amo te, tercio quoque precepit: Pasce
oves meas. Statim quoque subiungit:
Sequere me. Petrus enim secutus est
Christum non solum in genere martirii, sed
etiam in ordine magisterii. Quod Christus
ostendit cum ait: Tu vocaberis Cephas,
licet enim Cephas secundum unam linguam
interpretetur Petrus, secundum alteram tamen ex-
ponitur caput. Nam sicut caput in se
plenitudinem sensuum habet, cetera vero
membra partem suscipiunt plenitudinis,
ita ceteri sacerdotes vocati sunt in partem
vocati sunt sollicitudinis, sed summus
pontifex assumptus est in potestatis pleni-
tudinem. Ad Petrum ergo tanquam ad
magistrum pertinet ceteros confirmare,
cuius fides in nulla temptacione deficit.
Fides enim apostolice sedis supra firmam
petram stabili soliditate fundata
nullis unquam sordibus errorum potuit
inquinari, sed absque ruga manens
et macula pro necessitate temporum a ceteris
maculas detergit errorum. Hinc est
etiam quod non sine magni misterii sacra-
mento cum Christus [illegible] interro-
gasset apostolos: Vos autem quem me
esse dicitis? solus Petrus qui primus
et pocior respondit pro omnibus: Tu es
Christus filius dei vivi. Cum ex timore
periculi ceteri terrerentur apostoli, solus
Petrus descendit intrepidus ut
super undas maris ad dominum ambu-
laret. Et cum multi discipulorum abi-
issent retro dicentes: Durus est hic
sermo, dixit Jhesus xii: Numquid et
vos vultis abire? Respondit ei Simon
Petrus: Domine ad quem ibimus?
verba vite eterne habes, et nos credi-
dimus et cognovimus quia tu es Christus
filius dei vivi. Cum Christus respectis
discipulis dixit Simoni Petro: Si pec-
caverit in te frater tuus, vade et cor-
ripe eum inter te et ipsum solum etc.
Cumque Petrus dixisset: Domine
quociens peccabit in me frater meus,
dimittam ei septies? Respondit ei Jhesus:
Non dico tibi septies, sed usque septua-
gesies septies. Et cum omnes apostoli
fugam arriperent, solus Petrus e-
ducto gladio percussit servum pon-
tificis et dexteram eius auriculam
abscidit. Cumque post resurrectionem
alii discipuli navigio venissent ad dominum,
Petrus succinctus se misit in mare.

Vt inter undas ad eum accederet. qua (Petrus) cum Christus resurrexisset a mortuis, ante Petro quam ceteris ostendit se apostolis. quia secundum apostolum ... visus est Cephe. post hec undecim. deinde plus quam quingentis fratribus simul etc.

De differencia et convenientia inter episcopos et presbiteros

Constat autem inter episcopos et presbiteros quod ad omnes sacerdotes communiter pertinet. cathezizare. baptisare. predicare. conficere. solvere et ligare. Sed ad pontifices specialiter spectat clericos ordinare. virgines benedicere. pontifices consecrare. manus imponere. basilicas dedicare. degradandos deponere. Sinodos celebrare. crisma conficere. vasa et vestimenta ecclesiastica sacrare. simplici manu populum benedicere. Vnguntur autem manus presbiteris ab episcopo. ut cognoscant hoc sacramentum se per spiritum sanctum accipere graciam consecrandi. Vnde cum eas ungit episcopus dicit. Consecrare et sanctificare digneris domine manus istas per istam unctionem et benedictionem nostram ut quecumque consecraverint consecrentur. et quecumque benedixerint benedicantur in nomine domini. Vnguntur autem manus presbiteris ut opera misericordie pro viribus ad omnes declarent exterius. Per manus enim opera, per oleum misericordia designatur. Vnde samaritanus appropians vulnerato vinum super infudit et oleum. Veruntamen et maiores et minores sacerdotes generaliter in quibusdam vicem gerunt summi pontificis .i. Christi. dum precibus obsecrant. et peccatores per penitenciam reconciliant. Vnde dicit Apostolus Deus erat in Christo. mundum sibi reconcilians. et posuit in nobis verbum reconciliationis. obsecramus pro Christo reconciliamini deo. Mediatores enim sunt sacerdotes inter deum et homines. dum et precepta dei populo deferunt predicando. et vota populi deo porrigunt supplicando. quocirca tales debent esse sacerdotes. ut et deo sint grati et hominibus accepti sint. nam ut inquit apostolus mediator non est unius. discordes enim reconciliare non potest qui sibi utrimque societatis et amicicie vinculo non est consors. Si enim is qui displicet ad intercedendum mittitur irati iudicis animus ad deteriora provocatur. Hinc post invocationem spiritus sancti super utrumque humerum stolam accipiunt ut et hoc intelligant se per arma iusticie a dextris et sinistris esse munitos quatenus nec adversis frangantur. nec prosperis eleventur. Vnde cum stolam accipiunt dicit eis episcopus. accipite iugum domini. Iugum enim suave est in prosperis et onus eius leve in adversis. Accipiunt quoque calicem et patenam de manu pontificis, accipe ut per hec instrumenta potestatem se accepisse cognoscant placabiles hostias offerendi. Vnde cum hec episcopus tradit. accipite inquit potestatem offerre sacrificium deo. missamque celebrandi tam pro vivis quam pro defunctis in nomine domini. Officio sacerdotis Ihesus est functus quando post cenam panem et vinum in corpus et sanguinem suum divina virtute convertit. Accipite enim inquit et comedite hoc est corpus meum. Hoc facite in meam commemorationem. [illegible] autem Ihesus est hoc officio cum precium humani generis semetipsum in ara crucis obtulit idem ipse sacerdos et hostia.

De communibus et specialibus indumentis pontificum et sacerdotum.

Et communitas et specialitas potestatis inter episcopos et presbiteros ipso innuitur communium et specialium vestium designatur. Sex enim sunt indumenta communia episcopis et presbiteris. videlicet amictus et alba. cingulum. stola. manipulus et planeta. quia in ipsis sex sunt in quibus quasi presbiterorum et episcoporum potestas consistit. videlicet cathezizare. baptisare. predicare. conficere. solvere et ligare. Novem autem pontificum sunt specialia. videlicet caligae. sandalia. succinctorium. tunica. dalmatica. mitra. cirotece. anulus et baculus. quia nimirum novem sunt in quibus specialis episcoporum consistit potestas. videlicet clericos ordinare. virgines benedicere. pontifices consecrare. manus imponere. basilicas dedicare. degradandos deponere. Sinodos celebrare.

chrisma conficit, vestes et vasa con-
secrat. Pallium quoque metropolitanorum
et primatum et patriarcharum est proprium
quod plenitudinis obtinuit dignitatem. Hoc
autem tam in veteri quam in novo testa-
mento legimus constitutum, ut pontifi-
ces praeter communes vestes haberent specia-
les; et ibi quatuor erant communes et quatuor
speciales; hic autem vi sunt communes et novem
speciales. Hoc autem mystica ratio postula-
bat: nam illa data sunt carnalibus et
iudaeis; haec autem data sunt spiritualibus et
perfectis. Quaternarius enim convenit carni
propter quatuor humores, necnon propter quatuor elementa.
Senarius autem perfectis, quia primus est perfectus
qui redditur ex suis partibus aggrega-
tis. Unde sexta die perfecit Deus caelum
et terram et omnem ornatum eorum.
Novenarius spiritualibus, quia novem sunt
ordines angelorum qui secundum prophetam per
novem species lapidum designantur. Quin-
decim quae sunt ornamenta pontificis,
quindecim gradus virtutum ipso numero designa-
cia, quos per quindecim cantica graduum psal-
mista distinxit. Vestes enim sacerdota-
les virtutes designant, quibus debet sacer-
dotes ornari, secundum illud propheticum: Sa-
cerdotes tui induantur iustitia et sancti tui etc.

De legalibus indumentis secundum historiam

Quatuor erant indumenta legalia
tam minoribus sacerdotibus quam princi-
pi sacerdotum communia. Primum di-
cebatur manachas, quod est bracae,
latine femoralia dici possunt, de bysso
retorta contexta. Secundum cethemone,
quod nos lineam sive subuculam; sed
Moyses abanech appellavit. Hebraei
quoque docti a Babyloniis cinusan, cim-
sanctas vocavit. Tertium balteus,
i. zona sive cingulus latus quasi digitis
quatuor, sic reticulatus ut quasi pellis
viperae videatur, contextum de bysso,
cocco, purpura et iacincto. Quar-
tum tiara, quod Hebraei mainphet; nos
autem infulam appellamus, quae a tiara
pontificali plurimum differebat, quae formam
rotundae cassidis repraesentans. Super haec
quatuor generis indumentis utebatur

pontifex. Primum erat tunica iacinctina, quam
Hebraeus dicit mecthe, graece dicitur po-
deris, latine talaris. Habebat autem pro
fimbriis malogranata cum tintinnabulis
aureis inter scalari modo disposita, ut
audiretur sonus cum pontifex ingre-
deretur sanctuarium, ne forte moreretur.
Secundum autem est ephot, i. superhumerale,
de quatuor praedictis coloribus auro quoque con-
textum, sine manicis ad modum colobii
hominis aptatum in pectore quadratae ad
magnitudinem. In qua logion eiusdem
mensurae inserebatur. In cuius parte superiori
super humeros insibulati erant auro duo
lapides onichini, in quibus xii nomina
filiorum Israel erant insculpta, sex in uno
et sex in alio. Quod autem Samuel et Da-
vid induti leguntur ephot, hoc erat lineum
et simplex quod ephot bad dicebatur. Tertium he-
braice dicebatur hosen, graece logion, latine rationale
~~rationale~~ vocabatur, quadrangulum duplex
de quatuor praedictis coloribus auro quoque con-
textum, habens xii lapides per ordines
~~contextum~~ quatuor. In primo sardium,
topazium et smaragdum. In secundo
carbunculum, saphirum et iaspidem.
In tertio ligurium, achaten et ame-
thistum. In quarto crisolitum, onichi-
num et berillum, in quibus erant de-
scripta xii nomina filiorum Israel in sin-
gulis singula. Erant enim scripta haec
duo nomina: urim et thummim, i. ve-
ritas et doctrina. Inserebatur autem lo-
gion superhumerali a superiori parte per
duos anulos et duas ~~cath~~ catheni-
las aureas immissas duobus uncinis
quibus sub duobus praedictis onichinis
in superhumerali continebantur; inferius
ab inferiori parte per duos anulos au-
reos cum duabus vittis iacinctinis
colligabatur ephot. Ultimum capitis
ornamentum erat cidaris, i. mitra
in acutum procedens, habens circulum
aureum cum malogranatis et flo-
ribus; de ante super frontem pendebat
lamina aurea quasi patulo debet ad
modum lunae dimidiae, in qua scrip-
tum erat anotir adonai, i. sanctum nomen

domini tetragrammaton, id est quatuor litterarum: he, ioth, he, vau; nam in quo [illegible] monebatur pontifex moneatur. Et lamina colligabat mitra iacinctina perspicua, que sinuatos posteriores diffundebat. Nunc autem pontifex pro femoralibus habet sandalia, pro linea albam, pro baltheo cingulum, pro poderi tunicam, pro ephot stolam, pro logion pallium, pro cidari mitram, pro lamina crucem; et quedam habent ex his diversam formam.

De typo legali vestimentorum secundum allegoriam

[I]n his vestibus ornatus pontifex totius orbis preferebat imaginem. Femoralia namque byssina terram congrue significabant, quia byssus de terra procedit. Baltheus cum incastris et nascaliis circumvolutus oceanum designabat. Tunica iacinctina ipso colore aerem preferebat; per tintinnabula sonus tonitruum, per malogranata coruscationes fulgurum designat. Quatuor indumenta sacerdotis et quatuor simul pontificis indumenta quatuor microcosmi et quatuor macrocosmi partes ipso numero designabat, id est quatuor humores et quatuor elementa. Ephot sui varietate celum sidereum ostendebat; quod autem aurum erat in terciis coloribus significabat quod calor vitalis penetrat universa. Duo lapides onichini solem et lunam, vel duo emisperia denotabant. Duodecim gemme pectoralis duodecim signa in zodiaco preferebant. Rationale quod erat in medio, quia ratione plena sunt omnia, que terrena celestibus herent; immo ratio terrenorum et temporum, et caloris et frigiditatis et [illegible] temporis de celi cursu et ratione descendit. Per anulos, catenulas et uncinos elementorum et temporum colligamenta signantur. Cidaris celum empireum, lamina supposita deum significat omnibus presidentem. Hanc quidem allegoriam libri sapientie confirmabat auctoritas dicens: In veste poderis quam habebat summus pontifex totus erat orbis terrarum et parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, et magnificentia tua.

De vestimentis legalibus secundum tropologiam

[H]is indumentis legalibus sacerdos induebatur hoc ordine. Lotis prius manibus et pedibus induebat manachasim, id est femoralia, significans quod sacerdos mundatus operibus et affectionibus lacrimis prius debet assumere continentiam, ut offerat hostiam immaculatam, sanctam, deo placabilem. Nunc autem pontifex, quia iugiter debet habere continentiam, non induit in sacrificio femoralia, sed sandalia, ac si dicatur, quasi diceret: qui lotus est non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus.

De linea sequitur capitulum

[S]ecundo induebat cathemonem, id est lineam, significans quod sacerdos debet induere innocentiam, ut quod non vult sibi fieri, alii non faciat. Linea enim propter candorem significat innocentiam secundum illud: Omni tempore sint vestimenta tua candida.

Sequitur de zona ut sic

[T]ercio cingebat se baltheo, significans castitatem, qua circa lumbos debet accingi, ut restringat concupiscentiam. Unde veritas ait: Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris, et vos similes etc.

Sequitur rubrica de tunica

[Q]uarto induebat tunicam poderim, id est talarem, significans quod pontifex debet induere perseverantiam, quia qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Per talum enim extremitate perseverantia designatur, secundum illud: Ipsa conteret caput tuum et tu insidiaberis calcaneo eius.

[D]ependebant autem pro fimbriis malogranata cum tintinnabulis aureis. Per malogranata intelligitur operatio, per tintinnabulum aureum accipitur predicatio, que duo debent in sacerdote coniungi, nec sine illis ingrediatur sanctuarium. Cepit enim Ihesus facere et docere, sacerdotibus relinquens exemplum, ut sequantur vestigia eius, qui peccatum

nos facit, ut sit honestas in conversatione, nec inutilis est doctrina oris eius ut sit puritas in predicacione etc.

De superhumerali post capitulum

uinto induebat ephot id est superhumerale, significans quod pontifex debet habere pacienciam, ut in paciencia possideat animam suam, humeris enim onera supportantur secundum illud: Supposuit humerum ad portandum et factus est tributis serviens.

abebat autem duas oras iunctas in utroque latere summitatum id est per duas extremitates sicut alibi dicitur: longum descendisse in oram vestimenti. Per hoc significatur quod pontifex debet habere arma iusticie a dextris et a sinistris ut non erigatur prosperis nec deprimatur adversis etc.

abebat autem et duos lapides onichinos insertos humeris in quibus erant nomina sculpta xii filiorum Israel, sex in uno, et sex in alio. Per duos onichinos significatur unitas et sinceritas, veritas per claritatem, sinceritas per sollicitudinem, per filios Israel significantur sancta desideria et iusta opera secundum illud: Maledictus homo qui non relinquerit semen in Israel. Per senarium significatur perfectio, eo quod sexta die perfecit deus celum et terram et omnem ornatum eorum, cum ergo sex nomina filiorum Israel sculpta erant in lapide uno, et sex in alio, significatur quod desiderio sacerdotis et opera perfici debent non in fermento malicie et nequicie sed in azimis sinceritatis et veritatis, ut sinceritas formet intencionem et veritas finem. Habebat et duas cathenulas auri purissimi sibi invicem coherentes, que duobus inserebantur unci-nis, significans quod pontifex debet habere duos caritatis affectus ad deum scilicet et ad proximum. De quibus dicitur: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et proximum tuum sicut teipsum. Sicut enim aurum preeminet

omnibus metallis, ita caritas excellit universas virtutes. De qua dicit apostolus: Maior horum est caritas. Duo preterea sunt intencio et finis, quibus cathenule inseruntur, ut tam deum quam proximum diligat ex corde puro et consciencia bona et fide non ficta et tam deum quam proximum diligat propter beatitudinem, deum propter seipsum, et proximum propter deum.

De rationali rubrica

exto induebat logion id est racionale, significans quod pontifex debet induere discrecionem, per quam discernat inter lucem et tenebras, inter dextram et sinistram, quia non est conventio lucis ad tenebras, neque Cristi ad Belial etc.

rat autem racionale quadrangulum, significans quod pontifex debet discernere inter quatuor, inter verum et falsum, ne decipiatur in credendis, inter bonum et malum ne deviet in agendis. Erat et duplex quia debet discernere pro duobus, pro se videlicet et pro populo, ne si cecus cecum ducat, ambo in foveam cadant. Habebat et quatuor ordines lapidum significans quod pontifex debet habere quatuor principales virtutes, iusticiam, prudenciam, fortitudinem, temperanciam. In singulis autem ordinibus habebat tres lapides significans quod pontifex debet habere in primo fidem, spem et caritatem. In secundo debet habere modestiam, mansuetudinem et benignitatem. In tercio debet habere pacienciam, longanimitatem et largitatem. In quarto debet habere vigilanciam, sollicitudinem et longanimitatem. Per lapides enim significantur virtutes secundum illud: Alius edificat aurum et argentum et lapides preciosos.

De cidari

ummus capitis ornatus erat cydaris vel tiara quam ultimo pontifex assumebat, significans humilitatem. De qua dominus ait: Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. Hanc gestabat in capite, significans quod pontifex de-

here humilitatem in mente. exemplo
capitis nostri dicentis. discite a me
quia mitis sum et humilis corde
. Per caput enim mens intelligitur secundum
illud unge caput tuum et faciem
tuam lava etc.

d e cidari pendebat a fronte
lamina aurea. significans sa-
pienciam in qua scriptum erat
. nomen domini tetragramaton. i.
quatuor litterarum. he. ioth. heth. vau
. i. principium vite passionis iste.
acsi diceretur principium ille cuius ponti-
fex iste gerit personam. scilicet christus est
principium. i. auctor vite passionis
. i. vite restaurate per passionem. qui
mortem nostram moriendo destruxit
et vitam resurgendo reparavit etc.

De varietate operis rubrica

c rant autem hec instrumenta pro
maiori parte contexta opere polimi-
to. i. vario propter varietatem vir-
tutum. de qua david ait. Astitit
regina a dextris tuis in vestitu de-
aurato circumdata varietate. con-
texta vero de quatuor preciosis coloribus
. purpura. cocco. bysso. iacincto
. per purpuram regie dignitatis. significatur
pontificalis potestas. que regia via de-
bet incedere. ne declinet ad dexteram. nec
declinet ad sinistram. ne liget dignos
nec solvat indignos. per coccum coloris
ignis significatur pontificalis doctrina
que dicit ignis lucere debet et urere
. urere quod bis tinctus fuisse narratur. lucere
debet per promissionem. ut omnis qui
relinquerit patrem aut matrem etc. ce-
nat. n. c. pz incēe debet per commi-
nacionem ut omnis arbor que non facit
fructum bonum excidetur et in ignem mi-
ttetur. per byssum candoris eximii figuratur
claritas fame que debet esse retorta ut
pontifex habeat bonum testimonium secundum
apostolum. et ab hiis scilicet qui sunt intus et ab
hiis qui sunt foris. per iacinctum coloris
aeris significatur serenitas consciencie
. quam intra se pontifex debet habere secundum
quod dicit apostolus Gloria mea hec testimonium
consciencie nostre. De vestibus evan-
gelici sacerdotis et ponti. capitulum

v estes autem evangelici sacerdotis.
aliud significant in capite. aliud
quod significant in membris. nam
et caput et membra sacerdotis nomine
nuncupantur. ad caput ait David. tu es
sacerdos in eternum secundum ordinem mel-
chisedech. ad membra vero dicit apostolus.
vos estis genus electum regale sacer-
docium. vestes igitur exponende sunt cum
mysteria. in primis que capiti congruunt. ac
deinde secundum quod membris conveniant etc.

De pontificalibus indumentis secundum quod christo conveniunt

p ontifex generaliter suo officio capitis
christi cuius membrum est representans per-
sonam. dum pedibus assuit san-
dalia illud dominice incarnationis insinu-
at calciamentum de quo dominus dicit in psal-
terio. In ydumeam extendam calciamen-
tum meum. i. in gentibus notam
faciam incarnationem meam. venit
enim ad nos calciata divinitas. ut pro no-
bis dei filius sacerdocio fungeretur. per
ligulas quibus ipsa calciamenta pedibus
astringuntur illud idem accipimus quod per
corrigiam calciamenti Johannes baptista
signavit cum ait Non sum dignus
corrigiam calciamenti eius solvere. unio-
nem igitur ineffabilem copulam insolu-
bilem qua verbi divinitas carni me
se coniunxit per sandaliorum corrigias
intelligimus. mediantibus autem caligis
pedes sandaliis coniunguntur. quia anima
mediante carni divinitas est unita.
Sicut enim pes corpus sustentat. ita divini-
tas mundum gubernat. unde adorate
scabellum pedum eius est necesse etc.

De amictu rubrica sequitur ut sic

a mictus quo sacerdos caput suum
obumbrat illud significat quod in apoka-
lipsi describitur. angelum domini
fortem descendisse de celo amictum
nube et in ipsa extra apparebit dominus
super nubem candidam. venit enim
ad salvatorem mundi dei filius. angelus
magni consilii. amictus est nube
dum divinitatem abscondit in carne

Nam caput viri . xpus caput xpi
deus . hic ergo eternus latibulum sacerdo-
tis amictus significat . qui per illam
sindonem gessisse designatur . qua
summus pontifex caput obducit et pulcre
ergo quod calciamentum pedis . hic ipsum per
amictum capitis designatur . qui deita-
tis et in carne latuit . et per carnem
innotuit Nam cum notus esset in iudea
deus in israel magnum nomen eius
. In ydumeam extendit calciamentum
suum et ante conspectum suum revelat
iustitiam suam **de alba rubrica** ;.

a Alba lineum vestimentum longis-
sime distans a tunicis pelliceis
que de mortuis animalibus sunt .
quibus adam vestitus est post peccatum . no-
vitatem vite significat . quam xpus
habuit et docuit et tribuit in baptismo
De quo dicit apostolus Exuite veterem hominem
cum actibus suis et induite novum
. qui secundum deum creatus est . Nam et
in transfiguratione resplenduit facies
eius sicut sol . et vestimenta eius facta
sunt alba sicut nix . semper enim vestimen-
ta xpi munda sunt et candida quia peccatum
non fecit . nec inventus est dolus in ore
eius **de cingulo et succinctorio** ;.

3 Zona sacerdotalis illud significat quod
Johannes apostolus ait . Conversus
vidi similem filio hominis precinctum
ad mamillas . zona aurea . per zonam
auream perfecta xpi caritas designatur
. de qua dicit apostolus . supereminentem scientie
caritatem xpi fervescentem in corde radian-
tem . In opere cuius succinctorium illud
significat quod ysaias de xpo loquens ait
Erat iustitia cingulum lumborum eius
et fides cinctorium renum eius Nam
iustus dominus et iustitias dilexit equitatem
vidit vultus eius . fidelis dominus in omnibus
verbis suis et sanctus in omnibus operibus
suis . due summitates zone . due partes
naturalis iustitie . quam xpus et fecit et
docuit . quod tibi non vis fieri . alii ne
feceris et quecumque vultis ut faciant vo-
bis homines et vos facite illis
De stola rubrica sic ponitur ista

s Stola que super amictum collo sa-
cerdotis imponitur . obedientiam
et servitutem designat . quam quia
dominus omnium propter servorum salutem
suscepit . Nam cum in forma dei esset
non rapinam arbitratus est esse se equalem deo . sed semetipsum
exinanivit formam servi accipiens . factus obediens usque
ad mortem . mortem autem crucis .
Causam tamen ipse mortis . nec contraxit
origine . nec commisit in opere . quia quod
non rapuit hoc exsolvit . dedit enim illi
calicem pater . non iudex . amore non
ira . voluntate . non necessitate . gratia
non vindicta . hic est ille iacob qui
parens precepto patris ysaac et consi-
lio matris rebecce . servivit laban ut
rachel et liam duceret in coniugium
Sequitur rubrica de tunica ut sic ;.

t Tunica poderis que iacinctini co-
loris erat in veteri sacerdotio .
tintinabulis et malis punicis
ab inferiori parte pedetenus . ut pontifex
totus vocalis incedat . celestem et do-
ctrinam insinuat . cuius noticiam hominibus
omnes . quibus dicit per ysaiam . In mon-
tem excelsum ascende tu qui evangeli-
zas syon . propterea in hac tunicam fuit
evangelizare regnum et pro doctrine sapientia
dei xpus dominus ihesus et dedit illam apostolis
suis . omnia inquit quecumque audivi a
patre meo nota feci vobis . hanc ergo
significavit illa tunica domini quam
noluerunt milites scindere eo quod esset
inconsutilis desuper contexta per totum
. damnabiliter igitur modernos existimantes
si qui doctrinam evangelicam scinde-
re molientur **de dalmatica rubrica**

s Super hanc tunicam pontifex vestit
dalmaticam . que sui forma latam
et largam manum xpi significat
quam ipse fecit et docuit et impendit
estote inquit misericordes sicut et pater
vester misericors est . Ubi namque misericor-
des qui xpi manum consequentur . iudicium
enim sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam
. et misericordia superexaltat iudicium . ergo di-
mittite et dimittetur vobis Sic inquit
orabitis Dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus debitoribus
nostris . hic est ergo samaritanus ille
proximus meus . qui fecit nobiscum

nec s
nam sic et levamus cum prosequebatur
et stadium percurrit, quia sic erat
in patria et in via, nemo

iniam sup infundens vlceribus miseri
primum et oleum nam per misericordiam
dei nostri in quibus visitavit nos ori-
ens ex alto, qui non ex operibus iust.
q. f. n. s. s. s. m. s. n. f. pro
peccatoribus venit ut de peccatis venia
indulgeret, iniam inquit volo et non
sacrificium **de cirothecis rubrica**

Cirothece sunt edorum pellicule
quas iacob manibus rebecca
circumdedit ut pilose manus
similitudinem maioris exprimerent. pellis
edi similitudo peccati quam rebecca. i. spiritus
sanctus quod manibus. i. operibus christi cir-
cumdedit ut similitudinem maioris. i. fortis
ade. secundus exprimeret. christus enim similitu-
dinem peccati sine peccato suscepit. ut in
carnationis misterium dyabolo celaret
. nam ad similitudinem peccatorum esuri-
vit et sitivit, doluit et expavit, dor-
mivit et laboravit. nam cum ieiuna-
sset xl diebus et xl noctibus ac postea
esurisset, accedens ad eum dyabolus
cum ad similitudinem ade fortis temptat
sed ipse qui fortem vicerat eisdem modis
victus est a secundo **de planeta**

Casula vel planeta magni sacer-
dotis est. universalis caritas de qua
dicit apostolus quicunque in christo bapti-
sati estis christum induistis. hoc est illud
aaron per unctum, cuius in oram
descendit unguentum, sed a capite
descendit in barbam, et a barba deflu-
xit in oram, quia de plenitudine eius
spiritus, omnes accepimus, secundum apostolum
, per modum cecidit. quod autem casula cum
unica sit et integra et per extensionem
manuum in anteriorem et posteriorem
partem quodam modo designat et antiquam
ecclesiam que passionem christi precessit et
novam que passionem christi subsecuta est
, nam et qui preibant et qui sequebantur
clamabant dicentes. osanna filio da-
vid benedictus qui venit in nomine
domini **de manipulo rubrica sequitur**

Quod sacerdos manipulum portat
in levam designat quod christus
brevium opinebat in vita per
manipulum enim premium designatur
iuxta quod legitur venientes autem venient
cum exultatione portantes manipulos
suos per levam vita presens accipitur. secundum
quod scriptum est. leva eius sub capite meo
et dextera illius amplexabitur me. christus
autem simul fruebatur et merebatur. fruceba-
tur in patria, merebatur in via, non sibi
sed membris, non quia in quo omnis ple-
nitudo divinitatis corporaliter habitabat
cui spiritus non est datus ad mensuram nam
merebatur sibi in via, nemo inquit ascen-
dit in celum, nisi qui descendit
de celo filius hominis qui est in celo etc.
de mitra rubrica talis ponitur in sequentibus

Mitra pontificis significat quod propheta
loquens de filio dicit ad patrem
Gloria et honore coronasti eum domine
et constituisti eum super opera manuum tuarum. hoc est
enim nomen quod est super omne nomen
ut in nomine domini omne genu flectatur
celestium terrestrium et infernorum. nam
et in lamina aurea quidaris pontificalis pon-
tificalis sculptum erat. nomen domini
tetragramaton, cuius misterium superius
explicavimus. per mitram quoque capitis su-
mmam christi honorificentiam intelligimus
nam inter pedem honoratur scabellum
adorate inquit scabellum pedum eius
quoniam sanctum est **de baculo rubrica**

Virga pastoris potentiam christi signi-
ficat de qua dicit propheta psalmista
virga regni tui, quia dilexisti iu-
sticiam et odisti iniquitatem, propter
quod alibi dicitur, reges eos in virga
ferrea, durities ferri significat ri-
gorem equitatis, quia christus tanquam
figuli confringet peccatores. verum
potestas christi non solum est virga sed ba-
culus, quia non solum corripit, sed
sustentat. unde psalmista virga
tua et baculus tuus, ipsa me conso-
latur **de anulo sequitur**

Anulus digiti
donum spiritus sancti significat, digi-
tus enim articulatus atque distin-
ctus spiritum sanctum insinuat secundum illud
, digitus dei est hic, et alibi si ego
in digito dei eicio demonia filii vestri
in quo eiciunt. anulus autem eminens
et rotundus perfectionem eius donorum

significat. quam sine mensura Christus accepit, quando in eo plenitudo divinitatis inhabitat corporaliter. Nam qui de sursum venit, super omnes est, cui deus non dedit spiritum ad mensuram. Super quem vidit iohannes spiritum sanctum descendentem et manentem. Hic est qui baptizat. Nam quia requiescit super eum spiritus sapientie et intellectus etc. Ipse vero plenitudinem secundum differentes rationes distribuit. Alii secundum apostolum dans sermonem sapientie, alii gratiam sanitatum, alii operationem virtutum etc. Cui et visibilis pontifex imitatur alios in ordine constituens sacerdotes, alios diaconos, alios subdiaconos et ceteros.

De septem psalmis cantandis dum pontifex paratur

Celebraturus episcopus missarum solemnia, quosdam psalmos et orationes premittit secundum exhortationem psalmiste dicentis: Preoccupemus faciem eius in confessione et in psalmis iubilemus ei. Dicit autem hos quinque: Quam dilecta. Benedixisti domine. Inclina. Credidi propter. De profundis. Ut quinarium sensuum transgressionem commissam psalmorum oratione detergat. Quedam continentur in ipsis que recte conveniunt celebraturis altaris misterium et eucharistie sacrificium. In primo: Concupiscit et deficit anima mea in atria domini. Altaria tua domine virtutum rex meus et deus meus. ec. o. m. a. p. n. Protector noster aspice deus et respice in faciem christi tui. In secundo: Converte nos deus salutaris noster et averte iram tuam a nobis. Numquid in eternum irasceris nobis aut extendas iram tuam. Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius ut inhabitet gloria in terra nostra. Feci ne. et a. r. t. doce. Confitebor tibi domine d. m. in t. cor. et g. n. t. in eternum. In quarto: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis et nomen domini invocabo. Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius in atriis domus domini, in medio tui ierusalem. In quinto: Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis mee. Sustinuit anima mea in verbo eius, speravit anima mea in domino. Quia apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio. Orationes quas adicit manifeste pertinent ad cordis impetrandam et corporis mundiciam et munimentum.

De pontificalibus indumentis secundum quod membris conveniunt sub po ru ca

Inter hec pedes pontificis in preparatione evangelii pacis et caligis et sandaliis calciantur, quorum pulchritudinem admirabatur propheta cum diceret: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona. Sandalia vero de subtus integram habent soleam, desuper autem corium fenestratum, quia gressus predicatoris et subtus debet esse munitus ne polluatur terrenis, secundum illud: Excutite pulverem de pedibus vestris, et super apertus, quatinus ad cognoscenda celestia revelentur, secundum illud propheticum: Revela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Cum autem sandalia in quibusdam locis sint aperta, sint clausa, designat quod evangelica predicatio nec omnibus debet revelari, nec omnibus debet abscondi, sicut scriptum est: Vobis datum est nosse misterium dei, ceteris autem in parabolis. Nolite sanctum dare canibus, nec margaritas spargere ante porcos. Prius autem caligis induitur usque protensis ad genua, ibique constrictis, quia predicator pedibus suis rectos debet facere gressus et genua debilia roborare. Nam qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum. [margin: quibusdam]

De ablutione manuum

Deinde corporaliter lavat manus, ut spiritualiter mundet et actus, auctore psalmista dicente: Lavabo inter innocentes manus meas et circumdabo altare tuum domine. Non enim lutum manuum divina sacramenta contaminat. Sed si quis indigne manducat et bibit, iudicium sibi manducat et bibit. Quia non lotis manibus manducare non coinquinat hominem. Que vero procedunt de ore, de corde exeunt, et

et ea coinquinant hominem : cogitationes
male . homicidia . adulteria . fornicatio-
nes . furta . falsa testimonia blasphe-
mie . hec sunt que coinquinant hominem . unde
sollicite satagendum est . ut non tantum
exteriora manuum sed interiora mentium
inquinamenta purgentur **de amictu**

Amicibus itaque manibus assumit amictum
qui super humeros circumquaque diffun-
ditur . per quem operum fortitudo signa-
tur . humeri quippe fortes sunt ad opera
peragenda . secundum illud patriarche iacob . sed
supposuit humerum ad portandum et
factus est tributis serviens . duo pa-
xilli quibus amictus ante pectus li-
gatur . significant intentionem et finem
quibus informandum est opus . ne
fiat in fermento malitie et nequitie
sed in azimis sinceritatis et veritatis
Sacerdos ergo non debet otiosus existere .
sed bonis operibus insudare . secundum quod monet
apostolus ad thimotheum . labora sicut
bonus miles ihesu cristi etc.

**Quare romanus pontifex post al-
bam et orale crucem assumit ;**

Romanus autem pontifex post episcopus post
albam et cingulum assumit orale . quod
circa caput involvit et replicatur
super humeros . legalis pontificis sequens
ordinem . qui post lineam strictam et
zonam induebat ephot . i. superhumerale
cuius locum modo tenet amictus . et
per signo crucis . auri lamina cessit pro
lamina quam pontifex gerit in fronte .
pontifex iste crucem gerit in pectore
nam et mysterium quod in quatuor litteris auri
lamina continebat . in quatuor partibus for-
ma crucis explicuit . iuxta quod inquit
apostolus ut comprehendatis cum omnibus
sanctis que sit latitudo . longitudo . subli-
mitas et profundum . ideo quod romanus
pontifex . crucem quandam insertam
cathenulis et collo suspensam sibi sta-
tuit ante pectus ut sacramentum quod cum
preferebat in fronte . hoc iam recorporare-
at in pectore . nam corde creditur ad
iustitiam . oris autem confessio fit ad
salutem **de alba sequitur rubrica**

Alba membris corporis convenienter
coaptata . nichil superfluum aut di-
solutum in vita sacerdotis esse debere
demonstrat . hec ob sui candoris designat
mundiciam . secundum quod legitur . omni tempore vesti-
menta tua sint alba . fit autem de bysso
et lino . propter quod scriptum est byssinum
iustificationes sanctorum . sicut autem byssus
vel linum candorem quem ex natura non ha-
bet multis torsionibus acquirit partem ac-
quirit . sic et omnis caro iudicatur quam non
habet per naturam multis castigationibus mac[er]ata
sortitur per gratiam . unde sacerdos secundum
apostolum . castiget corpus suum . et in ser-
vitutem redigat . ne forte cum aliis pre-
dicaverit . ipse reprobus fiat . hec vestis
in veteri testamento sacerdotio
stricta fuisse dicitur . propter spiritum servi-
tutis in timore . in novo larga . propter
spiritum adoptionis in libertatem . quod
autem aurifrigiis et nullogranata in
diversis locis et variis operibus ad deco-
rem illud insinuat quod propheta dicit in psal-
mo astitit regina a dextris tuis in ve-
stitu deaurato circumdata varietate etc.

de zona et succinctorio rubrica ;

Debet igitur alba alia zona precingi circa
lumbos ut castitas sacerdotis nullis
incentivorum stimulis dissolvatur . unde
sint lumbi vestri precincti et lucerne ar-
dentes in manibus vestris . in lumbis enim
luxuria dominatur . sicut dominus loquens de dyabolo
manifestat . virtus enim in lumbis eius et
fortitudo illius in umbilico ventris eius
debent ergo lumbi precingi per continentiam
debent succingi per abstinentiam . quoniam hoc
genus demoniorum non eicitur nisi in oratione
et ieiunio . hoc circa ait apostolus state succin-
cti lumbos in veritate **de stola rubrica**

Post hec stolam que alio nomine vo-
catur orarium super collum . cui sa-
cerdos imponit ut iugum domini
se suscepisse significet . que a collo per ante-
riora descendens dextrum et sinistrum
latus adornat . quia per arma iustitie a
dextris et sinistris . i. in prosperis et ad-
versis sacerdos debet esse munitus .
stola quippe significat patientiam de qua
scriptum habetur patientia vobis necessaria est ut
reportetis promissiones et iterum
in patientia vestra possidebitis animas
vestras . hic est ergo quod stola cum zona qui-
busdam nexibus colligatur . quia virtutes
virtutibus sociantur . ne aliquo tempta-
tionis moveantur impulsu . debet autem

sacerdos secundum decretum bracharensis
concilii de uno eodemque orario cervicem pa-
ter et utrumque humerum premens, signum crucis
in suo pectore preparet. Si quis autem aliter
egerit excommunicationi debite subiacebit
, nisi forte quis dicat hoc decretum per contra-
riam romane ecclesie consuetudinem abro-
gatum **De x tunica rubrica sequitur**

Deinde pontifex induit tunicam po-
derim, id est talarem, significantem per-
severanciam. Unde Joseph inter fratres
suos talarem tunicam habuisse describitur
Cum enim cetere virtutes currunt in stadio
, perseverancia tamen accipit bravium, quoniam qui
perseveraverit usque in finem salvus erit
hic. Unde scribitur Esto fidelis usque ad
mortem et dabo tibi coronam vite. Habebat
autem hec vestis in veteri sacerdocio pro fim-
briis mala punica cum tintinabulis au-
reis, quorum supra misterium exposuimus

Sequitur de dalmatica rubrica

Supra tunicam episcopus vestit dalmati-
cam sic dictam, eo quod in dalma-
cia sit reperta, que sua forma si-
gnificat largitatem, quia largas habet ma-
nicas et protensas. Unde secundum apostolum
oportet esse episcopum non turpis lucri cupi-
dum, sed hospitalem, non quod manum habeat
ad dandum collectam, et ad recipiendum
porrectam, secundum illud Ecclesiastici quod propheta
suadet, frange esurienti panem tuum
et educ in domum tuam, c. v. n. o. e.
et cetera. Ob hoc forte dyaconi specialiter utuntur
dalmaticis, quia specialiter electi sunt ab
apostolis, ut mensis et officio ministra-
rent. Debet autem habere duas lineas dal-
matica coccineas, hinc inde ante et
retro, a summo usque deorsum ut pontifex
habeat fervorem caritatis ad deum et ad
proximum, in prosperis et in adversis
iuxta veteris et novi testamenti preceptum
quod est Diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo, et proximum tuum sicut teipsum
Unde Johannes karissimi non manda-
tum novum scribo vobis, sed mandatum
vetus, quod habuistis ab inicio, et iterum
mandatum novum scribo vobis et cetera.
In sinistro quoque latere dalmatica fim-
brias solet habere, sollicitudines active
vite significans, quas episcopus debet habere

pro subditis. Unde quod dicit apostolus preter
illa que extrinsecus sunt instancia mea
quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum

Sequitur rubrica de cyrothecis ut sit

Quoniam vero plerique bonum opus
quod faciunt inanis favoris corrum-
punt, statim opus manuum operit
cirothecis ut nesciat sinistra tua quid
faciat dextera tua, per cirothecas ergo con-
grue cautela designatur, que sic fa-
cit opus in publico quod intencionem con-
tinet in occulto. Nam et si dominus dixerit
luceat lux vestra coram hominibus ut vi-
deant opera vestra bona et glorificent
patrem vestrum qui in celis est, quia per-
quod cirotheca circulum desuper habet
unicum, ipse tamen precepit Attendite ne
iusticiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini
ab eis, alioquin mercedem non habebitis
apud patrem vestrum qui in celis est

De planeta rubrica

Postremo super omnes vestes induit
planetam vel casulam que signi-
ficat caritatem, caritas enim
operit multitudinem peccatorum. De qua
ait apostolus adhuc excellenciorem viam
vobis ostendo si linguis hominum loquar
et angelorum, caritatem autem non
habeam, factus sum velut es sonans
aut cimbalum tinniens. Hec est ve-
stis nupcialis De qua dominus dicit in ewangelio
Amice quomodo huc intrasti non habens vestem
nupcialem. Quod autem ~~amictus~~ amictus
super os planete revolvitur ~~innuit~~ quod
opus bonum debet ad caritatem referri
, nam finis precepti caritas est, de corde
puro et consciencia bona et fide non ficta
quod extensione manuum in anteriorem
et posteriorem partem dividitur, signi-
ficat duo brachia caritatis ad deum
scilicet et ad proximum Diliges inquit dominum
deum tuum ex toto corde tuo, et pro-
ximum tuum sicut teipsum. In hiis
duobus mandatis tota lex pendet
et prophete. Latitudo planete significat
latitudinem caritatis, que usque ad
inimicos extenditur. Unde latum manda-
tum tuum nimis **De manipulo**

Verum quia mentibus bene compositis
et divino cultui mancipatis sepe
subrepit accidia, torpore reddens

acciperet dormientem dicente psalmi-
sta Dormitavit anima mea pre tedio.
Ipsi sinistra manu quedam appon-
itur mampula, que mampulus
vel sudarium appellatur, quia sudorem
mentis abstergat et sudorem cor-
dis excuciat ut depulso depulso te-
dio vel torpore bonis operibus diligenter
invigilet. Per mampulam vero vigilan-
cia designatur. De qua dominus ait Vigilate
quia nescitis qua hora fur venturus
sit. Unde sponsa dicit in canticis Ego
dormio et cor meum vigilat etc.

[M]itra pontificis **De mitra**
utriusque testamenti scienciam significat.
Nam duo cornua duo sunt testa-
menta, due fimbrie spiritus et litera. Cir-
culus aureus qui anteriorem et po-
steriorem partem complectitur indicat
quod omnis scriba doctus in regno celo-
rum de thesauro suo profert nova
et vetera. Caveat ergo episcopus diligenter
ne prius velit esse magister quam noverit
esse discipulus, ne si cecus cecum ducat
ambo in foveam cadant. Scriptum est
in ipsa quia tu scienciam repulisti ego te
repellam ne sacerdocio fungaris mi-

[A]nulus fidei est **De anulo**
sacramentum quo Christus sponsam
suam sanctam ecclesiam subarravit
ut ipsa de se dicere valeat: anulo suo
subarravit me dominus meus Jhesus Christus.
Cuius custodes et pedagogi sunt episcopi et pre-
lati, anulum pro signo portantes in
testimonium. De quibus sponsa dicit in
Canticis Invenerunt me vigiles qui
custodiunt civitatem. Hunc anulum de-
dit pater filio redeunti secundum illud Date
anulum in manum eius et calciamenta
in pedes eius etc. **De baculo rubrica**

[B]aculus correctionem signat pasto-
ralem, iuxta quod a consecratore dicitur
consecrato: Accipite baculum pa-
storalem etc. De quo dicit apostolus In
virga veniam ad vos. Quod autem acutus
est in fine, rectus in medio, curvus
in summo, significat quod pontifex debet
pungere pigros, regere debiles, colli-
gere vagos, quod pro parte quidam
versificator expressit: Collige sustenta
stimula vaga morbida lenta.
Attrahe per primum, medio rege, punge
per imum. Hec est pastoris hec virga figura
honoris. Romanus autem pontifex pasto-
rali virga non utitur pro eo quod beatus Pe-
trus apostolus baculum suum misit Eu-
cario primo Treverensi episcopo, quem una cum
Valerio et Materno ad predicandum evangelium
genti Theotonice destinavit. Cui succes-
sit in episcopatu Maternus qui per baculum
Petri de morte fuerat resuscitatus. Quem
baculum usque nunc cum magna vene-
ratione Treverensis servat ecclesia etc.

allium quo maiores **De pallio**
utuntur episcopi significat discipli-
nam qua seipsos et subditos ar-
chiepiscopi debent regere. Per hanc acquiritur aurea
torques quam legitime certantes
accipiunt. De qua dicit Salomon in pa-
rabolis: Audi disciplinam patris tui et ne
dimittas legem matris tue ut addatur
gratia capiti tuo et torques collo tuo.
Est enim pallium de candida lana contex-
tum, desuper habens circulum humeros
constringentem et duas lineas ab utris-
que partibus dependentes, quatuor cruces purpu-
reas ante et retro a dextris et a sini-
stris, sed a sinistris est duplex et simplex
a dextris. Hec omnia magnalibus sunt
imbuta misteriis et divinis gravida
sacramentis. Nam ut scriptura testatur
In thesauris sapiencie significatio disci-
pline. In lana quippe notatur asperitas,
in candore benignitas designatur. Nam
ecclesiastica disciplina contra rebelles et obstinatos
severitatem exercet, sed erga penitentes et
humiles exhibet pietatem. Propterea quod de
lana non cuiuslibet animalis sed ovis tantum effi-
citur, quod mansuetum animal est. Unde
propheta: Tamquam ovis ad occisionem du-
ctus est et coram tondente se non
aperuit os suum. Hinc est quod semivivum
vulneribus quem Samaritanus
duxit in stabulum et vinum adhibet
et oleum ut per vinum vulnera morde-
antur et per oleum foveantur. Ut magis qui
sanandis vulneribus preest in vino mor-
sum severitatis adhibeat, in oleo mo-
liciem pietatis. Hec premissa est per
archam testamenti designatum, in qua
cum tabulis virga continetur et ma-
nna, quia in mente rectoris in scia

sceptrum dicitur esse · iuxta discretionis et
mamma dulcedinis ut severitas immo-
derate non seviat et pietas plus quam ex-
pedit non indulgeat · Circulus pallii
per quem humeri constringuntur est timor do-
mini per quem opera coherentur · ne vel
ad illicita defluat vel ad superflua rela-
xentur · quoniam disciplina sinistram cohi-
bet ab illicitis formidine pene · dex-
tram non temperat a superfluis amore
iusticie · beatus ergo qui semper est pavidus
· nam secundum sinamen sapientis · timor
domini expellit peccatum · qui non sine timore
consistit iustificari non potest · hinc est ergo
quod pallium et ante pectus et super
humerum frequenter aptatur · quatuor
autem cruces purpuree sunt quatuor princi-
pales virtutes · iusticia · fortitudo · pru-
dentia · temperantia · que nisi cruoris
Christi sanguine purpurentur · frustra sibi non
virtutis usurpant · et ad veram beatitudinis
gloriam non perducunt · unde dominus in evangelio
apparuit · nisi abundaverit iusticia vestra
plus quam scribarum et phariseorum · non
intrabitis in regnum celorum · hec est
purpura regis vincta canalibus · quam Sa-
lomon commemorat in canticis canticorum
· Ille ergo qui pallii gloria decoratur si cupit ex-
presse dicit in anteriori parte dextre habere iusti-
ciam ut reddat unicuique quod
suum est · In posteriori prudentiam qua
caveat quod cuique nocivum est · fortitudinem
a sinistris ut adversa non deprimant · Tem-
perantiam a dextris ut eum prospera
non extollant · due linee · quarum una
per dorsum · altera progreditur ante pectus
· activam et contemplativam vitam si-
gnificant · quas ita debet prelatus exercere
· ut exemplo Moysi nunc in montem ascen-
dat et ibi philosophetur cum deo · nunc
ad castra descendat · et ibi necessitatibus
immineat proximorum · provisurusque attentius
ut cum sepe se dederit aliis · in medio
se sibi restituat · cumque et cum Martha
circa frequens ministerium satagat ·
et cum Maria verba domini audiat sal-
vatoris · verbum tamen gravatur interius
· quia corpus quod corrumpitur aggravat
animam et deprimit inhabitacio terrena sensum
multa cogitantem · quamvis per pallium

duplex est in sinistra · sed in dextra
simplex · quia vita presens que per sinistram
accipitur multis est subiecta molestiis
Sed vita futura que per dextram designatur
in una semper est collocata quiete · quod veri-
tas ipsa designavit · cum intulit ·
Martha Martha sollicita es et turba-
ris erga plurima · porro unum est necessarium
Maria optimam partem elegit que
non auferetur ab ea · pallium duplex
est in sinistra · quoniam ad tollerandas
huius vite molestias prelatus fortis esse debet
· simplex in dextra · quoniam ad
optinendam vite future quietem · toto
suspirat affectu · iuxta verbum psal-
miste dicentis unam petii a domino
hanc requiram ut inhabitem in domo
domini omnibus diebus vite mee · tres
autem acus que pallio infiguntur ante
pectus supra humerum et post tergum
designant compassionem proximi ad-
ministrationem officii · discretionem
iudicii · quarum prima animam pungit
per dolorem · secunda per laborem · tertia per
terrorem · prima pungebat apostolum cum
dicebat · quis infirmatur et ego non
infirmor · quis scandalizatur et ego
non uror · Secunda preter illa que extrin-
secus sunt · instantia mea sollicitudo
quotidiana omnium ecclesiarum · Tertia
Si vix iustus salvabitur impius et peccator
ubi apparebunt · Super dextrum hume-
rum · non infigitur acus · quoniam in eter-
na quiete nullus est afflictionis acule-
us nullus stimulus compunctionis ·
Absterget enim deus omnem lacrimam
ab oculis sanctorum · et iam non erit
amplius neque luctus · neque clamor
sed nec ullus dolor · quoniam priora tran-
sierunt · acus autem est aurea · sed infe-
rius acuta et superius rotunda · Ia-
pidem continens preciosum · quia minimum
tum bonus pastor pro grege quam ovi-
um in terrenis affligitur · sed in celis
eternaliter coronatur · nisi signum
margaritam habebit De qua dominus ait
in evangelio · Simile est regnum celorum
homini negociatori · querenti bonas
margaritas inventa autem una preciosa

margaritha dedit omnia bona sua et comparavit eam. Dicitur autem pallium pontificalis officii, quoniam in ipso et cum ipso confertur officii plenitudo. Nam antequam metropolitanus pallio decoretur, non debet clericos ordinare, pontifices consecrare, ecclesias dedicare.

pallio

De armatura virtutum

Ista sunt arma que pontifex debet habere contra spirituales nequicias pugnaturus. Nam ut inquit apostolus: arma milicie nostre sunt carnalia, sed ad destructionem potencia. De quibus idem apostolus in alia dicit epistola: Induite vos armaturam dei ut possitis stare contra insidias dyaboli. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, et induti loricam iusticie et calciati pedes in preparatione evangelii pacis. In omnibus sumentes scutum fidei fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis accipite, et gladium spiritus quod est verbum dei. Provideat ergo diligenter episcopus et attendat studiose sacerdos ut signum sine significato non inferat, ut vestem sine virtute non importet, ne simul sit sepulcro deforis dealbato, intus autem omni pleno spurcicia. Quisquis enim sacris indumentis ornatur et honestis moribus non induitur, quanto venerabilior apparet hominibus, tanto redditur indignior apud deum. Pontificalem ergo gloriam iam non honor commendat vestium, sed splendor animarum, quatenus et illa que quondam carnalibus blandiebantur obtutibus ea pocius que in ipsis erant intelligenda poscebant, ut quicquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum et multi modi operis varietate significabant, hoc iam in moribus actibusque clarescat, cum et apud veteres reverenciam ipsam signi[redacted] significationis species obtineret, et apud nos sint certiora experimenta rerum quam enigmata figurarum. Tunc quales abundabant frumento, nunc arietes ovium sunt induti etc.

De quatuor coloribus quibus secundum proprietatem dierum sacre vestes sunt distinguende

Quatuor sunt autem principales colores quibus secundum proprietates dierum sacras vestes ecclesia romana distinguit, scilicet albus, rubeus, niger et viridis. Nam et in legalibus indumentis quatuor colores fuisse leguntur: bissus et purpura, iacinctus et coccus. Albis itaque vestimentis in festivis solemnitatibus confessorum et virginum; rubeis in festivitatibus apostolorum et martirum. Hinc sponsa dicit in canticis: Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex milibus. Candidus in confessoribus et virginibus, rubicundus in apostolis et martiribus. Hii et illi sunt flores rosarum et lilia convallium. Albis igitur vestimentis utendum est solemnibus confessorum et virginum propter integritatem et innocentiam. Nam candidi facti sunt nazarei eius, et ambulabunt cum eo semper in albis. Virgines enim sunt et secuntur agnum quocunque ierit. Propter eandem causam utendum est in solemnitatibus angelorum, de quorum nitore dominus loquitur ad luciferum: Ubi eras cum me laudarent astra matutina. In nativitate salvatoris et precursoris, quoniam uterque natus est mundus et carens originali peccato. Ascendit enim dominus super levem nubem, id est assumpsit carnem a peccato immunem, et intravit egiptum, id est venit in mundum. Iuxta quod angelus venit ad virginem: Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideo quod quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Johannes autem etsi conceptus fuit in peccato, fuit tamen sanctificatus in utero, secundum illud propheticum: Antequam exires de vulva sanctificavi te. Nam et angelus inquit ad zachariam: Spiritu sancto adhuc replebitur ex utero matris sue. In epiphania propter splendorem stelle que adduxit magos, secundum illud propheticum: Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. In ypapanti propter puritatem marie que iuxta canticum symeonis optulit lumen ad revelationem gentium et gloriam plebis tue israel. In cena domini propter confectionem crismatis quod ad mundationem consecratur, nam et evangelica lectio mundiciam principaliter in illa solemnitate commendat: Qui lotus est inquit non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et iterum: Nisi lavero te non habebis partem mecum. In resurrectione propter angelum testem resurrectionis et nuncium

qui apparuit stola candida coopertus de quo dicit mattheus Erat aspectus eius sicut fulgur et vestis eius sicut nix. In ascensione propter nubem candidam in qua christus ascendit. nam et duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis qui et dixerunt viri galilei etc. Illud autem non est ociose notandum quod licet in consecratione pontificis cuiuscumque sit indumentis utendum qualia scilicet festivitas requirit. In dedicatione tamen ecclesie semper utendum est albis quocumque die celebretur consecratio. Quia in consecratione pontificis cantatur missa de die. Sed in dedicatione ecclesie dedicationis missa celebratur. nam ecclesia virgo nominatur que nupsit secundum illud apostoli Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere christo de qua sponsus inquit in canticis Tota pulcra es amica mea et macula non est in te. veni de libano sponsa mea veni de libano veni. Rubeis autem utendum est vestimentis in apostolorum solempnitatibus et martirum propter sanguinem passionis quem pro christo fuderunt. Ipsi sunt qui venerunt ex magna tribulatione et laverunt stolas suas in sanguine agni. In festo crucis de qua christus pro nobis sanguinem suum fudit. Unde propheta Quare rubrum est vestimentum tuum sicut calcancium in torculari. Sed in festo crucis melius est albis utendum quia non passionis sed inventionis vel exaltationis est festum. In penthecoste propter fervorem spiritus sancti qui super apostolos in linguis igneis apparuit. Nam apparuerunt illis dispartite lingue tamquam ignis. Sedit quoque supra singulos eorum spiritus sanctus. Unde propheta De celo misit ignem in ossibus meis. licet autem in apostolorum petri et pauli martirio rubeis sit utendum vestimentis in conversione tamen et cathedra utendum est albis. Sed licet in nativitate sancti Johannis sit albis utendum in decollatione tamen illius utendum est rubeis. Cum autem alicuius festivitas celebratur qui simul est martir et virgo martirium virginitati preferatur quia signum est perfectissime caritatis iuxta quod veritas ait Maiorem

caritatem nemo habet nisi ut animam suam ponat quis pro amicis suis. crucifixi et in omni commemoratione quidam rubeis indumentis utuntur ad nos tamen in eadem. Sed de eadem sole mutate cantatur etiam. quod sancti secundum apocalypsim Johannis stant in conspectu agni amicti stolis albis et palme in manibus eorum. Nigris autem in diebus afflictionis et abstinencie utendum et pro defunctis ab adventu usque ad natalis vigiliam et a septuagesima usque ad sabbatum pasche. Sponsa quippe dicit in canticis Nigra sum sed formosa filia iherusalem sicut tabernacula cedar sicut pelles salomonis. nolite me considerare quod fusca sim quia decoloravit me sol. In festo innocentum alii nigris alii rubeis indumentis utendum esse contendunt. Illi propter tristiciam quia vox in rama audita est ploratus et ululatus multus rachel plorans filios suos noluit consolari quia non sunt. Nam propter tristiciam cantica leticie subticentur et sine aurifrigio mitra defertur. Isti propter martirium quod principaliter commemoratur. Sub throno dei morantes enim sancti clamabant Vindica sanguinem nostrum qui effusus est deus noster. propter tristiciam quam et silencium innuit canticorum mitra que fertur non est aurifrigio insignita. Sed propter martirium rubeis indumentis utendum est. Sicut in letare iherusalem propter leticiam aurea rosa quam significat Romanus pontifex portat mitram aurifrigio insignitam. Sed propter abstinenciam nigris utitur indumentis. Restat ergo ut in diebus ferialibus et communibus viridibus sit utendum vestimentis quia viridis color medius est inter albedinem et nigredinem et ruborem. hic color exprimitur ubi dicitur cypri cum nardo nardus et crocus. ad hos quatuor ceteri referuntur ad rubeum colorem coccineus ad nigrum violaceus ad viridem croceus. quamvis nonnulli rosas ad martires crocum ad confessores lilium ad virgines referant.

Incipiunt capitula secunde particule

De accessu pontificis ad altare. ubi
agitur de presbitero et dyacono
qui ducunt hinc inde pontificem
et subdyacono qui precedit por=
tans clausum codicem evange=
lii. et cum pervenit ad altare eius
osculatur codicem apertum ¶ De
processione sollempni pontificis a secre=
tario ad altare ubi agitur de septem
ordinibus presbiterorum ¶ De duobus
dyaconibus qui ducunt pontificem ¶
De mappula quatuor baculis alligata
que super pontificem portatur extensa
¶ De cereis et incenso ¶ De igne
quem manipulo super pontifex appo=
nit in choro ¶ De primicerio qui pon=
tificis precedentis dextrum humerum
osculatur ¶ De tribus sacerdotibus
qui coram altari reverenter inclinant
se os et pectus pontificis osculantes.
De dispositione processionis et ordine
¶ De confessione ubi agitur de pectoris
tunsione in qua tria notantur. ictus.
sonus. et tactus ¶ De incenso quod
sacerdos reponit in capsula et eius
imponit in thuribulo ¶ De triplici
osculo s. altaris. oris. pectoris ¶
De thurificatione qua pontifex incensat
altare et sacerdos eum ubi agitur de thu=
ribulo quod eius accipit a dyacono. et
de forma thuribuli. et de duplici causa
thurificandi spirituali et litterali ¶ De anti=
phona que dicitur ad introitum ubi agi=
tur ipsa repetitur et interposita gloria
trinitatis. et quis eam cantari con=
stituit ¶ De kyrieleison ubi dicitur
quare novies decantatur. et quare se=
ptem vicibus kyriel. et tribus vicibus
kyriel. agitur. De gloria in excelsis ubi
agitur de triplici parte conditur et quis
ympnum angelicum cantari constituit
¶ De candelabris et cruce que super
altari media collocantur ¶ De situ
orandi ubi agitur de mutatione sacer=
dotis ab una parte altaris orandi ad
aliam ¶ De salutatione maioris et mino=
ris sacerdotis ad populum. ubi agitur de reve=
latione capitis cum oratur. ostenditur
et quociens populus salutatur in missa
¶ Utrum sacerdos minus quam duobus
presentibus debeat celebrare. ubi docetur
quod in officio misse angeli presentes existunt
¶ De oratione conclusione et responsione
. ubi docet unde sit forma. orationis
. conclusionis. responsionis assumta.
¶ Quare orationes dicuntur collecte. et quare
sint in missa dicende. et traditur qui
fuerunt earum auctores auctores
¶ De extensione manuum sacerdotis
in missa. ubi traditur quare ministri su=
stentant hinc inde manus pontifi=
cis. et quare sacerdos tenet coram se sa=
cramentum ¶ De epistola que premittitur
in missa evangelio ubi traditur quare
subdiaconum legentem epistolam solus
comitatur acolitus. dyaconum vero le=
gentem evangelium tam subdiaconus quam aco=
liti concomitantur ¶ Ostenditur etiam quod
epistola nec semper legitur de prophetis. nec semper de
apostolis. sed modo sumitur de veteri testamento
. interdum de novo ¶ De reverentia quam
subdyaconi exhibent quod post epistolam ubi tra=
ditur quare subdiaconus post epistolam et non
dyaconus post ante principium evange=
lii reverentiam exhibent sacerdoti. ¶
De graduali ubi monstratur cur in diebus
penthecostes graduale non dicitur. osten=
ditur etiam unde dicatur et qualiter sit cantandum
¶ De alleluia que post graduale cantatur
ubi docetur quid significat alleluia. quare
non istud interpretatum [illegible] fuit. quis in=
stituit ut cantaretur ad missam. agitur
etiam de tractu ¶ De versu qualis debeat
esse et quare imponatur et de sequentia
. et cur in officio misse eius [illegible]
coniunxit diversitas ¶ De sacerdotis
consessu dum epistola legitur et graduale
cantatur ¶ De mutatione sacerdotis
ab una parte altaris ad aliam cum lectu=
rus est evangelium ¶ Quare dyaconus
qui lecturus est evangelium dexteram pon=
tificis osculatur ¶ Quando manus
et pedes summi pontificis debeant osculari
¶ Ubi docetur quod preter oblationem
panis et ea que pro defunctis offeruntur
nullas manibus tangit ceteras recipit
oblationes ad pedes ¶ De benedictione
quam dyaconus petit et accipit ¶
De susceptione codicis evangelii ¶

De hiis que precedunt diaconum cum cereis et incenso ¶ Quare subdiaconus in eundo sequitur et in redeundo precedit ¶ sonis cerealium ¶ Quare diaconus per unam partem ascendit in pulpitum et per aliam descendit . ubi docetur quod diaconus cum silencio debet incedere nichil referens preter codicem evangeliorum ¶ Quare versus aquilonem legitur evangelium ubi traditur quod evangelium debet pronunciari in alto ¶ Cur lecturus evangelium consignet sibi pectus . os . frontem . et librum ¶ De crucis misterio et multiplici eius effectu . quo crucis signum sit exprimendum ¶ De salutacione que premittitur in evangelio ¶ De preeminencia evangelii ¶ Quare post evangelium liber et thuribulum ad episcopum reportantur ¶ De simbolo quod post evangelium decantatur . ubi traditur qui et quot sunt eius actores . et quis illud constituit ad missam cantari ¶ De duodecim partibus utriusque simboli tam apostolici quam constantinopolitani ¶ Quibus diebus simbolum sit dicendum in missa ¶ A quibus et ubi simbolum sit dicendum in missa . a quibus et ubi simbolum sit cantandum ¶ De offertorio ubi traditur quare post evangelium cantetur simbolum . vel quare post simbolum cantetur offertorium ¶ De silencio post offertorium ¶ De ablucione manuum antequam sacrificium offeratur ¶ De corporalibus ubi docetur cur una pars extenditur et altera complicatur ¶ De oblatis et incenso ubi docetur quare sacerdos tercio subducit et circumducit incensum . et quare totum undique incensat altare ¶ De modo et ordine sacrificium offerendi ubi agitur de aqua que vino miscetur in calice . ostenditur eciam cur sacerdos signat universa que accipit ¶ De patena super quam panis sacrificii offertur ubi docetur quare post susceptam oblatam sacerdos abscondit sub corporali patenam vel ab altari remota sub diacono traditur conservanda . donec tempore fraccionis resumatur ¶ De sacerdotis inclinacione . de prefacione ubi agitur de ymno partim angelico . partim humano . Traditur eciam quis ymnum constituit cantari . quis prefaciones dictavit ¶ De prefacionis exposicione ubi ... et ostenditur quare cum novem ordines sint angelorum tres ponuntur ex illis.

Incipit secunda particula de accessu pontificis ad altare

His indumentis ornatus episcopus ad altare procedit duobus hinc inde cum ducentibus sacerdote videlicet et levita . subdiacono precedente . qui clausum portat evangelii codicem donec episcopus ad altare pervenerit . ubi eius codicem osculatur apertum . hec omnia divinis plena sunt sacramentis . Episcopus enim illum in se pontificem representat de quo dicit apostolus christus assistens pontifex futurorum bonorum per am . et perfectius ta . hebr . ix . c . Sacerdos et levita significant legem et prophetam , secundum illud quod dominus posuit in parabola sauciati . Accidit autem quendam sacerdotem descendisse eadem via . et viso illo preteriit . similiter et levita . Moyses et Aaron helias in figura legis et prophetie apparuerunt in monte cum christo loquentes . Sacerdos igitur et levita deducunt christum . quia et lex et prophete christum annunciaverunt et promiserunt . Moyses enim in lege per prophetam suscitabit deus de fratribus vestris . ipsum tanquam me audietis . et ysaias . Ecce veniet propheta magnus et ipse renovabit Ierusalem . Subdiaconus qui precedit Iohannem baptistam significat . qui precessit in spiritu et virtute helie parare domino plebem perfectam . Hic ante pontificem portat codicem evangelii quia Iohannes ante christum predicacionem evangelicam inchoavit . Penitenciam inquit agite appropinquabit vobis regnum celorum . Qui liber clausus tenetur donec pontifex ad altare pervenerit . et tunc aperitur . illud insinuat quod in apocalipsi describitur . quia nemo dignus inventus est qui aperiret librum . qui scriptus est intus et foris . signatus sigillis septem . nisi leo de tribu iuda . radix david . qui librum aperuit . et septem eius signacula solvit . Per altare significatur ecclesia . unde quod dominus dicit in exodo . Si altare lapideum feceris mihi . non edificabis illud de sectis lapidibus . Secundum vero glosam hoc prohibet . in altari divisionem fidelium reprobat in ecclesia . ne videlicet

dividatur per errores et scismata. Per hoc quod liber apertus cum Christus pervenit ad altare, quia Christus primitivam apostolorum congregavit ecclesiam dicens et predicans, scripture mystica revelavit: Vobis inquit datum est nosse misterium regni dei, ceteris autem in parabolis. Unde post resurrectionem aperuit illis sensus ut intelligerent scripturas. Quod vero igitur facit Christus ad reverenter librum aperit evangelicum, quasi et per ministros suos patefaceret Christus misteria scripturarum. Cum Christus codicem evangelii osculatur, insinuat quod Christus pacem in carne predicavit: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, non quomodo mundus dat ego do vobis.

De processione rationali pontificis a secretario ad altare

Cum autem festivalis solemnitas celebratur, Romanus pontifex cum septem prefatis ordinibus a secretario processionaliter ad altare progreditur, designans quod Christus exivit a patre et venit in mundum. Hic enim processionis ordo generationis Christi seriem representat, quam Matheus evangelista describit, in qua vi inveniuntur ordines personarum a quibus secundum carnem trahit originem et processit in mundum: patriarche, iudices et prophete, principes, reges, pastores et duces. Abraham patriarcha, David propheta, Salomon rex, Salathiel princeps, Iudas pastor, Zorobabel dux etc.

De duobus diaconibus qui ducunt pontificem

Duo diaconi qui ducunt pontificem designant Abraham et David, quibus de incarnatione Christi facta est repromissio. Nam illi promissum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Illi pollicitatio facta est: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Propter quod evangelista significanter hos duos in generatione prenotavit: Liber inquit generationis Ihesu Christi filii David filii Abraham. Isti sunt due columpne quas iterus patificus in vestibulo templi posuit ante hostium, quas ambit funiculus XII cubitorum, id est quos fides XII apostolorum amplectitur, de quorum medio per hostium predicationis aperitur accessus.

De mappula quatuor baculis alligata que super papam portatur

Quatuor sunt ministri super pontificem. Ferunt autem mappulam quatuor baculis alligatam, propter quod ipsi ministri mappularii nuncupantur. Mappula que diversis est ymaginibus figurata scripturam sacram significat, que multis misteriis est insignita. Hec quatuor baculis super pontificem portatur extensa, quia sacra scriptura quatuor modis super Christum fuit exposita: secundum historiam, secundum allegoriam, secundum anagogen, secundum tropologiam. Hic est fluvius paradisi qui in quatuor capita divisus progreditur. Hec est mensa propositionis que quatuor pedibus elevata subsistit. Hec ergo super pontificem portatur extensa ut ille venisse monstretur quem lex scripserat et prophete. Nam ipsemet Christus incipiens a Moyse et prophetis interpretatus est in omnibus scripturis que de ipso erant. Propter quod alibi dicitur: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et michi, de me enim ipse scripsit.

De septem cereis et incenso

Et ideo preferuntur duo luminaria cum incenso, quia lex et prophete cum psalmis Christum pronunciaverunt adventurum, Christo attestante qui ait: Necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege Moysi et prophetis et psalmis de me. In maioribus autem solemnitatibus septem candelabra coram pontifice deferuntur, per quod illud ostenditur quod Iohannes in apocalipsi describit: Conversus inquit vidi septem candelabra aurea et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis vestitum podere, ut ille per adventum monstretur super quem requievit spiritus gratie septiformis, secundum vaticinium Ysaie: Egredietur inquit virga de radice Iesse et flos de radice eius ascendet, et r. s. e. s. s. et i. s. c. et f. s. s. et p. et r. e. s. t. d.

De igne quem manipulo super ponti-

fex apponit in choro.

In quibusdam basilicis circa me-
dium chorum manipulus stipe
super columnam appenditur, cui pon-
tifex ignem apponit, ut in conspectu
ipsius subito subito comburatur. Per hoc secundum
adventum commemorans, in quo christus
iudicabit vivos et mortuos, et mala
seculi comburet [?]. Qui per primum blanditur
per secundum terret. Et qui iudicandus
venit in primo, iudicaturus veniet in secundo
vel potius et secundum Jacobum apostolum vi-
ta mea vapor est ad modicum parens.
Pontifex ignem ponit in stipula ne
forte qui gloriosus incedat, in temporali glo-
ria delectetur. Nam omnis caro fenum
et omnis gloria eius quasi flos agri etc.

de primicerio rubrica sequitur sic

Cum autem pontifex appropinquat al-
tari, id est primicerius stole candore
accedens ad dextram ipsius humi-
liter coram astantibus osculatur. Et ad
christus nascitur in mundo, angelus ille
cum quo facta est celestis militie mul-
titudo laudancium deum illum pasto-
ribus patefecit. De quo dicit propheta puer
natus est nobis et filius datus est no-
bis cuius imperium super humerum eius,
et vocabitur nomen eius magni consi-
lii angelus. de tribus sacerdotibus etc.

Tres sacerdotes qui pontifici venienti
coram altari reverenter occurrunt, et
inclinantes os eius osculantur et pe-
ctus, tres illos magos significant qui ve-
nerunt Jerusalem dicentes: Ubi est qui
apertis thesauris suis obtulerunt ei mune-
ra aurum thus et mirram. Per geminum
osculum geminam in christo confitentur
naturam, divinam et humanam, divinam
quasi latentem in pectore, humanam quasi pa-
tentem in ore, quas per oblata tria mu-
nera magi mistice figurant. Osculum signum
est reverentie, iuxta quod Hester
summitatem virge regis legitur osculata

de dispositione processionis et ordine

Disponitur autem ista processio velut acies
castrorum ordinata. Nam maiores
et fortiores qui custodes exercitus preeminent

et subsequuntur, minores autem qui debiles
colliguntur in medium. Precedunt enim cleri
et presbiteri, subsequuntur pontifices et
diaconi, colliguntur in medio subdiaconi
et acoliti. Cantores autem quasi tubicine
precedunt exercitum ut eum ad prelium
contra demones excitent et immi-
tent, de quo prelio dicit apostolus: non est
nobis colluctatio adversus carnem
et sanguinem, sed adversus nequicias
in celestibus. Unde precedit [?] in nomine
mia tiepa [?] .i. i. d. [?] si n. [?] crux vero quasi
regale signum pontifici exhibetur,
unde fugiant a facie eius qui ode-
runt eum. Nobis autem absit gloriari
nisi in cruce domini nostri Jhesu Christi
per quem michi mundus crucifixus est
et nos mundo crucifigi debemus.

de confessione rubrica sequitur sic

Quia vero iustus in principio sermo-
nis accusator est sui, pontifex ad
altare perveniens et ad sacrificium
iugiter [?] antequam sacrum ordinatur
officium, de peccatis suis cum astantibus
confitetur, psalmum illum premittens
Judica me deus etc. ut discreta a gente
non sancta, ut ab homine liberatus iniquo
ad altare dei ingrediatur. Illud autem in
confessionem [?] est, quod non ut quidam
vivunt proinde faciunt in specie sed in
genere confitenda sunt peccata, quoniam ista
confessio non est occulta sed manifesta.
Percutimus autem pectus, confitentes peccata,
quatenus exemplo publicani qui percu-
tiebat pectus suum dicens: deus propi-
cius esto michi peccatori, iustificati de-
scendamus per dominum. In tunsione
pectoris tria sunt: ictus, sonus
et tactus, per que significantur illa tria
que sunt in penitencia necessaria, videlicet
cordis contritio, oris confessio, operis
satisfactio. Nam sicut tribus modis
peccamus, corde, ore et opere, ita tribus
modis penitere debemus, corde per dolo-
rem, ore per pudorem, opere per laborem.

de incenso quod sacerdos recipitur [?] in capsula

Ingressus pontifex ad altare incen-
sum ponit in thuribulo, per hoc
illud insinuans quod angelus venit
et stetit ante altare habens turibulum

aureum. quod impleuit de igne
altaris. et data sunt ei incensa
multa ut daret de orationibus sanctorum
Angelus enim episcopus thuribulum aure-
um corpus immaculatum. altare
celicum. ignis caritatis. incensum
oratio. secundum illud propheticum. dirigatur
oratio mea sicut incensum in con-
spectu tuo. Venit angelus. id est episcopus
stetit ante altare. id est in conspectu
ecclesie. habens thuribulum aureum
id est corpus immaculatum. plenum
igne. id est caritate et data sunt ei a fi-
delibus incensa. id est orationes ut daret
id est representaret eas patri de orationibus
sanctorum. non dicit orationes. quia deus
non omnes orationes exaudit. sed de
omnibus illas. que pertinent ad salutem
Unde cum paulus ter dominum rogasset
ut ab eo stimulum carnis auferret
Respondit ei dominus Sufficit tibi gratia mea
nam virtus in infirmitate perficitur.
Episcopus ergo thus apponit in thuribulo
quia christus orationes thus inspirat. ammonet (?)
ut reprimat (?) offeratur incensum dignum
in odorem suavitatis. ipse nos pre-
venit in benedictionibus dulcedinis
ut eius donum nostrum sit meritum. quia
non accipit nisi quod tribuit. Sine me
inquit non potestis facere. quia pal-
mes non potest ferre fructum a semet-
ipso. nisi manserit in vite. Sacerdos
autem incensum reputat episcopo. quia licet
in preciosum thymiama conficit quod
in odorem suavitatis offertur altissimo
De quo dominus subdit in exodo. talem com-
positionem non facietis in usus vestros
quia sanctum est domino. homo quicumque fecerit
similem ut odore illius perfruatur peribit
de populis suis. sunt qui dicunt quod
descendens thuribulum ab altari. tunc
aliud quam thus sine benedictione ponen-
dum est et hominibus offerendum. tunc
illud spectet ad latriam. istud ad du-
liam. sed melius tamen si spiritus quam litteram intel-
ligitur. nam littera occidit. Spiritus autem
vivificat. De triplici osculo

Unde accedens episcopus altare sacrum
osculatur. significans quod christus
adveniens ecclesiam sibi copulavit
ecclesiam. secundum illud canticum canticorum. Oscu-
letur me osculo oris sui. In osculo siquidem
os ori coniungitur. et in christo non solum
humanitas est unita divinitati verum etiam
sponsa sponso est unita vel copulata
secundum illud propheticum. Quasi sponsus deco-
ravit me corona. et quasi sponsam
decoravit me monilibus. Unde iohannes
Qui habet sponsam sponsus est. nam in
sole posuit tabernaculum suum et ipse tamquam
sponsus procedens de thalamo suo. Deinde
conversus episcopus osculatur diaconos ut osten-
datur pacem illam in adventu christi re-
misse quam propheta promiserat. Unde Ysa-
ias orietur in diebus c. i. et. a. p. d.
a. luna. et alius iterum propheta. Pax erit
in terra nostra cum venerit. et ideo christo
nascente. vox insonuit angelorum
et in terra pax hominibus bone volun-
tatis. osculum enim quoque pacem signi-
ficat. iuxta quod dicit apostolus. Salutate
vos invicem in osculo sancto. deus
autem pacis cum omnibus nobis amen. diaco-
nus ergo statim inclinans osculatur pectus
episcopi. designans quod inspiratione divina prophete
pacem predixere futuram. nam et
iohannes supra pectus domini recumbens
evangelii fluenta de ipso sacro dominici
pectoris fonte potavit De thurificatione
qua pontifex incensat altare

Episcopus ergo thuribulum accipiens
a diacono non sacrum incensat altare
quia christus corpus sumens de igne propha-
num. factus secundum carnem ex semine
david. suis orationibus fovet ecclesiam. sicut
quod orat in evangelio. Pater sancte ego
pro eis rogo et non pro eis tantum. sed etiam
pro illis qui credituri sunt per verbum illorum
illorum. Tunc autem diaconus thuribu-
lum recipit ut incenset episcopo moraliter
instruit quod si digne possumus orationes
incensum offerre. thuribulum incarna-
tionis debemus tenere. nam sine fide
mediatoris homines deo placere non possunt
Sed iuxta verbum promissionis eius.
Si quid petieritis in oratione credentes acci-
pietis. per thuribulum enim ... acci-
pitur incarnatum. nam sicut in thuribulo

pars inferior et pars superior

paries inferior et paries superior [illegible]. In Christo quoque sunt uniones quibus divinitas et humanitas coniunguntur. Primo carnis ad animam, unio divinitatis ad corpus, et unio divinitatis ad animam. Quidam autem quartam unionem assignant, videlicet deitatis ad compositum ex anima et carne. Nam et quedam thuribula quatuor habent cathenulas. De thuribulo sic ait inquit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum et hausto igne de altari mitte incensum desuper. Per ministerium vero incensi [illegible] et incensat altare, significat ab eo omnis demonis nequitia pellatur. Fumus enim incensi valere creditur ad demones fugandos. Unde cum Thobias interrogasset angelum quod remedium haberent ea que de pisce iussisset observari, respondit: Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius omne demoniorum genus extricat etc.

De antiphona que dicitur ad introitum

Interea chorus concinit antiphonam ad introitum quam repetit interposita gloria trinitatis. Porro sicut introitus sacerdotis Christi adventum significat, sic et antiphona que dicitur ad introitum desiderium adventus Christi significat, de quo dicit in evangelio: Multi apostoli [illegible] reges et prophete voluerunt videre que vos videtis et non viderunt, et audire que vos auditis et non audierunt. Chorus ergo dilatat animam suam et in iubilo cantat introitum. Cum prophete, patriarche, reges, sacerdotes ac omnes Christi fideles eo magno desiderio adventum Christi expectabant clamantes et implorantes: Emitte domine agnum dominatorem terre, d. p. d. a. m. f. s. Veni domine et noli tardare, relaxa facinora plebis tue Israel. Hinc ergo ille Symeon iustus et senex benedixit: Nunc dimittis servum tuum domine secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. Ex [illegible] ergo persona introitus cantatur per quos Christus introivit in mundum, quod dicit apostolus: Cum introducit primogenitum in orbem terre, dicit: Et adorent eum omnes angeli dei. Antiphone repetitio multiplicationem clamoris insinuat. Unde Ysaia: Manda remanda,

expecta reexpecta modicum. Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet et non tardabit. Interposita glorie designatur eos per actionem benignitatis trinitatis [illegible] quod expectabant facilius obtinere, et ad totam trinitatem glorificando clamabant: Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. Qui sedes super cherubin, appare coram Effraym et Manasse. Horum tandem clamorem Christus exaudiens venit cum oleo leticie pre consortibus suis. Ad evangelizandum pauperibus destinavit se. Quod ipse filius per Ysaiam testatur: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me. Hic ergo antiquorum desiderium introitu(?) representat, non solum intellectu(?) licet sed iubilo cantilene. Celestinus papa constituit ut psalmi David CL ante sacrificium cantarentur ex omnibus antiphonis, quia antea non fiebat, sed epistola tantum et evangelium legebatur. Excepti ergo sunt de psalmis introitus, gradualia quoque ac offertoria, necnon communiones, que cum modulatione ceperunt ad missam in ecclesia cantari. Antiphona grece, latine dicitur vox reciproca, quia voce chori reciprocando inter ipsum melodiarum cantus alternantur.

De kyrieleyson sequitur rubrica.

Quoniam ergo tempus plenitudinis annorum benignitatis advenerit, sic predictum fuerat a psalmista: Tu exurgens domine misereberis Syon, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. Congrue chorus tunc commemorando subiungit kyriel., quod interpretatur domine miserere nobis, te enim expectavimus. Dicitur hic novies contra novem genera peccatorum. Est autem peccatum originale, veniale, mortale. Hoc est serpens, mulier, vir. Serpens enim, i. concupiscentia, suggerit originaliter; mulier, i. delectatio, consentit venialiter; vir, i. ratio, consentit mortaliter. Iterum est peccatum cogitationis, locutionis et perpetracionis

in ope huius est mors in domo
· mors in porta · mors in monu-
mento · Kirie(leison) est petitio fra-
gilitatis · simplicitatis · malig-
nitatis · fragilis · pro impotenciam
· simplicitatis · pro ignoranciam ma-
lignitatis · pro iniquitatem · Hec est
peticio in patrem in filium in spiritum
sanctum · Item ter dicitur ad patrem Kyriel
· ter ad filium xpe el · et ad spiritum sanctum
Kyriel · Sed ad patrem et spiritum sanctum
sub eodem tamen vocabulo · quia pater et
spiritus sunt tamen eiusdem nature cum illis
· tamen est alterius · ut gemine gigas
sbe · Vel ideo dicit hec noviens ut
ordo decimus ex hominibus reparatus
novem associetur ordinibus ange-
lorum · Unus · gregorius Kyriel · ad
missam a clero cantari precepit
quia apud grecos ab omni populo cantabat

de gloria in excelsis deo rubrica

In Et sequitur ymnus angelicus
specialis xpi nativitati pertinens testi-
monium · quem primum ille inchoando
pronunciat · qui angelum magni
consilii representat Chorus autem conti-
nendo persequitur · quia subito facta
est cum angelo multitudo celestis
militie laudancium et dicencium Gloria
in excelsis deo Et in terra pax homi-
nibus bone voluntatis · hymnus iste
ideo tamen est angelorum sed et ho-
minum congratulancium · quia inter illa
que perdiderat dragmam decimam lu-
cernam accendat ut dragmam perditam
inveniret · et pastor dimissis xcix
ovibus in deserto iam veniat ut que-
reret ovem centesimam : quam amis-
serat · ante nativitatem xpi tres erant
inimicicierum parietes · primus inter
deum et hominem · Secundus inter ange-
lum et hominem · tercius inter hominem
et hominem · homo namque inter inobe-
dienciam creatorem offenderat · pro suum
casum restauracionem angelicam
impediebat · pro varios ritus se ab ho-
mine separabat Judeus namque cerimo-
nias colebat Gentilis ydolatriam

colebat · Utrorumque ritus alterius displicebat
Sed veniens pax nostra fecit utrumque unum
· destruxit inimicitiarum materias et
convenientes in se angulari et lapide
copulavit · ut de cetero esset unum ovile
et unus pastor · abstulit ergo peccatum et re-
conciliavit hominem hominem deo · reparavit
casum et reconciliavit hominem angelo
· destruxit ritus et reconciliavit hominem
homini · Restauravit ergo sanctum copulam et
que in celis et que in terris sunt ·
et ob hoc illa celestis milicie multitudo
psallebat Gloria in excelsis · i · in ange-
lis deo et in terra pax hominibus · i · iu-
deis et gentilibus bone voluntatis
hinc est quod angelus loquitur et congau-
det pastoribus · quia pax est inter deum
et hominem restaurata · nascitur in pre-
sepe bovis et asini · quia pax est inter
homines et homines restaurata · pro bovem
enim iudaicus per asinum gentilis populus
significatur secundum illud cognovit bos
possessorem suum et asinus presepe do-
mini sui Simachus papa constituit
tamen die dominica et natalibus marti-
rum · Gloria in excelsis deo ad mi-
ssam cantari · quem hymnum tele-
phorus nonus a petro ad missam
nocturnam natalis domini quam idem
constituit cantari precepit et in eo
angelorum verba que sequuntur adiecit
· Hymnus a pluribus asseritur quod ea beatus
hylarius pictaviensis adiecit · et cetera

de candelabris et cruce rubrica :

A d significandum itaque gaudium de
xpi nativitate letancium · in cornibus
altaris duo sunt constituta
candelabra · que mediante cruce facu-
las ferunt accensas · angelus enim
inquit pastoribus · annuncio vobis gau-
dium magnum quod erit omni populo
quia natus est nobis salvator et cetera · hic
est verus ysaias quem visus in terra
· lumen autem candelabri · fides est populi
· nam ad iudaicum populum inquit propheta
Surge illuminare iherusalem quia venit lu-
men tuum et gloria domini super te or-
ta est · ad populum vero gentilem dicit
apostolus · eratis aliquando tenebre · nunc
autem lux in domino · nam et in ortu xpi

nova stella magis apparuit secundum
vaticinium Balaam. Orietur inquit
stella ex Iacob et surget virga ex Israel.
Inter duo candelabra crux in altari
medio collocatur, quoniam inter duos populos
Christus in ecclesia mediator extitit, lapis
angularis qui fecit utraque unum, ad
quem pastores a Iudea et magi ab
oriente venerunt etc. De situ orandi
ubi agitur de mutatione sacerdotis ab
una parte altaris ad aliam.

[P]ontifex oraturus ascendit ad se-
dem appositam et stans collectam
pronunciat quam libro legit aperto
et sicut evangelista testatur venit Ihesus
in Nazareth ubi erat nutritus et intra-
vit secundum consuetudinem die sabbati in
synagogam et surrexit legere et traditus
est ei liber Ysaie prophete, quem ut revolvit
invenit locum ubi scriptum erat: Spiritus
domini super me propter quod unxit me et
cum complicuisset librum reddidit ministro
et sedit. Porro secundum consuetudinem
aliorum, episcopus cum orat ad dextram assistit
altaris, quoniam illud significat quod erat
prophetizatum: Deus ab austro veniet, et
quoniam ea que sunt extra per sinistram. Id-
circo pontifex ad dextram partem altaris
primo ascendit ut gaudium dominice na-
tivitatis ostendat, deinde per evange-
lium ad sinistram conducitur ut tristitiam
passionis insinuet. Sed item redit ad
dextram ut gaudium resurrectionis annun-
ciet. Hoc utique Ezechiel in descriptione quatuor
animalium figuravit: facies inquit hominis
et facies leonis a dextris ipsorum quatuor
etc. Per hominem intelligitur nativitas, per leonem
resurrectio, per bovem immolatio designatur,
et ideo facies leonis et facies hominis
a dextris, facies autem vituli a sinistris,
quia nativitas et resurrectio gaudium intu-
lerunt, passio autem tristitiam intulit,
propter quod et ipse dicebat: Tristis est ani-
ma mea usque ad mortem. Debet autem sacer-
dos versus orientem orare, quia visita-
vit nos oriens ex alto, de quo legitur:
ecce vir oriens nomen eius. Unde dignum
in libro sapientie scribitur: Oportet inquit
ad orientem lucis orare. Non quod di-
vina maiestas localiter in orientem
consistat, que enim essentialiter est ubique.
Celum inquit et terram ego impleo,
sed quia timentibus eum orietur sol iu-
stitie, qui illuminat omnem hominem ve-
nientem in hunc mundum. Propterea et tem-
plum Salomonis et tabernaculum
Moysi legitur ad orientem hostium
habuisse. In illis autem ecclesiis que hos-
tium habent ad occidentem, sacer-
dos coram altari consistens ut ad
orientem adoret se in salutatione
se convertit ad populum, excepto prefatio-
nis et stationis articulo cum orantibus
cunctis intentus et cor suum sursum
ad dominum et eucharistie peragit sacramentum.

De salutatione maioris et mino-
ris sacerdotis ad populum rubrica

[O]raturus episcopus mitram deposi-
tam quia vir secundum apostolum revelato
capite debet orare, quoniam intra
ipsum et deum esse nullius malitie
velamen interesse, ut revelata fa-
cie domini gloriam contempletur.
Pontifex ergo salutationem premittit
ad populum dicens: Pax vobis, illius
utens eloquio qui surrexit ponti-
fico. Minor autem sacerdos cum
salutat populum dicit Dominus vobiscum,
quod utique sumpsit Booz dicens legisse
legitur dixisse messoribus. Cum
in Booz ergo figuram salvatoris
expressit, qui Ruth moabitidem du-
xit uxorem. Chorus autem respon-
dit: Et cum spiritu tuo. Quod sumptum
est ex epistola Pauli ad Thimotheum:
Dominus inquit Ihesus Christus est cum spiri-
tu tuo. Ut autem ipse ostendat se Christi vi-
carium, prima vice dicit Pax vo-
biscum, quoniam hec fuit prima vox domini
ad discipulos cum eis post resurrectionem
apparuit. Ministri ergo ceterorum sa-
cerdotum populo dicit Dominus vobiscum
ut se unum ex illis ostendat. Ceterum
septem vicibus populus salutatur in mi-
ssa, quoniam exclusis septem viciis
capitalibus suscipiat gratiam se-
ptiformem. Utrum sacerdos missam
ex duobus partibus debeat celebrare

[S]tatutum est autem in sacris cano-
nibus ut nullus presbiterorum mi-
ssarum sollempnia solempnia cele-
brare presumat nisi duobus presentibus sibique

audientibus ipse tamen sacerdos quandoque sim-
pliciter dicit ab eo Dominus vobiscum
et illud in secretis Orate pro me ca-
rissime convenit ut ipsius salutantis
salutacionem rendeat a pluribus. Venio
aliud est navitatis articulus. aliud
religionis contextus pie quod tractatum
est de sacris auctoritatibus comprobatur
quod angeli domini comites assistunt secundum
illud propheticum. In conspectu ange-
lorum psallam tibi. et angelus
ad Thobiam. quando orabas cum
lacrimis ego obtuli orationes tuas
ad dominum etc. Sed in canone continetur
Supplices te rogamus omnipotens deus
iube hec perferri per manus angeli tui
in sublime altare tuum etc. Sane
quilibet homo habet angelum suum ad cu-
stodiam Unde legitur in actibus apostolorum
quod cum puella que fugerit ad ho-
stium. Petro nunciaret adventum. dice-
bat. angelus eius est. et dominus
in ewangelio loquens parvulis. angeli
eorum semper vident faciem patris. Illos
igitur homines in salutacione consalutat.

De oratione conclusione et insione

Salutatione premissa per quam au-
ditores redduntur attenti subdit ora-
tiones que designatur in Apoka-
lipsi per thimiamaterium quod ascendit
in conspectu dei de manu angeli.
Christus enim verus homo passionem pro
nobis destinatus. cuius vox illa est.
Holocausta etc pro delicto non postu-
lasti. t. d. e. n. Semper enim pro
nobis orabat qui secundum apostolum
in diebus carnis sue preces. suppli-
caciones quod ad deum qui salvum illum
posset facere a morte cum clamore va-
lido et lacrimis offerens exauditus
est in omnibus pro sua reverencia. Ecclesia
autem post finem orationis subiungit Per
dominum nostrum ihesum christum. Illud scilicet quod
ipse in ewangelio promisit dicens Quic-
quid petitis patrem in nomine meo
dabit vobis. Non enim habemus viam
ad nos eterna beneficia possunt de-
currere quam per eum qui mediator est
dei et hominum. homo ihesus christus. Sic
per mediantem cristallum mutuamus
ignem in escam suppositam a sole longin-
quo Sumptum est autem de epistola ad Ro. Glo-
riam meretur in deo per dominum nostrum ihesum christum
Illud autem quod sequitur Qui tecum vivit
et regnat in unitate spiritus sancti deus. ita
ponitur simpliciter sed non imprudenter intel-
ligitur qui cum patre et spiritu sancto. n. et
r. d. in. n. s. s. i. una cum spiritu
sancto Nam pater et filius et spiritus sanctus
sunt unus deus vel in unitate spiritus sancti
i. in spiritu sancto. qui est unitas patris et
filii. amor et connexio utriusque. Per omnia
secula seculorum. Genitivus vel consecutive vel
antonomasice ponitur. consecutive
sicut generaciones generacionum. antonoma-
sice sicut cantica canticorum. Amen opta-
tive vel affirmative ostendit effectum. Unde
in fine psalmorum ubi nos dicimus
fiat fiat. hebreus autem amen. amen.
et christus in ewangelio sepe dicit. amen
amen dico vobis. hoc est verum verum
dico vobis per quod alibi dicitur. Sic sermo
noster est est. Respicit ergo vel ad formam
orationis ut quod oratur optetur vel ad
modicum orationis ut quod concluditur con-
firmetur. Ubi quando cum sacerdos orat
Da nobis domine salutem mentis et corporis
Populus respondet optando amen. i. fiat. Vel
cum sacerdos concludit. Qui tecum vivit
et regnat in unitate spiritus sancti deus
per omnia secula seculorum. Populus affirman-
do respondet amen. i. verum est.

Quare orationes dicuntur collecte et quare sunt in missa dicende

Orationes autem que circa principium
misse dicuntur collecte dicuntur. eo quod sa-
cerdos qui fungitur ad deum legatione
pro populo petitiones omnium colligat
et concludit. Vel ideo collecte dicuntur quia
super collectionem populi fiunt dum colligitur
populus ut ad stacionem faciendam dum
de una ecclesia procedat ad aliam. Ora-
tionum vero plures et varii sunt auctores
et inter eorum et diversitas accre-
scebat quod ideo Africanum consilium
cui beatus Augustinus interfuit. ista consti-
tuit. ut nullus preces vel orationes. vel misse
vel prefationes vel commendationes vel
manus impositiones dicantur nisi in
consilio fuerint approbate. Nam ecclesia-
sticus papa tamen a se quam ab aliis co-

postulat Petrus dicitur ordinasse. Verum autem secundum scholasticus historie que minima vel integra videbantur singula coadunavit et quam multa per se superaddens necessaria. Quidam tamen modum et ordinem excedentes minus orationes multiplicant ut auditoribus suis tedium generant et fastidium. Cum enim dominus dicat in evangelio: Cum oratis nolite multum loqui sicut ethnici faciunt. putant enim se multiloquio exaudiri. Unde cum ei dixisset apostolus domine doce nos orare compendiosam orationem edocuit: Pater noster etc. Huius ergo orationis formam sequentes sacerdotes in missa septenarium orationum numerum non excedant. Nam Christus septem petitionibus omnia corporis et anime necessaria comprehendit. Quia vero deus numero gaudet impare, summopere quidam observant ut impares orationes dicant in missa. vel unam vel tres vel quinque vel septem. Unam propter unitatis sacramentum, tres propter trinitatis misterium, quinque propter quinquepartitam domini passionem, septem propter spiritum gratie septiformis. Pares enim divisionem et discordiam detestantur. Unde secundum dierum operibus benedixit, hic dixi benedixisse non legitur, quia binarius primus ab unitate recedit et ab eo ceteri numeri divisibiles sortiuntur originem. Capitulum De extensione manuum sacerdotis in missa

Status ergo pontifex ad orandum manus levat, extendit, astantibus hinc inde ministris qui manus eius sustentant, sacerdote coram eo tenente sacramentorium. Hoc quippe sacramentum istud insinuat. Legitur enim in Exodo quod cum Israel pugnaret adversus Amalech in deserto, Moyses ascendit super verticem collis. Cumque levaret Moyses manus, Israel vincebat. Si autem paululum remisisset, Amalech superabat. Aaron autem et Hur sustentabant manus eius ex utraque parte. Et factum est ut manus eius non lassarentur usque ad solis occasum. Fugavitque Josue Amalech et populum eius in ore gladii. Propter hoc ergo sacerdos extendit manus in missa cum orat, nam et Christus cum expandisset manus in cruce pro persecutoribus oravit et dixit: Pater dimitte eis quia nesciunt quid faciunt. Moraliter instruens quod Christus sit paratus est ita prope penitentibus, iuxta quod ille promisit: Omnis qui venit ad me non eiciam foras. Cum autem verus Moyses, id est Christus, elevat manus, id est impendit auxilium et solatium, vincit Israel, id est ecclesia. Nam si deus pro nobis, quis contra nos? Si autem paululum manus remiserit, id est si peccatoribus subtrahit auxilium et solatium, superat Amalech, id est diabolus. Quia non est volentis neque currentis sed dei miserentis. Quia ergo Christus promisit ecclesie: Vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Ideo Aaron, id est mons fortitudinis, et Hur, id est ignis caritatis, sustentant manus ipsius, ut in fortitudine ferat auxilium et in caritate solatium. Nec manus eius lassentur usque ad solis occasum, id est usque ad mundi finem. Sic ergo Josue duce, id est Christo ductore, Israel fugat Amalech et populum eius, id est ecclesia superat diabolum et exercitum demonum in ore gladii, id est per virtutem orationis. Gladium enim spiritus est verbum dei. Si quis ergo vult orationis virtute superare diabolum, debet elevare manus, id est actus ad deum, ut eius conversatio sit in celum. Unde demissas manus erigite et genua debilia roborate. Nam elevatio manuum sacrificium vespertinum. Bona est oratio cum ieiunio et elemosina. Fides autem sine operibus mortua est. Levemus ergo puras manus sine disceptatione, querentes que sursum sunt, non que super terram, ubi Christus est in dextera dei sedens etc. De epistola que premittitur evangelio in missa

Epistola que premittitur evangelio in missa precursoris designat officium, quod Johannes ante Christum exercuit, qui venit ante faciem domini parare vias eius. Sicut ipse testatur: Ego vox clamantis in deserto parate viam domini. Johannes enim quasi

subdiaconus fuit . i . subminister istius
qui se dicit . non veni ministrari
sed ministrare . lex enim nostri pedagogus
infantium . i . data ipsum per manum
moysi custodiens susceptionis illius
adventum docuit expectare . quem
eciam ipso iam adulto pos digito ge-
iohannis presentem in terris monstr-
avit . ut cum ducem sequeretur ad
ecce inquit agnus dei ecce qui tollit
peccata mundi . processit namque lex eum
sicut umbra lucem . iurgia servitutis
timor caritatem . iniciatum perfectorum
dilectionis preceptum . amantis con-
silium . hanc lex per moysen data
est gracia et veritas per ihesum christum facta
est epistola vero preco legis est suam imper-
fectionem iohannis testimonio profi-
tentis . et ad perfectorum evangelicam
transmittentis . hic est enim de quo
dixi vobis qui post me venit ante
me factus est cuius non sum dignus
corrigiam calciamenti solvere . me con-
mittit alium aut excitat et non erat
ille lux sed ut testimonium perhiberet
de lumine . erat lux vera que illuminat
omnem hominem venientem in hunc
mundum . lex quippe neminem ad perfe-
ctum duxit . hinc est quod subdiaco-
num legentem epistolam unus commi-
tatur acolitus . diaconum vero lege-
tem ewangelium tam subdiaconus quam
acoliti concomitantur . quod predicato-
rem iohannis pauci secuti sunt
predicatorem ewangelii plurimi suscepe-
runt . unde discipuli legitur dixisse
ipsi iohanni . rabi . qui erat tecum
transiordanem cui testimonium
perhibuisti . ecce hic baptisat et omnes
veniunt ad eum . ut ergo audivit
ihesus quod pharisei audierunt quod ihesus
plures discipulos facit quam iohannes
reliquit iudeam etc. Quia vero io-
hannes fuit limes precedencium
et subsequencium medium inter apostolos
et prophetas . nam lex et prophete usque ad
iohannem . et ex eo regnum dei ewan-
gelizabatur et omnes in illud in-
frat ideo epistola nec semper legitur de prophetis
nec semper legitur de apostolis . sed medium sumitur
de veteri testamento . interdum de novo
quod iohannes cuius preconem repetat eciam
cum antiquus christum predixit venturum . qui
post me venit ante me factus est etc. novo
demus christum ostendit presentem ecce agnus dei
ecce qui tollit peccata mundi etc. Epistola enim pre-
terea supermissio vel supererogacio nuncupatur
quod nomen vero congruit lectionibus apostolicis
que supererogate sunt in ewangelio . de quibus
sequentibus legitur epistole . apostolus enim ordo
per illum stabularium intelligitur . cui sa-
maritanus commisit hominem a latronibus
spoliatum . vulneratum et semivivum
relictum . proferens duos denarios et dicens
cui curam illius habe et quodcumque sup-
erogaveris reddam tibi etc.

De reverencia quam subdiaconi exhibet episcopo post epistolam

Quod autem subdiaconus cum acolito
post lectam epistolam ad sacerdotem acce-
dit . illud insinuat quod iohannes cum
audisset in vinculis opera christi . mittens
duos ex discipulis suis ait illi . tu es qui
venturus es an alium expectamus
ut per ipsa miracula christum iam venisse
cognoscerent . unde videns ihesus ait
illis . euntes renunciate iohanni que
vidistis et audistis . ceci vident . claudi
ambulant . leprosi mundantur . surdi audiunt . mor-
tui resurgunt . pauperes ewangelisantur
. et quod dexteram domini fecit sepultam . ideo
subdiaconus osculatur dexteram sacerdo-
tis . quod non per ipsa miracula cognos-
cunt esse de quo ingressi predicat qui
post me venit ante me factus est cuius
non sum dignus corrigiam calciamenti
solvere . pronus ad pedes calciame-
tum pontificis osculatur . Sacerdos vero
subdiaconum ~~osculatur~~ ~~bene~~ benedicit
et sepius commendavit io- iohannem
quid intrastis existis in ~~deserto~~ deserto
videre prophetam . et ideo dico plus quam prophetam
. et ideo dico plus quam prophetam . amen
amen dico vobis inter natos mulierum
non surrexit maior iohanne bapti-
sta . Subdiaconus ergo post finem . sed
diaconus ante principium lectionis ad sacer-

doctrinam accedit . et credibus reuerenciam
. quia legem Simon accepit a christo . sed christum
originem sumpsit ab illo . nam lex et
prophete usque ad johannem euangelium et apostoli post
johannem **De graduali rubrica sequitur**
ergo quia johannes primum predi-
cabat . penitentiam agite appropin-
quabit vobis regnum celorum
et iterum . f. d. f. penitentie . ergo
post epistolam graduale sequitur . quia penitentie
lamentum insinuat . propter quod in diebus
paschalibus usque ad penthecosten tollitur
de officio . quia videlicet dies illi futurum
in regno dei felicem eterne status sig-
nificant . quando iam area christi ventila-
bro quod est in manu eius purgata
grana reponentur in horreo . felicita-
tis eterne . dicitur enim graduale ad gra-
dale a gradibus humilitatis ut pote illi
conveniens qui nondum ascendit de
virtute in virtutem . sed adhuc in con-
valle positus lacrimarum . iam tamen ascen-
siones in corde disposuit . Rectius ergo
faciunt qui graduale non festinis aut
modulatis vocibus efferunt sed hu-
militer grauiter et a spiritu simplici potius
et lamentabiliter canunt . potest tamen istud
misterium quod graduale vocatur ad vo-
catione apostolorum referri . quando christus
dixit . venite post me . ipsi non tam
[illegible] sed opere [illegible] . quia relictis di-
bus secuti sunt eum . et ideo graduale
cantatur . cum apostoli gradiebantur post
dominum . discipuli post magistrum . post epistolam
ergo graduale cantatur quia per predicationem
johannis discipuli secuti sunt christum . Sta-
bat iterum johannes et ex discipulis
eius duo et respiciens ihesum ambulan-
tem dixit ecce agnus dei etc. et audie-
runt eum duo discipuli loquentem et se-
cuti sunt ihesum . Erat autem andreas fra-
ter Simonis petri unus ex duobus
qui audierant a johanne et secuti
fuerant eum . hoc graduale cantauit
cum inuenit primo fratrem suum
simonem et dixit ei inuenimus
messiam quod est interpretatum christus

et adduxit eum ad ihesum . Phili-
pus etiam graduale cantauit cum
natanaelem et dixit ei quem scri-
psit moyses in lege et prophete .
inuenimus ihesum filium joseph
a nazareth veni et vide
De alleluia rubrica tercius ponitur
Post luctum sequitur consola-
cio . nam beati qui lugent
quoniam ipsi consolabuntur . et ideo
post graduale cantatur alleluia . quod
significat gaudium ineffabile et
hominum . in eterna felicitate letancium
. hic est scilicet laudare dominum . nam beati
qui habitant in domo tua domine
in secula seculorum laudabunt te . in
voce exultationis et confessionis so-
nus epulantis . quid sit alleluia cuius
eius psalmus exponit . cum alleluia pre-
intitulatur in titulo . statim post exor-
dio titulum incipit laudate pueri
dominum etc. hoc ineffabile vite gaudium
potius inopia nullatenus metitur nec
. sed pregustans illud in spe et esurit
sitit . qui gustauerit dolet spes ex-
tetur in re et fides in specie . qua-
propter hic non hebraicum ineffabile
remansit ut peregrini ab patria vita
gaudium per peregrinum vocabulum
significaretur potius quam exprimeretur
. eius misterium velut quoddam
gaudium stillicidium de diuitiis
superne ierusalem . primo in mente pa-
triarcharum et prophetarum et postea
in apostolorum ore per spiritum sanctum ela-
psum est . cum ergo alleluia sit beatitu-
dinis eterne [illegible] vocabulum est . non
mirum si magis eo tempore frequen-
tatur . quo christus resurgens [illegible]
beatitudinis speciem nobis tribuit et
promisit . licet enim aliis temporibus
cantetur ad missam . olim ecclesie
romane non erat consuetudo . sed
a beato gregorio institutum . immo po-
tius restitutum est . nam a tempore da-
masi pape cum primus fuisset [illegible]
defecerat . deinde cum de hiis et aliis

quibusdam quosdam murmu-
rare sentiret tanquam constan-
tinopolitane ecclesie consuetudi-
nes sequentur, non est de diff-
tis reddere rationem dicens et nos
in nullo horum aliam ecclesiam
secuti sumus. Nam ut alleluia
hic non dicetur de ierosolimorum
ecclesia ex beati jeronimi traditione
tempore bone memorie damasi pape
traditur tractum. Et ideo in hac
magna sede consuetudinem am-
putavimus que hic a grecis
tradita sunt. Cantamus ergo alleluia
post graduale canticum leticie post
luctum pene. summopere nitentes
exprimere magnitudinem conso-
lationis que reposita est lugentibus
iubilantes potius quam canentes
. Unam quoque brevem digni sermo-
nis sillabam in plures neumas
protrahimus ut iocunde mens atto-
nita repleatur et rapiatur illuc ubi
sancti erit vita sine morte. dies sine
nocte. dulcedo sine amaritudine
iocunditas sine dolore securitas sine
timore. tranquillitas sine labore
. fortitudo sine debilitate. rectitudo sine
perversitate. pulcritudo sine
deformitate. veritas sine fallacia
. caritas sine malicia. felicitas
sine miseria etc.
p Potest autem alleluia referri ad exu-
ltationem eorum qui de mira-
culis christi gaudebant laudantes
deum et dicentes quia vidimus mirabilia
hodie. et quia deus visitavit plebem
suam. tunc enim cantabit in iubilo
alleluia. cum omnis qui videbit dedit
laudem deo. et omnis populus gau-
debit in universis que magnifice
fiebant ab eo. nam et lxxii dis-
cipuli reversi sunt cum gaudio dicen-
tes. domine etiam demonia subi-
ciuntur nobis in nomine tuo. hinc
est quod a septuagesima usque ad pa-
scha non cantatur alleluia. quia tempus tri-

sticie non debet carmen leticie decantari
secundum illud prophetam quomodo cantabimus
canticum domini in terra aliena. Se-
ptuagesima namque tempus babilonice ca-
ptivitatis spiritualiter representat. In qua super
flumina babilonis sedentes et flentes
organa suspenderunt. Tractus autem
dicitur qui cum asperitate vocis. cum
prolixitate verborum miseriam presentis
incolatus insinuat. de quo dicit psal-
mista heu michi quia incolatus meus
prolongatus est habitavi cum habitantibus
cedar multum incola fuit anima mea.
De versu qualis debeat esse rubrica hic
q Quod autem in preposito versu bis alleluia can-
tatur. designat quod in preterita leti-
cia sancti geminam glorificationis
stolam accipiant. mentis et carnis sive
cordis et corporis. nam secundum stolam
mentis exultabunt sancti in gloria letabuntur
in cubilibus suis. Secundum stolam car-
nis fulgebunt iusti sicut sol etc. Si-
m ... indirecto discrepent. versus ergo nil
sinistre aut triste sed totum iocundum
et dulces debet sonare. Hoc sunt. dominus
regnavit decorem induit. dominus regna-
vit exultet terra. iubilate deo omnis
terra. iustus ut palma florebit. quo-
niam absterget deus omnem lacrimam
ab oculis eorum. et iam non erit am-
plius neque clamor neque luctus sed
nec ullus dolor quia priora transierunt
. h. quem significat quod in quibusdam ecclesiis
sequentia post alleluia cantatur scilicet iubilo
dulci et canore. Notandum est autem
quod in officio misse tamen linguarum
convenit diversitas ut omnis lingua
confiteatur quia dominus noster ihesus christus in
gloria est dei patris. quod et titulus cru-
cis ondit qui scriptus est litteris grecis
hebraicis et latinis ihesus nazarenus
rex iudeorum etc. De sacerdotis co-
ssessu de epistola legitur et graduale cantatur
h Attenuis tacitus sedebat sacerdos
illud insinuat quod predicante johanne
christus quodam modo sedebat et tace-
bat. quia non predicabat aperte. sed ut
tradit evangelista. postquam traditus
est johannes christus venit in galileam

predicaturus erat regnum celorum. Vel quia sedere
victoris est, sessio sacerdotis victoriam
Christi significat, qui per ieiunium vicit
diabolum; nam reliquit eum temptator
et accesserunt angeli et ministrabant ei.

De mutatione sacerdotis de una parte altaris ad aliam hec rubrica sequitur

His ergo rite premissis sacerdos ad si-
nistram partem altaris accedens
pronuntiat evangelium, significans quod
Christus non venit vocare iustos sed pecca-
tores, iuxta quod ipse dicit in evangelio: Non
enim indigent qui sani sunt medico
sed qui male habent. Per dextram enim
iusti, per sinistram peccatores significantur,
iuxta quod Dominus in iudicio statuet quidem oves
a dextris, edos autem statuet a sinistris,
sicudat autem alio loco dicetur. Ideo
sacerdos in principio misse consistit ad
dexteram; cum autem pronuntiat evangelium
convertit se ad sinistram et circa finem
misse iterum redit ad dexteram, quia
cultus fidei primo fuit in populo iudeorum,
deinde transivit ad gentes, et circa finem
mundi iterum convertetur ad iudeos ad
predicationem Enoch et Helie, qui conver-
tent corda patrum in filios, quando
in diebus illis salvabitur iuda et re-
liquie israel salve fiant. Sed cum sa-
cerdos qui pronuntiat evangelium ipsius
Christi representet personam et Christus non
predicavit gentibus sed iudeis, iuxta
quod ipse dicit in evangelio, dicatur pru-
dens auditor advertat etc.

Quare diaconus qui lecturus est evangelium dexteram pontificis osculatur

Porro cum episcopus celebrat omnia
solemniter peragens, diaconus
cum dextera pontificis osculata,
codicem evangelii suscipiens de al-
tari benedictionem postulat ab episcopo, qua
data procedit ad pulpitum precedentibus
ceroferariis qui faculas ferunt
accensas et thuribulum cum incenso.
Iam figura mutatur, nam diaconus
qui prius representabat prophetam, modo re-
presentat evangelium. Lex enim et prophete
usque ad Iohannem et ex eo regnum celorum
evangelizatur. Pulpitus altus est et

et si fuerit diligens exauditus hau-
riemus aquam de fontibus sal-
vatoris. Diaconus autem dexteram
pontificis osculatur, quia predica-
tor evangelizare debet pro gloria
sempiterna, de qua sponsus dicit
in canticis: Dextera illius ample-
xabitur me. Nam et angelus qui
resurrectionis gloriam venerat nun-
tiare sedebat in dextris stola can-
dida coopertus. Licet ergo secundum apostolum
qui seminant spiritualia metere possint
et carnalia, non est tamen seminan-
dum pro carnalibus et temporalibus,
nam qui seminat in benedictioni-
bus metet vitam eternam. Mer-
cenarius enim est qui de predicationis
officio non querit premium sempiter-
num sed comodum temporale etc.

Quando pedes quando manus summi pontificis debeant osculari

Ceterum subdiaconus vel diaco-
nus manus vel pedes romani
pontificis osculatur, ut et
summo pontifici summam exhibeat
reverentiam et eum illius ostendat
se esse vicarium cuius pedes oscu-
labatur mulier que erat in civitate
peccatrix, adorandum scabellum
pedum eius quoniam sanctum est, cuius pe-
des mulieres tenentes resurgentem
a mortuis adoraverunt. Manum
autem nemo debet manus summi pon-
tificis osculari, nisi cum de ma-
nibus eius aliquid accipit vel
cum ad manus eius aliquid ponit,
ut ostendatur quod cuncta bona ipsi gratie
referre, qui sicut semper dat propria sic
numquam recipit aliena. Ipse preter
oblationem paucis nullam aliam
oblationem manibus tangit nisi
quod pro defunctis offertur, quam
ideo manibus accipit ut errorem
scilicet eorum qui dogmatizant
elemosinas non valere defunctis. Pa-
nem vero tangit propter reverentiam sa-
crificii, quod ex pane conficitur et sp-

vicarius est illius qui de se dicit Ego sum panis vivus etc. Ceteras autem oblationes ad pedes accipit propter illud quod in actibus apostolorum habetur: Quicumque afferebant precia eorum que vendebantur et ponebant ante pedes apostolorum.

De benedictione quam diaconus petit et accipit

Decepturus ergo diaconus codicem evangelii benedictionem petit ab episcopo, quia nullus debet predicare nisi mittatur, secundum illud apostoli: Quomodo predicabunt nisi mittantur. Unde inquit apostolus actis qui infra capitulo pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat etc. Ysa. vi. Ysaias etiam cum audisset vocem domini dicentis: Quem mittam et ex nobis quis ibit? Respondit: Ecce adsum, mitte me. Dixit et dominus: Vade et dices populo huic: Audite audientes etc. Pontifex ergo visibiliter benedicit diacono qui est lecturus evangelium, quod non fecerat subdiacono qui lecturus erat epistolam, quia Christus invisibiliter manens legem et prophetas invisibiliter misit. Sed postquam in terris visus est et cum hominibus conversatus est, apostolos et evangelistas visibiliter misit et docuit dicentes: Euntes inquit predicate dicentes appropinquat regnum celorum. Illi autem profecti circuibant castella evangelizantes et curantes ubique.

De susceptione codicis evangelii

Textus evangelii sumitur de altari, quia de Syon exibit lex et verbum domini de Ierusalem, non utique lex mosaica que quondam exierat de monte Syna, sed lex evangelica, de qua dicit propheta: Ecce dies veniunt dicit dominus et consummabo testamentum novum super domum Israel et super domum Iuda, non secundum testamentum quod dedi patribus eorum cum eduxi eos de terra Egypti. Sed dabo leges meas in mente eorum et in corda eorum superscribam eas, et ero illis in deum et ipsi erunt michi in populum. Lex quippe mosaica scripta fuit in lapideis tabulis. Sed lex evangelica scribitur in tabulis cordis digito dei. Nam illa dabatur duris gentibus cor lapideum, sed hec datur obedientibus, sicut ipse dicit in psalmo: Populus quem non cognovi servivit michi, in auditu auris obedivit michi etc.

De hiis que precedunt diaconum cum cereis et incenso

Diaconus premittit duos ceroferarios cum facibus et incenso, quia predicator debet odorem bone opinionis emittere, secundum illud apostoli: Christi bonus odor sumus in omni loco. Nam cuius vita despicitur restat ut eius predicatio contempnatur. Et dicitur medico: Cura teipsum. Eice primo trabem de oculo tuo et tunc eicies festucam de oculo fratris tui. Debet et desiderium et gaudium in cordibus auditorum accendere, ut magis et libenter audiant et efficaciter obediant. Quis autem non desiderat bonum nuncium et de bono nuncio quis non gaudeat? Evangelium enim bonum nuncium ipsa sui nominis interpretatione significat. Vel hoc ergo per acolitos: episcopus duos premittit acolitos ante diaconum qui lecturus est evangelium, portantes cereos et incensum. Nota etiam quod Christus premittebat binos discipulos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat venturus, ut presentis coruscationes miraculorum et odorem virtutum. Unde reversi dixerunt: Domine in nomine tuo etiam demonia subiciuntur nobis. Facies ergo Christi si convenienter intuemur apostoli, qui formam doctrine sue populis ostendebant, propter quod audiebant: Qui vos recipit me recipit. Vel ideo librum evangelii precedunt thuribulum et candelabrum, quia doctrinam Christi virtus et fama precedebant, evangelista testante: Exivit Ihesus in virtute spiritus in Galileam et fama exiit in universam regionem de illo. Ipse docebat in synagogis eorum etc.

Quare subdiaconus in eundo sequatur et in redeundo precedit etc.

Diaconus vero precedit ut doctor, subdiaconus autem sequitur ut auditor. Ille precedit ut predicet et

iste sequitur ut innuet quod dignus est
operarius mercede sua. Secundo quod
dominus in lege precepit Non claudes os
bovis triturantis. Post lectionem vero
subdiaconus qui sufficit doctus procedit re-
fore coram eo. quia mercedem ewangelii
de sua ministratione reportat. Secundo
illud quod dominus ipse promisit in ewangelio
cum recipit prophetam in nomine prophete
mercedem prophete accipiet. Quod premittit
diaconus quod ut ostendat se fructum
predicationis referre. De quo dominus inquit
ego posui vos ut eatis et fructum
afferatis et fructus vester maneat
In quibusdam tamen ecclesiis subdiaconus
precedit diaconum ferens pulvillum
quod libro supponat ut mollius sede-
at. per pulvillum qui fesso supponi-
tur ad ~~[illegible]~~ quietem signatur vite so-
lacium. ut insinuet auditores quod
pro mercede laboris predicationis necessaria
subministrent Nam ut inquit apostolus
Qui altari serviunt cum altari parti-
cipant. Quare diaconus per unam
partem ascendit in pulpitum et per aliam
descendit

Recedit ergo diaconus
consilio nichil ferens preter codi-
cem ewangelii. iuxta illud quod
dominus precepit Neminem salutaveritis
et nichil tuleritis in via Subdia-
conus autem per unam viam et diaco-
nus per aliam ascendit in pulpitum
. quia iste docendo procedit in augmen-
tum scientie. ille quia minister per meri-
tum operis progreditur in augmen-
tum iusticie de quo dicit psalmista
Iusticia tua sicut montes dei. Sed
per eandem viam revertitur ad [illegible]-
[illegible]. quia per finaliter predicatio per-
tingit ad primum. Sicut dominus ait qui
perseveraverit usque in finem hic salvus
erit. predicat. et quia predicatio non su-
fficit sine opere. cepit enim Ihesus facere
et docere. Secundo predicator per viam
eandem revertitur per quam mini-
strator accesserat Vel ideo diaconus
qui lecturus est ewangelium ab una
parte progreditur et ab altera regre-
ditur. quia apostoli prius predicaverunt iudeis

et postea gentibus. Secundum quod inquit
inquit ad iudeos. Quia repulistis verbum
dei et indignos vos fecistis ecce
convertimur ad gentes etc.
Quare versus aquilonem legitur ewangelium

Diaconus ergo in am-
bonem ascendit ut annunciet
ewangelium secundum illud propheticum
Super montem excelsum ascende
qui ewangelizas Syon. exalta
in fortitudine vocem tuam. Et
dominus inquit in ewangelio. Quod dico
vobis in tenebris dicite in lumine
et quod in aure auditis ~~[illegible]~~
predicate super tecta. Nam et
ipse dominus ascendit in montem ut
ewangelium predicaret. et aperiens os
suum docebat apostolos suos dicens
beati pauperes spiritu quoniam ipsorum
est regnum celorum. Faciem autem
suam versus aquilonem opponit
ut ostendat predicationem Christi contra
eum specialiter dirigi. qui ait po-
nam sedem meam ad aquilonem
et ero similis altissimo. Nam et per
prophetam quod ab aquilone pandetur omne
malum super habitatores terre. Ordine ergo
aquilonari ergo legitur ewangelium ut
aquilo fugiat et auster adveniat
. i. ut diabolus fugiat et spiritus sanctus
accedat Unde diaconus munit se
signaculo crucis ne diabolus qui
bonis insidiatur [illegible] tollat ei
devotionem de corde vel sermonem
de ore. Sacerdos itaque vel diaco-
nus cum lecturus est ewangelium
signare se debet in fronte et in ore
et in pectore q.d. Ecce crucem Christi
non erubesco sed corde credo quod pre-
dicamus inquit apostolus. Ihesum Christum
et hunc crucifixum. iudeis quidem
scandalum. gentibus autem stulti-
ciam. nos autem gloriari oportet etc.
Et dominus in ewangelio ait. Qui me
erubuerit et meos sermones. hunc
filius hominis erubescet cum vene-
rit in maiestate sua et patris et
sanctorum angelorum Debet ergo signare
librum et osculari. q.d. Hic est liber
crucifixi per quem reconciliatos accepimus

Cum lectum est evangelium consi-
gnet os frontem et pectus
[illegible] est evangelium
signum [illegible] frontem et pectus

Quam profundum est crucis miste-
rium, quam arduum sacramentum.
Legitur enim quod Moyses ad manda-
tum domini serpentem eneum erexit
pro signo crucis quem aspicientes
qui percussi fuerant a serpentibus
sanabantur. Ipse Christus exponens
in evangelio inquit: Sicut Moyses ex-
altavit serpentem in deserto ita
oportet exaltari filium hominis
ut omnis qui credit in ipso non pereat.
Legitur etiam cum Joseph applicuisset
Manassen et Effraim ad Jacob,
statuens maiorem ad dexteram et
minorem ad sinistram ut eos secundum
ordinem benediceret, Jacob manus
commutans id est in modum crucis
cancellans, dexteram imposuit super
caput iunioris Effraim et sinistram
super caput Manasse maioris et di-
xit: Angelus qui eruit me de cunctis
malis benedicat pueris istis. Item
Ezechiel autem audivit dominum dicentem
ad virum vestitum lineis habentem
atramentarium scriptoris ad renes:
Transi per mediam civitatem et signa
thau in frontibus virorum dolen-
tium et gementium, et post hec dixit
septem viris: Transite per mediam
civitatem et percutite omnem super
quem non inveneritis thau. Nemini
parcet oculus vester. Johannes etiam
vidit ascendentem angelum dei
ab ortu solis habentem signum dei
vivi et clamavit voce magna
quatuor angelis quibus datum est
nocere terre et mari dicens: Nolite
nocere terre et mari neque arboribus
quoadusque signemus servos dei
vivi in frontibus eorum. Hinc
est quod cum dux egiptiorum percuteret
primogenita, domos hebreorum
absque lesione transcendit eo quod
sanguinem in superliminari et utroque
poste vidisset. Dum Moyses ma-
nus tenebat extensas Israel pu-
gnans Amalech superabat. Lignum

in Marath aquas dulcoravit amaras
et ad lignum missum in Jordanem
ferrum quod inciderat enatavit. Hoc
est lignum vite in medio paradisi de quo
sapiens protestatur: Benedictum li-
gnum per quod fit iusticia. Et regna-
vit a ligno deus et convertit orbem. Hic
qui enim et si dixerunt morte turpissima
condempnemus eum, nescierunt sacra-
menta dei neque comprehenderunt que sit
longitudo, latitudo, que sublimitas
et profundum. Crux enim sanitatem
restituit, benedictionem impendit,
discernit a perfidis, liberat a periculis, ho-
stes expellit, victores constituit. Crux
misterium fidei, firmamentum spei,
clavis celi, forma iusticie, magni-
ficencia regum, gloria sacerdotum,
inopum sustentatio, pauperum
consolatio, dux cecorum, baculus
claudorum, spes desperatorum, re-
surrectio mortuorum. Quomodo crucis
signum sit exprimendum rubrica

c Est autem crucis signum tribus digi-
tis exprimendum, quod sub invoca-
tione trinitatis imprimitur, de qua
dicit propheta: qui appendit tribus digitis
molem terre. Itaque a superiori descen-
dat in inferius et a dextra transeat ad
sinistram, quia Christus de celo descendit
in terram et a iudeis transiit ad
gentes. Quidam autem signum crucis
crucis a sinistra producunt in dex-
tram, quia de miseria debemus transire
ad gloriam, sicut et Christus de morte
transivit ad vitam, et de inferno
ad paradisum, presertim ut se ipsos
et alios uno pariter eodemque modo
consignent. Constat autem quod cum
super alios signum crucis imprimi-
mus illos a sinistra consignamus
in dexteram. Verum si diligenter
attendatur etiam super alios signum cru-
cis a dextra producimus in sini-
stram, non signamus eos quasi
vertentes dorsum, sed quasi faciem
presentantes. De salutatione que
premittitur evangelio rubrica

d Diaconus qui iam in ambone
consistens salutat populum dicens

dus vobiscum. aliud obseruat quod dus
insistat Qui in quacumque domum intraueri-
tis. primum dicite Pax huic domui.
Secundo quod populus quasi non sterat tamquam
epistula legitur devotus et attentus. respon-
det et cum spiritu tuo. Statim quod dia-
conus ut eos beniuolos reddat et doci-
les subdit Sequentia sancti evangelii.
sed populus cum reuerentia et honore respondet
gloria tibi domine. Glorificantes de-
um qui misit eis verbum salutis. Sicut
in actibus apostolorum legitur et glori-
ficaverunt deum dicentes ergo et deus
gentibus penitentiam dedit ad vitam

De preminentia evangelii rubrica

Hanc sicut caput preminet
corpori et ei cetera membra sub-
seruiunt. Sic evangelium toti pre-
cellit officio. et ei cetere partes intelle-
ctuali ratione consentiunt. hoc est verbum dei.
Sermo sermonis. sapientia sapientie.
verbum verbi quod erat in principio apud
deum. omnia per ipsum facta sunt et sine
ipso factum est nichil. Sermo sermo-
nis qui venit a regalibus sedibus
in simulationem portans imperium. Vivus
et efficax et penetrabilior omni gla-
dio ancipiti. Sapientia sapientie que attin-
git a fine usque ad finem fortiter et disponit
omnia suauiter. paradisus deliciarum ortus
aromatum. cella vinaria. cena-
culum magnum. mensa propositio-
nis. quadriga aminadab. turris
david. gazophilacium templi. the-
saurus patrisfamilias. hic est fons
ortorum puteus aquarum viventium
que fluunt impetu de libano. quo
et diaconus corde puro. ore mun-
do et opere castum. se studeat exhi-
bere. antequam sacrosanctum evangelium possit
digne proferre. Est puteus aquarum
viventium dominum. i. evangelium predica-
tio non fluit impetu. i. libere nisi de
libano. i. de corde casto. et de ore
candido. non enim est laus in ore
peccatoris. sed peccatori dicit deus quare
tu enarras iustitias meas et
assumis testamentum meum per os tuum. hic iam non
loquitur moyses qui ab heri et
nudius tertius non est eloquens
sed et impediatoris et tardioris et
lingue factus est ex quo dominum lo-
quentem sibi audiuit. hic non
loquitur ysaias qui de se dixit ve
michi quia tacui. quia vir pollutus
labiis ego sum. Sed hic loquitur
pater cum filio quem constituit
heredem universorum per quem fecit
et secula

Quare post evangelium liber et thuribulum ad episcopum reportantur rubrica post hec

Evangelio perlecto liber et thuri-
bulum ad pontificem reportatur
quia ad eum omnia bona sunt
referenda a quo cuncta procedunt. Vnde
multi psalmorum intitulantur in
fine. ipsi david. quia christus est fi-
nis consummans et non consumens
alpha et o. primus et novissimus
initium et finis. Christus ergo thure
adoratur et codicem osculatur quia est
quod inspirauit et docuit. hic appro-
bat et acceptat. deus autem nichil
accipit nisi quod offertur. et nec remu-
nerat nisi quod donat. quia sic cuncta
que facit sunt bona non que fecit
nam vidit deus cuncta que fece-
rat et erant valde bona etc.

De simbolo quod post evangelium decantatur

Quia vero corde creditur ad iustitiam
ore autem fit confessio ad salutem
ut ostendat ecclesia quod evangelii
verbum corde recepit. mox fidei sim-
bolum ore decantat. credo in unum deum
incipit ut significet quod omne bonum
a christo procedat. Nam omne datum
optimum et omne donum perfectum de
sursum est descendens a patre lu-
minum. quocirca ne mussitans ille
celestis dicat. Cantauimus vobis
et non psallastis. Chorus catho-
licus ecclesie doctrine consona
voce vndique et solemni tripudio fidem
catholicam profitetur. Symbolum
autem grece latine sonat indicium
vel collatio. eo quod regulam fidei
plenam indicat et perfectam. quia
in se omnes continet articulos
fidei. traditur enim quod postquam

apostoli spiritum paraclitum accepissent, cum iam solent ad predicandum evangelium proficisci, conferentes in unum super articulis fidei statuerunt, ut sicut omnes erant una fide concordes, ita omnes in unam fidem concorditer predicarent, et ideo simbolum componentes unusquisque bolum, i. particulam unam apposuit. Unde secundum apostolorum cathalogum xii particulas dinoscitur continere. Simbolum ergo quasi ewangelium fidem per predicacionem ostendit(?). Unde Johannes: hec eo loquente multi crediderunt in eum. Nam et secundum apostolum fides est ex auditu, auditus per verbum Christi. Damasus papa constituit ut simbolum caneretur ad missam ex decreto sancte universalis ecclesie synodi aput Constantinopolim celebrate.

De xii particulis vel articulis simboli

Petrus dixit: Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre. Andreas dixit: Et in Ihesum Christum filium eius unicum dominum nostrum. Jacobus: qui conceptus est de spiritu sancto natus ex Maria virgine. Johannes: passus sub Poncio Pilato crucifixus mortuus et sepultus. Philippus: descendit ad inferna, tercia die resurrexit a mortuis. Bartholomeus: ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Thomas: inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Matheus: Credo in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam katholicam, sanctorum communionem. Symon: remissionem peccatorum. Thadeus: carnis resurreccionem. Mathias: vitam eternam amen. Constantinopolitanum simbolum xii clausulas dinoscitur continere. Prima: Credo in unum deum. Secunda: et in unum dominum nostrum Ihesum Christum. Tercia: qui propter nos homines. Quarta: crucifixus etiam pro nobis. Quinta: et resurrexit tercia die. Sexta: ascendit in celum.

Septima: et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos. Octava: cuius regni non erit finis. Nona: et in spiritum sanctum dominum et vivificantem qui ex patre filioque procedit. Decima: et unam sanctam et apostolicam ecclesiam. Undecima: et expecto resurreccionem mortuorum et vitam venturi seculi amen. Isti sunt xii panes qui recentes et calidi super mensam semper(?) coram domino ponebantur. Hec sunt dona que principes tribuum in consecracione altaris xii obtulere diebus. Duodenarius enim numerus in scripturis est sacratus: in xii apostolis, xii prophetis, xii patriarchis; in xii exploratoribus, xii principibus et xii tribubus(?); in xii fontibus, xii lapidibus et in xii sedibus; in xii horis et xii mensibus et xii annis; in xii signis, xii stellis et xii gemmis; in xii portis, xii angulis et xii fundamentis; in xii viris et xii cubitis et xii cophinis; in xii phialis, xii acetabulis et xii mortariolis; in xii bobus, xii lenticulis et xii arietibus. Est enim superabundans constans ex duobus senariis, significans perfeccionem cogitacionis et operis sive mentis et corporis; ex ternario multiplicato per quaternarium et quaternario per ternarium, significantibus fidem individue trinitatis et quatuor ewangeliorum doctrinam, sive tres virtutes theologicas(?) et quatuor virtutes politicas. Hic numerus ex simplicibus congregatis crescit in sex(?) denarium(?) qui constat ex denario et senario mandatorum, execucionem significans, quia ex lege precepta que nos sex diebus exequimur, exeuntes in gravitatis(?) perfeccionem. Que secundum apostolum xvi proprietates habere dinoscitur. Caritas inquit paciens est benigna

est. non emulatur. non agit perpe-
ram. non inflatur. non est ambitiosa. non
querit que sua sunt. non invidet. non cogi-
tat malum. non gaudet super iniquitate
congaudet autem veritati. omnia
suffert. omnia credit. omnia sperat.
omnia sustinet. caritas numquam excidit.

**Quibus diebus simbolum sit di-
cendum ad missam. et cetera ponit rubrica**

Simbolum autem tantum in illis solen-
nitatibus cantari debet ad missam
de quibus aliqua fit mencio in
simbolo. puta in omnibus diebus domini-
cis. natalis domini. epiphania domini.
cena domini. pascha. ascensione. pen-
thecostes. omnibus festivitatibus beate
marie. sancte crucis. angelorum. apposto-
lorum. dedicacionibus ecclesiarum illius
sancti in cuius honore fabricata est ecclesia
in commemoratione omnium sanctorum. pro
quanto et ipsa sit dedicationis festivi-
tas. infra octavas domini secundum ipsa
die innocentum in qua cantica le-
ticie subticentur. eo quod vox in
rama audita est ploratus et ulula-
tus multus. simbolum descende-
runt ad inferos. tamen etiam quia non
loquendo sed moriendo confessi sunt.
In octava vero cantatur propter resurrectio-
nis gloriam quam octava significat.
In octava epiphanie. pasche
ascensionis penthecostes. appostolorum
petri et pauli et assumptionis beate
marie. Unde licet in natali sancti
johannis baptiste et festivitate sancti
laurencii simbolum non cantetur
in octava tamen eorum cantatur. quia eorum
octava appostolorum et assumptionis
adveniat. et ideo hoc in octava sancti
johannis prefacio de appostolis. in octa-
va sancti laurencii prefacio de assump-
cione cantatur et commemoratio post
omnia fit in simbolo quorundam tamen
observatione. Ut epiphania que est
festum baptismatis de quo con-
tinetur in simbolo Confiteor
unum baptisma. cene domini que
est festivitas ecclesie. ad quam re-
spicit illud quod in simbolo continetur

Sanctorum communionem. ange-
lorum qui nomine celi et terre
significantur illud. In principio deus
creavit celum et terram. id est naturam
angelicam et humanam. Quibusdam
tamen videtur in festivitatibus an-
gelorum non esse simbolum de-
cantandum. eo quod angeli
numquam habuerunt fidem sed sunt
spiritus non credentes. sed cogno-
scentes. dedicationis ecclesiarum
ad quam respicit illud. Sanctam
ecclesiam katholicam. tunc enim ec-
clesia dicitur sanctificata et katholica-
tur consecratur. ad octavas respicit
resurrectio mortuorum. de qua
cantatur in simbolo. Expecto
resurrectionem mortuorum. In
festo tamen sancte agnetis simbolum
non cantatur. quia licet celebretur
in octava. non tamen est festum octave. unde
nec kalendario scribitur nec in ecclesia
pronunciatur octava. quidam vero absur-
de de singulis diebus paschalibus
sicut omnibus diebus dominicis domini-
cis simbolum cantant a die re-
surrectionis usque ad festum ascen-
sionis. quidam etiam simbolum
dicunt in festo beate marie magda-
lene. dicentes illam appostolorum appo-
stolam pro eo quod ipsa prima re-
surrectionis gaudia appostolis nuncia-
vit. de quibusdam tamen mencio fit in
simbolo in quorum commemora-
tione simbolum non cantatur ut
passionis et sepulture. quia illo-
rum dierum officium aliorum offi-
ciorum regulam non sequitur

Quibus et ubi simbolum sit cantandum

Quia vero christus non venit predicare
gentilibus. sed iudeis. iuxta
quod ipse dicit in ewangelio. Non
sum missus nisi ad oves que pe-
rierunt domus israel. Unde precepit
appostolis In viam gencium ne abie-
ritis et in civitatem samaritano-
rum ne intraveritis donec post
resurrectionem precepit eis dicens

in medium vindicatum predicavit eu-
angelium. Cum ergo credo a diacono ro-
mano pontifice solempniter celebrante
symbolum fidei non cantato-
res, sed dyaconi ad altare decan-
tent ut in quantum ad vniversa
referat usque dum dicit pax do-
mini sit semper vobiscum. quia usque
post Christi resurrectionem sola iudeo-
rum ecclesia que per subdiacones
designatur qui sursum ad altare
consistunt corde credidit ad iusti-
ciam et ore confessio fit ad sa-
lutem. Sed extunc cantores in
choro respondent et vniversa decantant
quia post resurrectionem ecclesia genti-
um quam cantores designant
qui deorsum in choro subsistunt
fidem Christi recepit et laudis pre-
conia salvatori persolvit. Inter
evangelium enim et sacrificium
chorus continet offertorium quia
inter predicationem et passionem
gentilitas fidei votum offerens
decantavit quam mulier chana-
nea de finibus tyri et sydo-
nis egressa clamavit et dixit
miserere mei domine fili david
filia mea a demonio vexatur
cuius enim fidem commendavit ait o
mulier magna est fides tua
fiat tibi sicut vis. De offertorio

Dicturus sacerdos oremus
premittit dominus vobiscum
quia nisi dominus vobiscum
ad salutem nostram orare non
possumus. Statim autem canitur
offertorium trahens nomen ab
offerendo quia dum offerenda can-
tatur sacerdos accipit oblaciones
a populo et hostias a ministris
hilarem enim datorem diligit deus
ideo convenimus ut post predicationem
sequatur fides in corde laus in
ore fructus in opere fides in
symbolo laus in offertorio fruc-
tus in oblacione facta a populo vel
a ministro. Congruenter offerenda

cantatur quia sacrificium laudis offertur
Unde psalmista circuibo et immola-
bo in tabernaculo eius hostiam vo-
ciferacionis cantabo et psalmum dicam
domino ps. xx et in paralip. Cum offer-
rent holocausta ceperunt laudes ca-
nere domino in diversis organis que david
rex paraverat concrepare. De silencio
post offertorium rubrica postmodum

Post hec sacerdos silencii solitudinem
expectat instante memoria do-
minice passionis illud insinuans
quod ihesus iam non palam ambulabat
apud iudeos cum cogitabant eum inter-
ficere sed abiit in regionem iuxta de-
sertum in civitatem que dicitur
effrem et ibi morabatur cum discipulis
suis. collegerunt ergo pontifices et
pharisei consilium et dicebant quid
facimus quia hic homo multa signa
facit. Si dimittimus eum sic omnes
credent in eum et v. r. e. t.
l. n. et g. Unus autem ex ipsis
Cayphas nomine cum esset ponti-
fex anni illius dixit eis vos ne-
scitis quicquam nec cogitatis quia
expedit ut unus moriatur homo
pro populo et non tota gens pereat. Ab illo
ergo die cogitaverunt ut interficerent
eum. Silencium ergo sacerdotis lati-
bulum Christi significat. De ablu-
cione manuum antequam sacerdos sacri-
ficium offeratur rubrica

Nondum vero quamvis sacerdos non
statim subiungit orationem sed antequam
ad altare procedat manus ab-
luit ut mundis lotis manibus oblaciones
accipiat incensum offerat
et oracionem infundat. Scriptum est
enim in exodo facies labium eneum
ad lavandum ponesque illud in taber-
naculo testimonii ad altare et mis-
sa aqua lavabunt in ea aaron et
filii eius manus suas et pedes
quando ingressuri sunt ad taberna-
culum testimonii et quando accessuri
sunt ad altare. Cum ergo iam manus

suas lavisset episcopus ingressurus ad taber=
naculum. nunc iterum manus ablu-
am accessurus est ad altare. ut mag-
mag quod indutus offerat hostiam immacu=
latam sanctam deo quod placentem. Unde
psalmista cum esset indutus petebat
amplius emundari. amplius inquit
lava me ab iniquitate mea et a peccato meo
munda me. Sacerdos ergo hostiam obla=
turus debet lavare conscientiam lacrimis primo
secundum illud lavabo per singulas no=
ctes lectum meum lacrimis meis stratum
meum rigabo Nam et christus antequam
verum et primum sacrificium in ara
crucis offerret in resuscitatione lazari
lacrimas insolitus effudit. evangeli=
sta testante. Ihesus infremuit spiritu
et turbavit semet ipsum et lacrimatus est

De corporalibus rubrica sequitur

~~Post hec sacerdos~~
tertium post diaconus corporales
pallas super altare deponit que
signant linteamina quibus invo=
lutum fuit corpus ihesu. Pars autem illa
que plicata ponitur super calicem signat
sudarium quod fuerat super caput eius
separatim involutum in unum locum
. de hiis ita tantum reperitur in canone
. Consulto omnium statuimus ut sacrificium
altaris non in serico panno aut in tincto
tincto quisquam celebrare presumat. sed
in puro lineo ab episcopo consecrato. ter=
re scilicet proprio atque contexto sic
corpus domini nostri ihesu christi in sindone
linea munda sepultum fuit. preterea sunt in
hiis et aliud significata. duplex est enim pa=
lla que dicitur corporalis. Una quam dia=
conus super altare totam extendit. al=
tera quam super calicem plicatam im=
ponit. pars extensa significat fidem
. pars plicata significat intellectum
. hoc enim misterium credi debet. sed comprehen=
di a nobis non valet ut fides habeat meritum
cui humana ratio non prebet experimentum
. credamus ergo corde puro et conscientia
bona et fide non ficta. sed non pre=
sumamus discutere. quia defecerunt

scrutantes scrutinium. Scriptum
est enim quod perscrutator maiestatis
opprimetur a gloria. Nam qui
dixerunt durus est hic sermo
et quis illum potest audire abierunt
retro et iam non ambulabant
cum christo

De oblatione et incenso

Tunc surgens sacerdos ad al=
tare procedit ubi misticam
oblacionem accipit quod misterium
illud insinuans Johannes evangelista
describit. Ihesus inquit ante sex
dies pasche venit bethaniam
ubi lazarus fuerat mortuus quem
suscitavit ihesus et fecerunt tunc
ei cenam ibi et martha mini=
strabat oblatione suscepta statim
adoletur incensum propter quod illos
quod statim ab evangelista sibi scribitur
Maria ergo accepit libram unguenti
nardi pistici preciosi et unxit pedes
ihesu. et domus impleta est ex odo=
re unguenti Tu autem sacerdos su=
per altare tercio in modum crucis ac
circuiens incensum. designat quod ma=
ria ter exhibuit et adhibuit
unguentum circa corpus ihesu. Pri=
mo cum unxit pedes eius in domo
symonis pharisei. Secundo cum
in domo symonis leprosi super
caput eius unguentum effudit
. tercio cum emit aromata ut
veniens ungeret ihesum iam po=
situm in sepulcro. Voluntas
enim reputatur pro facto. cum
per ipsam non stetit quo minus
expleverit quod incepit. Quod
undique totum incensatur altare
designat quod factum illud undique
totam resparsit ecclesiam. sicut dominus
ipse testatur amen amen dico vo=
bis ubicumque fuerit hoc predicatum evan=
gelium in toto mundo dicetur et quod
hec fecit in memoriam eius
Moraliter autem incensum devotionis

adolendum est in thuribulo
cordis, igne caritatis, ut odorem
suavitatis emittat. De quo dicit
Septuaginta: Fungi sacerdotio et habe-
re laudem in honore ipsius et
offerre illud in deo in odorem
suavitatis. Hoc enim incensum
sacerdos accipit, id est Christus acceptat
et incensat, quando sacrificium et
altare. De modo et ordine sacri-
ficium offerendi hec rubrica ponit

Verum quibus ad hoc diaconus
plenius explicare ~~subdia-
conus~~ misterium. Subdia-
conus enim calicem portat, panem
et vinum et in illo dispensat, id est
ministrum legis que per subdiaconum
hoc congrue designatur. Huius oblatio-
nis misterium designat, dicens
quod Melchisedech rex Salem protulit
panem et vinum. Erat enim sacer-
dos altissimi. Quod exponens propheta
dicit ad Christum: Tu es sacerdos in eter-
num secundum ordinem Melchisede-
ch. Diaconus autem calicem [illegible]
accipiens in altari componit, quoniam
eorum in eius est figura. Diaconus
enim sacrificii ritum commendavit, quod
ex passione sua diximus significari.
Post hec diaconus patenam cum
hostia tradit episcopo, quam Christus ipse
super altare disponit, insinuans
quod ipse met Christus hoc sacramentum
primus instituit et ecclesie tradidit
celebrandum. Hoc est enim inquit
corpus meum quod pro vobis tra-
detur. Hoc facite in meam comme-
morationem. Christus aquam vino
immisceret in calice, quia Christus ipsum
reconciliavit in morte. Scriptum
est enim quod aque multe sunt populi multi.
Christus autem sanguinem suum effudit
pro populo sicut ipse testatur: Hic est
sanguis meus novi testamenti qui
pro multis ~~effundetur~~ effusus est
in remissionem peccatorum. Et de
latere eius simul exivit sanguis et aqua,
quoniam nec Christus sine populo nec populus sine

Christo. Quod cum aqua vino miscetur,
Christo populus adunatur. Unde hoc quoque
misterium legis Mosaice presignavit,
sicut exponit Apostolus dicens: Bibebant
autem de spirituali consequente eos petra;
petra autem erat Christus. Quapropter am-
pullam et aquam tradit subdiaconus
episcopo, quam Christus fundit in calicem,
ut sicut aqua non separatur a vino
sic numquam populus non separatur a Christo.
Calicem ponit ad dextrum latus oblate
quia sanguinem domini suscepturus qui
de latere domini creditur profluxisse. Nam
sicut panis in corpus, ita profecto
vinum [illegible] in sanguinem. Porro cum
sacerdos accipit patenam et urceo-
lum, calicem ac thuribulum, patenam
cum hostia, urceolum cum aqua, ca-
licem cum vino, thuribulum cum incen-
so, efficit supra crucis signaculum
ut per crucis virtutem omnis conatus
diabolice malignitatis effugiat, ne
contra sacerdotem vel sacrificium
aliquo modo prevaleat. Ob hoc etiam in
modum crucis superducit et circumdu-
cit incensum in sacrificium et altare,
quoniam et crucis signaculo et thuris
incenso diabolice fraudis malignitas
enervetur, sicut prescripsimus ad octavum
valere. De patena rubrica.

Patena dicitur a patendo. Cor latum
et amplum significat. Super hanc
patenam, id est super latitudinem
caritatis sacrificium iustitie debet offer-
ri, ut holocaustum eius pingue
fiat. Hanc latitudinem cordis habebat
apostolus cum Petrus diceret: Et si oppor-
tuerit me mori tecum non te negabo.
Similiter et omnes dixerunt. Propter quod
dominus intulit dicens: Spiritus quidem prom-
ptus est, caro autem infirma. Sed lati-
tudo cordis ab eis aufugit et latuit,
cum omnes discipuli relicto magistro
fugerunt et latuerunt, sicut ipse eis
predixerat. Et ideo post susceptam oblatam

sacerdos abscondit patenam sub cor=
porali vel ab altari remotam subdiaconus
retro continet absolutam per quod disci=
pulorum fuga vel latibulum desi=
gnatur cum enim iam sacrificium offerret
relicto christo fugerunt et latuerunt sic
enim ipse predixerat. omnes vos scandalum
dalum patiemini in me in ista nocte
sicut enim scriptum est percutiam pasto=
rem et dispergentur oves gregis postquam
autem resurrexero precedam vos in gali=
leam. Et ideo sacerdos dominice resurre=
ctionis annunciaturus eulogium resumit
patenam. quia cum esset sero die illa
una sabbatorum et fores essent clause
ubi discipuli erant congregati propter me=
tum iudeorum venit ihesus et stetit
in medio eorum et dixit pax vobis
Resumuntur oves qui tripudiantes
affugerant

De sacerdotis inclinacione

Quod sacerdos se inclinat. orat
primum pro se. deinde pro populo. monet
ut populus oret pro ipso. orate pro
me inquit fratres mei. debemus enim
invicem orare secundum apostolum ut salve=
mur. Nam et dominus inquit in ewangelio
amen amen dico vobis. quia si duo ex
vobis consenserint de omni re super terram
quecumque pecierint fiet illis a patre
meo qui est in celis. Oravit autem
christus primo pro se dicens pater cla=
rifica filium tuum ut filius tuus cla=
rificet te. deinde pro populo dicens pa=
ter sancte serva eos quos dedisti michi
ut sint unum sicut et nos. Preterea autem
quod sacerdos se inclinat humiliacionem christi
significat. qui exinanivit se formam
servi accipiens. factus est obediens
usque ad mortem. mortem autem crucis
. Nunc sacerdos tandem dicit orationem
quam inter misit. quia demum redit
iherosolimam ad domum orationis quam
ad opus deserviebat cum secessisset
in effrem. sic enim legitur in ewangelio
cum venisset ihesus iherosolimam intro=
ivit in templum dei et eiecit vende=
ntes et ementes in templo dicens domus
mea domus orationis vocabitur

De prefacione rubrica tercia parte primum capitulum sexti

Iam iam palam iterum
ambulabat ihesus. ita quod in
crastinum turba multa que
convenerat ad diem festum cum
audisset quia ihesus venit iherosolimam
acceperunt ramos palmarum et ob=
viam processerunt clamantes osa=
nna filio david benedictus qui
venit in nomine domini rex israhel
levat iterum vocem sacerdos di=
cens palam

Per omnia secula seculorum. Fi=
nis orationis est inicium prefatio=
nis per quod sacerdos insinu=
at quod christus lapis est angularis qui
facit utraque unum. iudeos continens
et gentiles ut sit unum ovile et
unus pastor. unde post laudem
iudeorum exponit et describit laudes
fidem gentilium erant inquit quidam
gentiles ex hiis qui ascendebant
ut orarent in die festo. hii roga=
verunt philippum dicentes. domine
volumus ihesum videre. dicturus autem
sacerdos per attencione digni=
ssimam salutacionem premittit
optans sibi et eis gratie. dominus
vobiscum manere digneris. et illud no=
bis tum celebrare communium
. quod communio mulier attulit ala=
bastrum unguenti nardi pistici
preciosi. et effudit super caput
domini recumbentis unde sta=
tim sacerdos adiungit. sursum
corda. chorus subiungit. habe=
mus ad dominum ut tota sit re=
mota intencione sursum ad
ipsam patris divinitatem cor elevet
. et illud caput equale deo patri
. contingens. ungento catholice
confessionis perungat. cuius
sane preconium sacerdos prose=
quitur dicens. Gracias agamus
domino deo nostro. Chorus respondet
dignum et iustum est. Gracias

cum debemus referre deo omni-
potenti per christum dominum nostrum cre-
dentes et confitentes quod per ipsum
maiestatem eius laudant angeli
adorant dominaciones tremunt pota-
testes etc. Nimirum hec diuinitatis
eius archanum contingere principium
est super caput eius vnguentum
effundere. quod et ewangelica pig-
menti medulla iohannes ewangelista
confecit. in principio erat verbum
et verbum erat apud deum et deus
erat verbum omnia per ipsum facta
sunt et sine ipso factum est nichil
hec sacre commixtionis precomia
ita recte concludit ecclesia ut ab
angelis et hominibus decantaret
hunc deuoti pectoris hymnum
Sanctus. sanctus. sanctus etc. hymnus
iste partim angelorum partim
hominum verba complectitur. legitur
enim in ysaia quod seraphin clama-
bant alter ad alterum et dicebant
Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus deus
exercituum. plena est omnis terra
gloria eius. legitur etiam in ewangelio
quod qui precedebant et sequebantur
clamabant dicentes osanna filio
dauid benedictus qui venit in
nomine domini osanna in excelsis
Vox angelorum trinitatis et
vnitatis in deo comendat et-
ernam. Vox hominum diuinitatis et
humanitatis in christo personat sacra-
mentum. potest tamen prefacionis
officium ad aliud referri scilicet quod iste
ascendit in cenaculum magnum
stratum secundum quod iohannes ewangelista
describit usque dum egressus est
transiordanem cedron de quo dicit
Matheus Et hymno dicto exie-
runt in montem oliueti. Gela-
sius papa. tractus et hymnos
composuit et sacrificiorum prefa-
ciones. cauto quidem et elimato ser-
mone dictauit Sanctus etiam hym-
num Sanctus sanctus sanctus
cantari constituit etc.

De prefacionis exposicione :·

Merito monet sacerdos ut sursum
corda habeamus ad dominum secundum
exortacionem apostoli dicentis. que sur-
sum sunt querite non que super terram
Nam vbi est thesaurus tuus ibi et cor
tuum erit. multi quippe dum ore loqun-
tur celestia. corde meditantur terrena
quibus dominus imperat per prophetam. hic
populus labiis me honorat cor autem eorum
longe est a me. iniusto ordine est petitum
secundum ista precaturum cor habere diuisum
ab ore. uel os habere diuisum a corde
Nam qui semetipsum non audit. nec
illum deus exaudit. Chorus ergo cre-
dens profitetur se sacerdotis monita
suscepisse cum ait habemus ad dominum.
diligenter diligens ergo prouideat cor
habere deo consitum secundum. spiritu sancto damna-
metur. Sacerdos autem postquam correctos
reddit et deuotos. orat ut gracias aga-
mus domino deo nostro. quoniam ipse deus. i. crea-
tor. ipse est dominus. i. redemptor. ipse est
noster. i. saluator. tunc enim erit veri-
ssime noster. cum erit omnia in omnibus
i. sufficiencia singulorum. ipse est ergo
deus qui de nichilo nos creauit. ipse
est dominus qui suo sanguine nos redemit
ipse est noster. qui sibi nunc nos salua-
uit. creando dedit nobis natu-
ram. qui redimendo tribuit graciam
qui sanando confert gloriam. Cho-
rus ergo videns sacerdotis verba appro-
bat et confirmat. dignum inquit et
iustum. dignum est gracias agere ad
deum. quia ipse est dominus deus noster. iu-
stum est quantum ad nos. quia nos
sumus populus et oues pascue eius
Vere dignum et iustum est equum et
salutare nos tibi semper et vbique etc.
dignum quia nos mera voluntate
fecisti. iustum quia nos pura mente
redemisti. equum quia gratuito nos
iustificas. Salutare quia perpetuo nos
glorificas. agere gracias. te scilicet
omnipotens pater omnipotens sempiterne
deus. vnde psalmista in omni loco

dominationis cuius benedic anima mea
dominum. Item benedicam dominum in omni
tempore semper laus eius in ore meo. Per christum
dominum nostrum. Advocatum enim habemus
apud patrem ihesum christum iustum qui inter-
pellat pro nobis et ipse est propiciacio pro
peccatis nostris. Qui exauditur in omnibus
pro sua reverencia. Per quem ergo et per ad-
vocatum gratias exhibemus. Per quem
omnia facta sunt. Per quem spirituum
ordines sunt creati. Nam dixit deus
fiat lux et facta est lux. Verbo dixit
et verbo fecit. In verbo domini celi firma-
ti sunt. Et in principio erat verbum et
verbum erat apud deum et deus erat
verbum. Omnia per ipsum facta sunt et sine
ipso factum est nichil. Laudant vero
psalmista. Laudate eum omnes an-
geli eius adorant. Unde esdras
exercitus celi te adorant. Tremunt
Unde Job columpne celi contremi-
scunt et pavent ad nutum eius. Tre-
mere dicuntur non metu formidinis
cum sint perfecte beati sed admirabilis
effectu vel obediencie famulatu cum
secundum apostolum omnes sunt administrato-
rii spiritus in ministerium destinati. Ce-
li dicuntur laudare quia laudis portant
materiam. Unde psalmista. Laudate eum celi
celorum et aque que super celos sunt
laudent nomen domini. Vel per celos
thronos accepit quia deus dixit Celum
michi sedes est. Seraphin. Ardens
vel succendens interpretatur eo quod pre-
ceteris ardent vel succendunt in ca-
ritate. Reperitur hic nomen neutrum
et masculinum sed neutraliter termina-
tur in n ut in hoc loco. Item seraphim
masculine terminatur in m ut ibi Se-
raphim clamabant alter ad alte-
rum. Novem enim sunt ordines
angelorum quos ecclesia conclusit. Rec-
te in prefacione ponit. Quando illi
cum celestis maiestatem divinam glo-
rificant et adorant. Absit nam
virtutes celorum omnes ordines com-
prehendunt. Unde per verbo domini celi

firmati sunt et spiritu oris eius
omnis virtus eorum. Et item dicit
virtutum ipse est rex glorie. Quod forte
licet occulta causa promissum est
ratione. Dionisius quippe tres esse
tradidit ordines angelorum. Ternos
in ~~singulos~~ singulis ponens. Ut
similitudo trinitatis eis insinuetur
esse impressa. Sunt enim tres ordines
superiores. Tres inferiores. Tres
medii. Superiores cherubin sera-
phin. Throni. Medii. Dominaciones
principatus. Potestates. Inferiores
virtutes. Archangeli. Angeli.
De singulis autem hiis medius or-
do subtrahitur de superioribus
Cherubim de mediis principatus
de inferioribus autem archangeli eo-
ratione trinitatis eterne. Cuius ma-
iestas hic perpetue commendatur
omnis alia trinitas diminuta re-
peritur et imperfecta. Nam quibus in
numeris equabitur deo s. c. d.
m. f. d. quedam enim creata tri-
nitatis vestigia reluxere in omnibus
creaturis tam in angelo quam in
homine quam in mundo. Nam ~~adam~~
ad angelum inquit ezechiel. Tu si-
gnaculum similitudinis dei ple-
nus sapiencia et perfectus decore
de homine dicit scriptura. Fecit deus
hominem ad ymaginem et similitudinem
suam. De mundo dicit apostolus. In-
visibilia dei per ea que facta sunt
a creatura mundi intellecta conspi-
ciuntur. Est autem trinitas sive spiritualis
in angelo sive corporalis in mundo
sive spiritualis et corporalis in homine
similitudinem quandam divine trinitatis
ostendit. Vestigium similitudinis non
perficit veritatem. Deus enim spiritus
increatus. Immensus incommu-
tabilis. Summe potens. Summe sa-
piens. Summe bonus. Increatus
quia non incepit esse. Immen-
sus quia non circumscribitur loco

Incommutabilis est non vbi amor
affectu · Summe potens cui nichil
est impotencie · Summe sapiens
cui nichil est ignorancie · Summe
bonus cui nichil est invidencie
· a quo omnia per quem omnia in
quo omnia a quo omnia potenter
sunt creata · per quem omnia sunt
sapienter reformata · servata per
diligenciam · per potenciam forma-
· per sapienciam conservata · per dili-
genciam · per potenciam patrem
tamquam efficientem · per sapienciam filium
causam efficientem · per diligenciam
spiritum sanctum s. tamquam per efficientem
Tres enim sunt qui testimonium
dant in celo · pater verbum et spiritus
sanctus et hii tres vnum sunt · Tres
personaliter · sua quisque notione di-
stinctus · pater generacione · verbum
filiacione · spiritus sanctus processione
· vnum tenaliter totum · quia
quisque singuli natura · potencia · voluntate
· et omnino quicquid secundum substanciam
predicatur · hanc eternam et indi-
viduam trinitatem laudant ange-
li adorant dominaciones tremunt
potestates · cum quibus et nostras po-
testas etc · duas enim omnipotens ro-
nales condidit creaturas · ange-
licam et humanam · que divinis
laudibus insistent · ei graciarum
reddent acciones · quas dum pari
voce concelebrant · tamquam superio-
res et inferiores · corde in celesti
cithara sociantur · de qua dicit
Johannes Et audivi vocem
sicut citharedorum citharizan-
cium et cantabant quasi canticum
novum · Supplici confessione
dicentes Sanctus · sanctus · sanctus
dominus deus sabaoth · ter dicitur
sanctus ut trinitatis et vnitatis
misterium comprobetur · hoc non
solum seraphin clamabant sub
excelso dei solio secundum ysayam secundum quatuor
animalia secundum apokalypsim in circuitu
sedis requiem non habebant die ac nocte

dicentes Sanctus sanctus sanctus dominus
deus omnipotens · dominus dicitur sanctus ·
[illegible] sanctificans · non autem sanc-
tificatus · vnde sancti estote quia sanctus sum
dominus deus vester · Sanctus pater dicente
filio · pater sancte sanctifica eos in veri-
tate quos dedisti michi · Et tu sanctus
es · Sanctus filius angelo protestante
· quod enim nascetur ex te sanctum voca-
bitur filius dei · Sanctus sanctus · sanctus
Christo dicente · Accipite spiritum sanctum
quorum remiseritis peccata remittuntur
eis · dicitur autem dominus deus sabaoth
· i. dominus exercituum · videlicet angelo-
rum et hominum · quorum terribilis
est ut castrorum acies ordinata ·
tot enim exercitus deus habet in terra · Et
sunt ordines in ecclesia · tot habet in celis
quot sunt in angelis nomine celorum
et terre angeli et homines diuina ple-
ni gratia exhibentur vel ad litteram ce-
li et terra gloria dei replentur · quia
divinitas est vbique vnde ysaias Si ascen-
dero in celum tu illic es si descendero
ad infernum ades · Super omnia non
elatus · Subter omnia non prostra-
tus · inter omnia non inclusus extra
omnia non exclusus · vnde legi-
tur Job · Excelsior celo est et quid
facies · profundior inferno et vnde
cognosces · longior terra mensura
eius et lacior mari · Cuius nativitas in
est ad eternam salutem incarnacio-
nis quoque misterium confiteri fe-
cit subiungens benedictus qui venit
in nomine domini · Ego inquit veni
in nomine patris mei nomen patris
est filius de quo dicit ysaias · Ecce no-
men domini venit de longinquo ·
osanna in excelsis · verbum hebre-
um quod significat obsecro salua
compositum ex osi quod est salua et
anna quod est interiectio obsecrantis
vel osianna dicitur sunt dictiones per
eclipsim probare plane · bis autem
dicit osanna propter duas partes sa-
lutis que sunt stola mentis et sto-
la carnis quibus vestiuntur sancti
in gloria vel laudis versiculus

in psalmo cum cxviii recipitur. Et enim
turbe dixerunt osanna, hoc est quod ibi
dicitur: o domine salvum me fac, et eius-
dem verbis subiungitur: benedictus qui venit
in nomine domini. Incipiunt capitu-
la tercie particule que sic ponuntur.
q Quid significat secretum silencium
post prefacionem. Cur ymago
crucifixi debet depingi inter prefacionem
et canonem. Et quare canon incipit in
te. De trina tradicione ihesu christi ubi
agitur quare sacerdos agit tres cruces
super oblatum et calicem, et et quare
ibi dicitur hec dona munera etc. De
tribus generibus sacrificiorum. Pro quibus
et pro quibus et quale et quare sacrificium
altaris offeratur. Ubi agitur de septem
ordinibus, et pro quibus sit orandum
in isto loco nominatim pro quibus debent
recitari. Ubi agitur quis sciat sit interesse
missarum misteriis et quot modis
debet deus recordari et quid dicitur
sacrificium laudis. De quibus laudibus
bone pro quibus sacrificium laudis
offertur. Qualiter debemus vota
nostra reddere. Ubi agitur quot modis
sumitur deus, hoc nomen deus et quare
sacrificium offerendum est individue
trinitatis. De trina commemoracione
sanctorum que fit in secreta et quod sancto-
rum suffragium nobis est necessarium.
Quare non fit commemoracio sancto-
rum confessorum in canone ubi dicitur
quis canonem ordinavit. De du-
plici specie servitutis et de multi-
plici pace, et qualiter ter oramus in
missa, et cur sacerdos ter osculatur
altare. Quare iudas prodidit
christum ubi dicitur de quinque signis que
quinto loco fiunt super oblatum et cali-
cem, dicitur eciam cur hostia dicitur acce-
pta rata racionalis et acceptabilis.
Incipit tercia particula quid signi-
ficat secretum silencium post prefacionem.
p Post aclamacionem preconium sequitur
secretum silencium. Nam ut
Johannes ewangelista describit.

Ubi ihesus honorifice fuit susce-
ptus a turbis cum palmis
et laudibus abiit et abscondit
se ab eis, non utique trepidan-
tis formidine, sed dispensantis
officio, quia nondum venerat
hora eius que postea adveniente
spontaneus ad passionem
accessit. Surgite inquit eamus
ecce appropinquat qui me tradet.
Oblatus est enim quia ipse voluit.
Unde cum cohors et ministri
venissent cum laternis et fu-
stibus et armis ut eum compre-
henderent illum. Sciens ihesus omnia
que ventura erant super eum, pro-
cessit et dicit eis: Quem que-
ritis. Responderunt ei: ihesum naza-
renum. Dicit eis ihesus: ego
sum. Illud ergo latibulum christi
hoc secrete silencium representat, in
quo cessante verborum tumultu
sola dirigatur ad deum intenta
devocio. Tunc enim sacerdos in-
trare debet in cubiculum cordis
et hostio sensuum intercluso
patrem orare, non in multilo-
quio, sicut faciunt ethnici qui
putant in multiloquio exau-
diri, sed in corde puro et consciencia
bona et fide non ficta. Quia
enim non auditor est vocis sed
cordis, nec est amonendus
clamoribus qui scrutator est cordium
et renum, sed animus
tipum gerens etc. legitur anne
vasse que non peticione clamo-
sa sed tacita devocione quod pe-
tiit impetravit. Scriptum est
enim in libro regum quod anna
loquebatur in corde suo, tantum
quod labia eius movebantur, et vox
penitus non audiebatur. Item
in psalmo dicitur: in cordibus ve-
stris et in cubilibus vestris con-
pungimini. Spiritus deus est et
eos qui eum adorabant eum

in spiritu et veritate opportet
adorare. Ne vero muscę mori-
entes perdant suavitatem un-
guenti flabello spiritus abigat.
quatinus auster adveniens
perflet ortum ut aromata flu-
ant. hoc est ne importune
cogitaciones tollant devocionem
oratoris inspiracione repellantur
quando spiritus sanctus accedens men-
tem accendet ut aromata
dent. Ceterum ne sacrosancta
verba vilescerent dum omnes per
usum ipsa scientes in plateis
et vicis aliis que locis incon-
gruis decantarent. decrevit
ut hec observacio que secreta di-
citur a sacerdote secrete. unde
fertur quod cum iuxta consuetu-
dinem que per modum inolevit
quidam pastores decantarent
eam in agro divinitus sunt percussi.

Cur ymago crucifixi debet depingi

In secreta recolitur memo-
ria dominicę passionis vel
eorum que gesta sunt per
ebdomadam ante pascha
a decima luna primi mensis
quando Christus abiit Iherosolimam
usque ad septimam decimam qua
resurrexit a mortuis. Sed ut ad
commemoracionem et tradicionem in
plerisque sacerdotum ymago
crucifixi depingitur ut vel so-
lum intellectus littere vel ymaginis
aspectus picture memoriam
dominice passionis inspiret. et
forte divina factum est providen-
cia. licet humana non sit indu-
stria procuratum. ut ab ea ha-
canon incipiat que sui forma si-
gnum crucis ostendit et exprimit
in figura. Thau namque misterium
crucis insinuat dicente domino per
prophetam Signa thau in frontibus
virorum gementium et dolencium

De trina tradicione Ihesu Christi:

Te igitur clementissime pater
eadem die qua laudes a turbis
sunt aclamate videlicet a decima
luna primi mensis quando secundum
legem expiatus agnus in domos hebreo-
rum introducitur. verus agnus ingres-
sus est Iherosolimam et a magnis simul
laicis obsessus. multis insidiis que-
rebatur ad mortem. Traditus est autem
a tribus a deo a iuda et a iudeis. De pri-
ma tradicione dicit apostolus. Qui proprio fi-
lio suo non pepercit deus sed pro nobis
omnibus tradidit illum. De secunda scri-
bitur a matheo querebat opportunitatem
iudas ut eum morti traderet. De tercia le-
gitur in iohanne. Gens tua et ponti-
fices tui tradiderunt te michi. Prima
fuit ex gracia quia dilexit nos et tradi-
dit semetipsum pro nobis. Secunda ex
avaricia. hii constituerunt ei tri-
ginta argenteos. et ex eo die que-
rebat opportunitatem ut eum traderet
sine turbis. Tercia ex invidia. scie-
bat enim quod per invidiam tradidissent illum
. deus ergo tradidit illum ex dono.
Iudas pro munere. Iudei in sac-
rificium illibatum. quo utique iudei
non liberaverunt sed gentes. quia abla-
tum est regnum dei. et datum est
genti facienti fructus eius. Ad hoc
igitur designandum sacerdos facit tres
cruces super oblatum et calicem
cum dicit. hec dona ✠. hec mu-
nera ✠. hec sacrificia ✠ illibata
quod offerimus te dicens clementissime.
hec dona hec munera. hec sacrificia
sancta illibata quod commemorantes
illam tradicionem quam deus fecit
ex dono. Iudas pro munere. Iudei
in sacrificium illibatum. Singuli enim
ad mortem. ingerunt autem crucis.
Nam licet diversa fuerint operancia.
Sed unum et idem extitit opatum. hec
trina tradicio hic incipit quia
filius ex decreto dei patris consilio spiri-
tus sancti et ex suo beneplacito
veniens Iherosolimam semetipsum
exposuit passioni. qui cum venis-
set ut exposuit ad quod venerat
dicens Nisi granum frumenti cadens

in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat significans qua morte esset clarificaturus eum. Vel potius quia indivisa sunt opera trinitatis potest referri totum ad individuam trinitatem, que tota tradidit Christum in mortem ut tota per Christum nos redimeret a morte domini dei dantis munus accipientis sacrificium offerentis. Et pater dedit, filius obtulit deo munus oblatum, vel singuli tria dederunt et obtulerunt et acceperunt, sed ad distinctionem dicitur pater dedisse per auctoritatem, filius obtulisse per humanitatem, spiritus sanctus accepisse per benignitatem. O liberalis gloria, o liberalis gloriosa, quam deus dedit nobis in donum, hoc accepit a nobis in munus. Eadem ergo sacrificia dona simul sunt et munera: dona sunt nobis collata, munera sunt a nobis oblata. Nam que sacris offeruntur altaribus et munera nuncupantur et dona. Unde dominus inquit in evangelio: Si offers munus tuum ad altare etc. Et apostolus de pontifice: Ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Daniel quoque dicit ad Balthasar: Munera tua tibi sint et dona tua alteri da. Sermonum igitur inconsonantia pie devotionis est exercitatio, vel ineffabilis commendatio sacramenti. Non enim unum illud invenimus vocabulum quo tantum sacramentum digne valeamus appellare. Ipsi quoque Greci melius dicunt eucharistiam, quod exponitur bona gratia. Dicuntur autem hec dona munera sacrificia quia panis et vinum prius quam consecrentur et diverse sunt specierum et diverse sunt substantiarum et diverse sub specie rerum, sed ubi consecratio celestis accesserit, species quidem remanent sed substantie convertuntur, ita quod diversa sunt continentia sed unicum est contentum. Nam idem sub utraque specie continetur, licet non idem utraque substantia convertatur, sicut infra planius plenius ostendetur. Dicuntur sancta et illibata quia panis et vinum significant sacrosanctum corpus immaculatum sanguinem Christi. Non enim dicitur illibata scilicet nondum gustata, sed potius dicitur id est immaculata, que sine macula cordis et corporis oportet offerri, ut animus et cor ab iniquitate purgetur et corpus ab immunditia, quoniam ut inquit apostolus: Quicumque manducaverit panem vel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit, non diiudicans corpus domini. Ideo multi sunt infirmi et imbecilles et dormiunt multi.

De tribus ecclesie sacrificiis

Tria sunt ecclesie sacrificia que figurata sunt in veteri testamento per propitiatorium, thuribulum et altare, videlicet sacrificium penitentie, sacrificium iustitie et sacrificium eucharistie. De primo: Sacrificium deo spiritus contribulatus. De secundo: Tunc acceptabis sacrificium iustitie. De tertio: Tibi sacrificabo hostiam laudis. Super altare caro mactatur, infra thuribulum thus adoletur, ad propitiatorium sanguis infertur. Caro mactatur in confessione, thus adoletur ex devotione, sanguis infertur pro redemptione. Super altare corporis, infra thuribulum cordis, ad propitiatorium dei patris. In hiis sacrificiis panis et vinum et aqua specialiter offeruntur. In sacrificio penitentie vinum doloris et compunctionis, aqua meroris et plorationis, panis laboris et afflictionis: doloris in corde, meroris in ore, laboris in opere. In sacrificio iustitie panis fortitudinis et constantie, vinum rectitudinis et prudentie, aqua mansuetudinis et temperantie: fortitudinis inter adversa, mansuetudinis inter opprobria. In sacrificio eucharistie panis unitatis, vinum caritatis et aqua fidelitatis: panis pro corpore, vinum

pro anima, aqua pro populo. Sic
infra planius et plenius ostende-
tur. Inter haec sacrificia primum edu-
cit, secundum deducit, tertium
inducit. Educit insipientes, dedu-
cit proficientes, inducit proficien-
tes. De Egypto per desertum in pa-
triam. De Egypto confusionis
per desertum peregrinationis in pa-
triam glorificationis. Haec tria
sacrificia sacerdos offert in missa.
Primum in confessione, secundum
in praefatione, tertium in actione. Haec
et tria sunt quae secundum prophetam deus
requirit ab homine: diligere misericordiam,
facere iudicium et sollicite ambu-
lare cum deo. Diligat misericordiam qui
volt offerre sacrificium mentis. Fa-
ciat iudicium qui volt offerre
sacrificium iustitiae. Cum deo solli-
citus ambulet qui volt offerre
sacrificium eucharistiae etc. De hiis pro quibus
et qualiter quae sacrificium altaris
offeratur. Vide supra rubrica etc.

In primis etc. Hic in principio
nobis investigandum occurrit
quibus videlicet et pro quibus
et qualiter et quae sacrificia alta-
ris debeamus offerre; quae taliter
ex ipso canone possimus evidenter
advertere. Credulus soli deo vide-
licet individuae trinitati. Pro quibus:
pro ecclesia sancta catholica, videlicet
pro omnibus orthodoxis. Qualiter: in
unitate fidei, videlicet in communione
sanctorum. Quae: pro beneficiis tem-
poralibus, spiritualibus, aeternis. Sed
pro omnibus? Respondeo dicimus. Primum no-
tatur cum dicitur: tibi reddunt vota sua
aeterno deo vivo et vero. Secundum
pro ecclesia sancta catholica. Tertium
communicantes et memoriam vene-
rantes. Quartum pro redemptione
animarum suarum, pro spe salutis et
incolumitatis suae. Sacrificium ergo lau-
dis offertur et generaliter pro cunctis
et specialiter pro quibusdam, pro praelatis
et subditis. Una cum famulo tuo
papa nostro et omnibus orthodoxis. De
clericis et laicis ibi: Memento

domine famulorum famularumque tuarum.
De sacerdotibus et astantibus ibi: omnium
circumstantium et qui tibi offerunt hoc sac-
rificium. De nobis ibi: quod ibi pro se suis-
que omnibus. In primis, id est principaliter, offe-
rimus tibi pro ecclesia tua sancta catho-
lica, id est universali quae toto orbe terrarum
diffusa, sed fidei sacramentis unita, quam
pacificare digneris ut pacem habeat ab hae-
reticis et schismaticis, et adunare quae
diffusa est inter perfidos et paganos, quam
custodire digneris a concupiscentiis
et daemonibus, et regere in prosperis et
adversis. Idipsum enim videtur esse paci-
ficare, coadunare, custodire et regere. Tunc
enim pacificat et fidelium mentes adunat
ut per spiritum sanctum caritate diffusa mul-
titudinis credentium sit unum cor et anima
una. Tunc custodit cum inter mundi pericula
regit ut de sancto mittens auxilium eam
de Syon tuetur. Sicut enim in Apocalyp-
si septem scribit ecclesiis, una tamen in cari-
tate est columna. Nam sapientia aedifi-
cavit sibi domum, excidit columnas se-
ptem. Una igitur est ecclesia septem ordi-
nibus distributa vel septem charisma-
tibus insignita, quam ille pacificat
et adunat, ille custodit et regit qui
inter ipsius regimen et munimen unum
praeposuit universis, ut omnes ab uno
sicut corpus a capite gubernentur. Pro
huius statu oratur: una cum famulo
tuo papa nostro. Unde constat, ut dixit
Pelagius, ab universo orbe separatos esse
qui causa dissensionis inter sacra myste-
ria apostolica memoriam secundum consuetudinem
non frequentant. Cum vero non sit de
romana dioecesi, pro suo debet orare
pontifice, quatenus unitatem spiritus in
vinculo pacis observet. Orandum autem
esse pro principe apostolus docet ad Ti-
motheum: obsecro igitur primo fieri
omnium obsecrationes, orationes, postulationes,
gratiarum actiones pro omnibus hominibus,
pro regibus et omnibus qui in subli-
mitate sunt constituti, ut quietam
vitam et tranquillam agamus in omni
pietate et castitate. Sicut enim duae
sunt vitae, caelestis et terrena, una

qua spiritus vivit ex deo, et altera
qua caro vivit ex spiritu. Sed utraque
vita nutritur ut possit subsistere. ce-
lestibus spiritualibus, et terrena car-
nalibus. ita sunt due potestates scilicet
ecclesiastica et mundana. prima que mode-
ratur spiritualia. altera que moderatur
temporalia. ista per clericos. illa per lai-
cos. ut ista valeat celestibus quantum
ad animam et illa terrenis quantum ad
corpus. post utramque potestatem oran-
dum est pro omnibus orthodoxis. qui
sub utraque fidem katholicam et apo-
stolicam venerantur et colunt. orthodoxi
qui recte glorificantes dicuntur. qui deum recte
fidei confessione glorificant. licet
autem ingratum offerat sacrificium
. pro hiis tamen dicit offerimus quia sacerdos
non tantum in sua sed in totius ecclesie per-
sona sacrificat. equaliter in sacrato
corpore. a bono maius. nil a malo
minus perficitur sacerdote. dum modo sacer-
dos cum ceteris in ecclesia consistat et
formam observet traditam a colu-
mna. quia non in merito sacerdotis
. sed in verbo conficitur creatoris. non ergo
sacerdotis iniquitas effectum impedit
sacramenti. sicut nec infirmitas me-
dici virtutem impedit medicine. Quam-
vis igitur opus operans aliquando sit immundum
. Sed sic omnia sunt munda mundis. sic
omnia sunt immunda immundis. malus
ergo cum vitam accipit, mortem meretur
Sicut econtra bonus cum mortem
sustinet vitam acquirit. Nam qui man-
ducat indigne iudicium sibi manducat

In hoc loco debet nomina vivorum recitari

Memento domine famulorum fa-
mularumque tuarum et omnium cir-
cumstantium. Hec hac inter vivorum
manifeste commemoratio quod hic quidam sit
locus. ubi sacerdos specialiter quos vo-
luerit nominat. in memoria tamen hic tamen debet
nomina recensere quam in sequentibus locis
curet. ubi defunctorum poterit memo-
riam specialem agere. hic autem evidenter
apparet. quam sanctum sit et salubre missa-
rum interesse ~~solemniis~~ misteriis
. cum sacrificium eucharistie pro circumstan-
tibus specialiter offeratur. Unde statu-
tum est in canonibus quod omnes
fideles ~~communicent~~ conveniant
in sacris solempnitatibus ad ecclesiam
et epistolas apostolorum et evangelium
audiant. qui vero non perseveraverint
in oratione usque dum missa peragitur
velut inquietudinem ecclesie commoven-
tes convenit communione privari.
Cum enim deus nihil ignoret. nec
aliquid valeat oblivisci quid est
quod petimus quod deus nostri memi-
nerit. porro deus dicitur scire quos
approbat. Unde novit deus qui sunt
eius et dicitur nescire quos reprobat
Unde non novi vos. Rursus dicitur
oblivisci bonorum cum bonus ad
malum declinat. Unde si iustus a
iustitia sua averterit. omnes iusti-
tie eius oblivioni. Unde si im-
pius egerit penitentiam omnium iniquitatum
eius non recordabor. deus autem
quandoque recordatur ad miserendum
Unde memento mei deus quia
ventus est vita mea. quandoque re-
cordatur ad puniendum. Unde me-
mento domine filiorum edom in
die ierusalem. Cum ergo petimus ut
nostri meminerit hoc petimus ut
nostri misereatur secundum illud
Reminiscere miserationum tuarum domine
et misericordiarum tuarum que a seculo
sunt. quorum tibi fides cognita est
et nota devotio. q. d. qui predicatis
fidelibus et devotis qui solus vi-
des in conscientiis. qui recte credat
et devote te intelligat. ut pote
renum scrutator et cordium. deus
scientiarum. deus occultorum. occultorum
omnium perscrutator. in cuius conspe-
ctu nulla creatura est invisibilis.
Pro quibus tibi offerimus vel qui tibi
offerunt etc. d. memento domine
non solum eorum pro quibus offerimus
Sed sacerdotum qui offerunt cum
enim sacerdos offerat in ipso meti-
lomine pro se vel facto dicit pro
quibus offerimus vel qui tibi offerunt

sacerdotes, sed universi fideles, nam quod specialiter impletur ministerio sacerdotum, hoc universaliter agitur voto fidelium. Dicitur autem sacrificium laudis secundum illud Apostoli: Sive quid facitis, omnia in laudem Dei agite, ut Deus laudetur in vobis. Vel sacrificium dicitur laudis, quia cum Deo dona quae offerimus, sua sibi reddimus, non nostra sibi largimur. Unde: Si esuriero non dicam tibi, m. e. e. o. t. et p. eius. Ergo immolando s. l. et r. a. v. t. Vel potius sacrificium laudis dicitur, quia per ipsum maxime laudare Deum debemus, quia non solum se pro nobis dedit in pretium, sed etiam se nobis dedit in cibum, ut per pretium redimeret nos a morte, per cibum acueret, id est adnotaret nos ad vitam. Unde: Qui manducat me, ipse vivet propter me. Pro se suis et omnibus, pro se videlicet, consanguineis et affinibus, familiaribus vel amicis. Licet enim diligere teneamur et inimicos, secundum illud: Diligite inimicos vestros, servare tamen debemus ordinem caritatis, secundum illud: Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinavit in me caritatem. Nam et Apostolus ait: Dum tempus habemus operemur bonum ad o. m. a. ad d.

De tribus bonis pro quibus sacrificium laudis offertur

Pro redemptione animarum suarum, quia non pro temporali lucro vel appetitu terreno, sed pro spe salutis et incolumitatis, id est pro salute et incolumitate sperata. Spe namque salvi facti sumus. Pro salute mentis et incolumitate corporis, nam utraque sanitas est ab illo qui dicit: Salus populi ego sum. Unde utraque sanitas provenit ex redemptione animae, id est de redemptione peccati. Sicut econtra de reatu peccati procedit infirmitas utriusque. Unde et ipsa veritas: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Porro tria hominis bona, corporalia, spiritualia, aeterna, videlicet infima, media aut suprema, pro quibus sacerdos se debet offerre: pro corporalibus, id est incolumitate; pro spiritualibus, id est redemptione; pro aeternis, id est salute. Nam et Dominus docet nos pro his tribus orare: pro aeternis, unde Adveniat regnum tuum; pro spiritualibus, unde Fiat voluntas; pro corporalibus, unde Panem nostrum quotidianum d. n. h. Hoc offerimus ergo sacrificium pro aeternis, ut dent nobis ad initium; pro corporalibus, ut dent nobis ad gaudium manendum, ut per haec et ista pervenimus ad illa. Aliquin non offerimus Deo sacrificium nisi propter seipsum, quia ipse Dominus Deus est. Unde Psalmista: Confitemini Domino quoniam bonus. Verum cum dicat Apostolus quod virtus in infirmitate perficitur, et econtra: cum infirmor tunc fortior sum et potens, quid est quod pro corporis incolumitate sacrificium laudis offerimus, ut nobis conservata vel reddita sanitate gratiarum actiones in ecclesia referamus.

Aliter debemus vota nostra Deo reddere

Ubi reddit vota sua, cum nostra donemus et aliena reddamus? Quod vota si sunt sua reddit et non potius donat, vel si reddit quod sua sunt et non potius aliena. Sane votum bonum hominis est et Dei, sed Dei propter auctoritatem gratiae, hominis propter libertatem arbitrii. Propter quod dicit Apostolus: Non autem ego sed gratia Dei mecum. Et item: Coadiutores Dei sumus. Aeterno Deo vivo et vero. Dii namque homines et daemones et imagines. Si homines adoptione, daemones usurpatione, imagines nuncupatione. Per adoptionem ut ibi: Ego dixi dii estis et f. excelsi o. Per usurpationem ut ibi: Omnes dii gentium daemonia. Per nuncupationem ut ibi: Appellaverunt deos opera manuum hominum. Primi sunt et vivi et veri, sed non aeterni. Secundi sunt vivi nec ~~veri~~ veri nec aeterni. Tertii nec aeterni nec vivi nec veri. Sed ille solus aeternus vivus et verus, immo vita, veritas et aeternitas, qui Deus est per essentiam, qui de se dicit: Ego sum

deus et non est alius preter me. Licet autem hec obsecratio specialiter dirigatur ad deum patrem propter auctoritatem principii. nam et filius ita docet nos orare: Pater noster qui es in celis etc. propter quod in canone dicitur: Te igitur clementissime pater per Ihesum Christum filium tuum dominum nostrum supplices rogamus et petimus. equaliter tamen individue trinitati sacrificium tam patri quam filio quam spiritui. quoniam sicut invisibilis est maiestas sic et invisibilis adoratio quieta quod veritas docet: Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. id est in filio et filius naturaliter est in patre. et spiritus sanctus naturaliter est in utroque secundum illud: Ego in patre et pater in me. Quapropter ita pater non indiscrete distinguitur cum dicitur: Eterno deo vivo et vero. ut quod est commune per essentiam appropriet propter notitiam: eternitas patri ratione principii quia pater a nullo est. et omnia sunt ab eo. filius per generationem. Spiritus sanctus per processionem. creata per creationem. veritas filio qui de se dicit: Ego sum veritas. et de quo psalmista: Veritas de terra orta est. Vita spiritui sancto sicut dicitur in symbolo: Credo in spiritum sanctum et dominum vivificantem qui ex patre et filio procedit. Totius ergo individue trinitatis indivisa est adoratio que principaliter exhibetur in sacrificio. De trina commemoratione sanctorum que fit in secreta

Communicantes etc. Secreta que secundum diversos et canon et actio nuncupatur. non tota sic ab uno. sed particulariter a pluribus. ex eo quoque apparet fuisse composita. quod in ea sanctorum commemoratio repetitur. licet hic ipsum pervenerit ad laudem et gloriam trinitatis. In secunda ergo commemoratione supplentur que de primitivis sanctis deesse videbantur in prima. Unde in ea commemoratione que fit ante consecrationem corporis Christi sanctorum suffragium. In ea vero que fit post consecrationem corporis Christi sanctorum consortium implorat. et ministrum antequam corpus Christi quod est universalis ecclesia consecretur. id est antequam regnum adveniat. necessarium nobis est in via sanctorum suffragium ut meritis eorum et precibus divine protectionis muniamur auxilio. Sed ubi corpus Christi fuerit consecratum, id est ubi regnum advenerit, assequemur in patria sanctorum consortium. ut societatem et partem cum sanctis apostolis et martyribus habeamus. In via quippe sanctis communicamus per fidem quam ipsi habuerunt et nos habemus. In patria participabimus sanctis per spem quam ipsi habent et nos habemus. Nos enim fidem habemus et spem, illi spem habent et rem. Nos percurrimus stadium, illi possident bravium. nos pugnamus in via, illi triumphant in patria. Communicamus ergo et memoriam veneramur apostolorum et martyrum. et precipue gloriose virginis dei genitricis virginis Marie ut eorum suffragio de fide veniamus ad rem. per spem perducamur ad spem. de stadio perveniamus ad bravium. de via transeamus ad patriam. In hac commemoratione sanctorum illud conservat ecclesia quod antiquitas agere consuevit. ut in orationibus recolat patrum memoriam. quatinus eorum meritis suffragantibus optineat quod implorat. Sic et Moyses pro peccante populo intercedens patrum memoriam interposuit: Recordare inquit Abraham Ysaac et Israel servorum tuorum etc. Sic legitur Zacharias orasse in fornace: Neque auferas a nobis misericordiam tuam domine deus noster propter Abraham dilectum tuum et Ysaac servum tuum et Israel sanctum tuum. Multum enim patrum merita filiis suffragantur. Unde cum Ezechias divinum auxilium postularet audivit: Protegam urbem hanc et salvabo eam propter me et propter David servum meum. Et Salomoni: Verumtamen non scindam regnum de manu Salomonis, verum tribus una remanebit ei propter David servum meum. Et remanebat

lucerna david. servi mei christi dictus coram me in vita. Unde propter david servum tuum non avertas faciem christi tui. Et quia extra unitatem ecclesie non est locus offerendi sacrificium veritatis, ideo sanctorum memorie communicamus in sacrificio. Quia in communione sacrificium offerimus. Nam sicut unus panis ex multis granis et unum corpus ex multis membris, sic ex multis fidelibus una constat ecclesia. Scriptum est enim: alienigena non vescetur ex eis quia sancta sunt, et ideo non solum ad esum huius agni recipimus qui nobiscum coniunctus est dominum, imo omnem domesticum fidei a principe usque ad plebem, a sacerdote usque ad publicanum.

Quare non fit commemoratio sanctorum confessorum in canone

Illud autem oportet inquiri, quare in canone nulla fiat confessorum commemoratio, cum tamen sanctos eorum memoriam magnam teneat in ecclesia. Sed ad hoc potest probabiliter responderi quod canon fuit editus prius quam memoriam confessorum ecclesia celebraret, nam omnes fere sancti qui commemorantur in canone preter Silvestrum, preter Johannem et Paulum, Marcellinum et Petrum, qui pro christo passi sunt. Ecclesia vero post tempora beati Silvestri cepit sanctorum confessorum memoriam venerari. Nam et sedes episcopales que iuxta dispositionem beati petri sunt singulis civitatibus antiquitus constitute, non in memoriam confessorum sed ad honorem apostolorum ac martirum et precipue beate Marie virginis veterum devotio dedicavit. Nam in ecclesiastica legitur historia, quod sanctus Bonefacius qui quartus a beato gregorio romane sedis episcopatum tenebat, suis precibus a Foca cesare impetravit donari ecclesie christi templum romanum quod ab antiquis Pantheon antea vocabatur, in quo eliminata omni spurcitia fecit ecclesiam sancte dei genitricis atque omnium sanctorum martirum christi. Canon autem ex eo quod continetur pretermisisse confessorum catalogus non ita in illo legitur dispositus sicut in emendatorio exemplaribus legitur. Quia pontificibus ut dicit Ieronimus non solum evangelistarum mutatus est ordo, sed etiam verborum et sanctorum erat confusa connexio. Tradit autem Gelasius papa quinquagesimus primus a petro canonem principaliter ordinasse. Sed ut beatus Gregorius asserit in registro, scolasticus illam orationem composuit que super eucharistiam dicitur in secreta.

De duplici specie servitutis

aut oblationem etc. Due sunt species servitutis, una que soli creatori debetur et dicitur latria, et altera que creaturis impenditur et dicitur dulia. Utramque speciem dominus determinat dicens: Reddite ergo que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo. Ad latriam pertinent templa, altaria, sacerdotia, sacrificia et huiusmodi, que soli deo sunt exhibenda. Qui glorificatur in consilio sanctorum, magnus et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt, non sanctis ad honorem dei sed deo potius ad honorem sanctorum dedicantur templa, consecrantur altaria, sacerdotia statuuntur, sacrificia offeruntur, ne forte hii tales agant non theosebiam sed ydolatriam committant. Hinc ergo deus in lege precepit: dominum deum tuum adorabis et illi soli servies, id est soli deo servitutem adorationis impendens. Dicens ergo illos adorationis etc. Beatus gregorius has tres orationes in canone dicitur addidisse, videlicet: diesque nostros in tua pace disponas, propter eum qui traditus est in manus eorum qui pacem oderunt. Ab eterna dampnatione nos eripias, propter eum qui pro nobis temporali morte dampnatus est. Et in electorum tuorum grege iubeas numerari, propter eum qui pro nobis deputatus est cum iniquis. Est autem pax peccatorum, pax temporis medium continens bonis et malis, sed pax eternitatis nunquam dabitur nisi bonis. Quod non est pax impiis dicit dominus. De pace peccatorum dicit psalmista: zelavi in peccatoribus pacem peccatorum videns. Adversus hanc pacem dominus dicit in evangelio: Non veni mittere pacem sed gladium. De pace iustorum dicit apostolus: fructus spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia. Hanc pacem dominus reliquit discipulis: pacem relinquo vobis. De pace eius

inquit ysa[ias] oriet[ur] in diebus eius iusti-
cia et habundancia pacis donec aufera-
tur luna. Hanc pacem incessanter petit
ecclesia Da pacem inquid in diebus nos-
tris quia non est alius qui pugnet pro nobis
nisi tu deus n[oste]r De pace eternitatis di-
cit d[omin]us ap[osto]lis pacem meam do vobis non
quo modo [mun]dus dat ego do vobis h[oc] est sed[e]m
p[er]petuam pacis sive pacem de qua psalmi-
sta In pace in idipsum dormiam et requie-
scam. Propter hanc triplicem pacem ter ora-
tur in missa Qlcs inde in sua pace
disponas. da p[ro]picius pacem in diebus
n[ost]ris Da nobis pacem. ut de pace per
pacem pectoris transeamus ad pacem
eternitatis. ob hoc eciam sacerdos in mi-
ssa ter osculatur altare in principio medio
et fine Triginta iudas vendidit cristum

Quam oblacionem [et]c[etera] quarta feria
iudas unus ex xii a dyabolo su-
plantatus, inmane sacrilegium
p[er]petravit. dum filium dei triginta sicli[s]
argenteis vendidit phariseis in compe[n]-
sacione dampni quod occurrit propter effu-
sionem unguenti. Triginta inquit hic vn-
guentum non venit trecentis argenteis
et datum est egenis. dicit autem h[oc] non
quia de egenis p[er]tinebat ad eum. sed quia
fur erat et loculos habens. ea que mittebant-
ur portabat. quilibet aut[em] argenteus vale-
bat x denarios vsuales et ita dampnu[m]
unguenti quod reputat trecentis denariis
triginta recompensavit argenteis. Si vero
dicamus argenteos fuisse denarios vsua-
les. dicemus quod judas vendidit cristum [tan]q[uam]
mancipium xxx[ta] denarios qui sunt
decima. ccc[orum] denariorum quod value-
rat unguentum. propter quod d[omi]nus despective
loquitur p[er] ieremiam appenderunt merce-
dem meam xxx argenteis de corum [que] pro
qua appreciatus sum ab eis. ad designa[n]du[m]
ergo precii quantitatem, qua cristus est ven-
ditus. sacerdos hic facit tres cruces co-
muniter sup[er] oblatam et calicem cum dicit
benedictam ascriptam et ratam. nam et
xxx. per et xxx[ta]. multiplicatorum su-
scipiunt a ternario. p[ro]ximo modo aut[em] ad de-
signandum vendicionem et empcionem
duas cruces imprimit sigillatim. unam
sup[er] oblatam et alteram calicem cum dicit
ut fiat corpus et sanguinis. q[uasi] d[icat].
illa vendicio fuerat maledicta. ascripta

irrita. iniqua et detestabilis. Sed
tu deus hanc oblacionem facere digneris
benedictam p[er] quam nos in celesti-
bus benedicimus. Judas deletus de li-
bro vivencium et cum iustis non scribet[ur]
Sed tu deus hanc oblacionem digneris facere
ascriptam p[er] quam nos inter electos
ascribas. Judas laqueo se suspendit
et episcopatum eius accepit alter Sed
tu deus hanc oblacionem digneris facere
ratam p[er] quam ratum sit salutis
n[ost]re promissum. Judas exiuit con-
dempnatus et oracio eius fiat ei in
peccatum. Sed tu deus hanc oblacionem
digneris facere racionabilem p[er] quam
racionabile fiat servitutis n[ost]re
obsequium Judas reddidit mala pro
bonis. et odium pro dileccione re-
tribuit Sed tu deus hanc oblacionem
facere digneris acceptabilem p[er] quam
nos tibi reddas acceptos pro-
ideo sacerdos facit tres cruces co-
muniter sup[er] oblatam et calicem. quia
cristus communiter ea egit circa pa-
nem et vinum. accepit benedixit
et dedit. p[ro]ximo modum unam crucem
facit specialiter sup[er] oblatam. quia di-
xit comedite hoc est corpus meum
et alteram facit specialiter sup[er] cali-
cem quia dicit bibite hic est sanguis
meus. et sup[er] hunc sensum recte
subiungitur. Qui pridie quam pateretur
[et]c[etera] vel potius quia iudas vendidit
cristum ad crucifigendum sacerdoti-
bus scribis et phariseis ideo sacerd-
os ad denotandum communiter tres
emptores facit communiter tres cru-
ces sup[er] oblatam et calicem cum
dicit. benedictam. ascriptam et ra-
tam ad denotandum non discrete
venditorem, et vendit[ur] facit duas
cruces et discrete sup[er] oblatam et
calicem cum dicit ut fiat corpus
et sanguis Petimus ergo ut deus
faciat hanc oblacionem benedictam asc[ri]-
ptam et ratam ut cum angelis et co-
firmet ut in racionabilem hostiam
et acceptabile sacrificium. ut ita
nobis. i. ad nostram salutem et pa-
nis fiat corpus et vinum sanguis
dilectissimi filii tui domini n[ost]ri ihesu
cristi vel oramus ut deus hanc ob-
lacionem facere dignetur acceptam

i. Item que de memoria sua nulla
possit oblivione deleri. et petimus
tam fieri ratam. i. que de bene-
placito tuo nulla possit oblivione
compelli. irrevocabilem eam fieri de-
poscimus. i. Item que divine con-
veniat. Refert enim inter irratio-
nabile et rationale. quia rationa-
bile dicitur quod de ratione procedit
et rationale quod utitur ratione ut
ita. quam oblationem tu deus
digneris facere in omnibus bene-
dictam. hoc est transferre in eam
hostiam que est omnimodis bene-
dicta. ascripta. rata. rationa-
bilis et acceptabilis. benedicta
dicitur hostia salutaris i. ab omni
causa maledictionis immunis
. tam originali quam actuali. tam
criminali quam veniali. Sicut Eli-
zabeth inquit ad virginem. be-
nedictus fructus ventris tui
ascripta dicitur i. figuris et scripturis
veteribus designata tam in
agno paschali quam in manna ce-
lesti tam in ysaac ymolando
. quia ut inquit Johannes hic est
agnus qui occisus est ab origine
mundi. Rata dicitur quia non tran-
sitoria sicut vetus que pertransiit
ubi nova successit. Sed perma-
net in eternum secundum ordinem
melchisedech. rationabilis dicitur
quia non pecualis sicut erat lega-
lis que sanguine hircorum
et thaurorum non poterat a peccato
mundari. sed omnes qui sanguine
Christo conscientias mundat ab operibus
mortuis. acceptabilis dicitur quia
non illa de qua dicit propheta Sacri-
ficium et oblationem noluisti
sicut dominus ait. non accipiam
de domo tua vitulos neque de
g. t. h. Sed illa de qua dicit
psalmista tibi sacrificabo hosti-
am laudis honorificabit me
Secundum hanc expositionem
recte subiungit ut fiat corpus
et sanguinis filii tui domini
nostri Ihesu Cristi etc.

Incipiunt capitula quarte particule :.

De sacramento eukaristie ubi agitur
de tribus panibus qui sunt nobis (?)
omnino nobis necessarii. De
signis eukaristie que precesserunt in veteri
testamento. Quare sacramentum eu-
karistie constitutum est fieri in specie pa-
nis et vini. Quare panis azimus
non fermentatus debet offerri ubi agitur quot
modis dicitur pascha et quomodo mulieres para-
verunt unguentum ad ungendum Ihesum
. et de panibus primiciarum qui offere-
bantur in penthecostes. De tribus verbis
que forme consecrationis videntur adiecta.
Quare episcopus conficit et ipse sacer-
dos officiat (?). De veritate corporis Christi sub
specie panis et vini. Cum totus panis
sit totum corpus Christi commutatur.
De formatione panis ubi agitur quod Christus
sic fregit unum in mensa. et quid
sacerdos in altari nunc frangat ubi
agitur quid comedit mus cum rodit sacra-
mentum. Quale corpus dedit Christus
in cena discipulis ubi agitur de IIII or qua-
litatibus glorificatorum. Judas accepit
corpus Christi ubi queritur quare Christus
corpus suum dedit ei cum sciret eum
se esse traditurum. Et quod sacerdos ali-
cui non det eukaristiam negare quin-
nis sciat eum in mortali. Et cum ad
bonum an ad malum Christus Jude eu-
karistiam dedit Et quare eukaristia
non datur intincta. Utrum Judas
accepit corpus Christi quod tradidit Ihesus
discipulis suis ad manducandum. Quid
fiat de corpore Christi postquam acceptum
fuerit. De transsubstantiatione corporis
quando vinum mutatur in sanguinem
et panis in carnem. Cum ipsorum
forma nec augetur nec minuitur nec
minuatur. Utrum panis transsubstantiatur
in hominem vel creatorem. Utrum
ante consecrationem vel post panis
sit corpus Christi. Rursus utrum sanguis
sumatur sub specie corporis et econverso.
Rursus utrum panis sine vino vel vi-
num sine pane possit consecrari. Utrum
quid faciendum sit si sacerdos si stolam per pro-
lacionem istorum verborum. hoc est cor-
pus meum etc. Et hic est sanguis
etc. aliquod impedimentum accidat

sacerdoti quo minus procedere valeat
Et utrum panis solus sine vino po-
ssit consecrari creditur. Et quid fa-
ciendum sit sacerdoti si post consecratio-
nem vinum conspiciat pretermissum
Rursus cum plures sacerdotes cum summo
pontifice pronunciant verba · quis eorum
conficiat

Incipit quarta particula de sacramento eucharistie que sit positum

Iam nunc ad ipsum sacramenti penetra-
le accedentes illud ad ipsum cor-
dis sacrarium penetremus tremens
coram tremendo vix illius apparet
esse momenti · deficit lingua · ser-
mo disparet · superatur ingenium oppri-
mitur intellectus · cuius enim novit or-
dinem celi et ponet rationes eius in terra
· Sed pulsemus ad hostium si forte cla-
vis aperire dignetur · ut accommodet
nobis tres panes amicus qui necessarie
nobis erunt in hoc communio necessa-
rii · fides enim petit et accipit · spes
querit et invenit · Caritas pulsat et
aperit · petit et accipit · querit et inve-
nit viam · pulsat et aperit veritatem
· is enim via est et veritas et vita · Cum
pridie quam pateretur etc.

De signis eucharistie que precesserunt in veteri testamento

Quinta decima primi mensis que
tunc extitit sexta feria passus
est dominus et precedente nocte videlicet
xiiii luna primi ad vesperam ut legis
figuras impleret · post typicum pascha
corporis et sanguinis sui sacramentum
instituit · et quod tradidit figuraliter
Sicut enim figuraliter prefiguratum in exodo
· decima die primi mensis tollat
unusquisque agnum per familias suas
· et servabit eum usque ad quartamdeci-
mam diem mensis huius immolabitque
eum universa multitudo filiorum israel
ad vesperam et sument de sanguine et
ponent super utrumque postem et insuper
liminaribus domorum in quibus come-
dent illum et edent carnes in nocte
nocte illa assas igni et azimos pa-
nes cum lactucis agrestibus · et post
pauca · est enim pasche · i · transitus domini
Transitum istum Iohannes evangelista
determinat dicens ante diem festum
pasche sciens Ihesus quia venit hora
eius ut transeat de hoc mundo ad pa-
trem · cum dilexisset suos qui erant
in mundo in finem dilexit eos et secundum
cena complentur ea que figurantur · Egi-
ptus est mundus · exterminator est dya-
bolus · agnus · Christus · sanguis agni
passio Christi · domus liminum corpora
· domus cogitationum · corda · hoc
sanguine tinguimus · per passionis
fidem · illa tinguimus sanguine per
passionis imitationem · signum
crucis intus et foris opponen-
tes contra adversarias potestates
· denique carnes agni comedimus
cum in sacrificio corporis Christi su-
scipimus et azimos panes · i ·
sincera opera cum lactucis agresti-
bus · i · cum amaritudine penitentie
Sicut autem manna fuit datum
hebreis post transitum maris
rubri iam submersis egyptiis
· sic eucharistia datur christianis post
ablutionem baptismi iam deletis
peccatis · ut post baptismum mundati
a malo per eucharistiam confir-
memur in bono · Nam sic manna
populum illum per vastitatem in via
sollicitudinis ad terram promi-
ssionis perduxit · sic eucharistia
populum istum per incolatum vite
presentis ad patriam paradisi per-
ducit · unde recte viaticum appe-
llatur · quia reficiens in via · de-
ducit ad patriam · Sancte quod in
manna precessit in eucharistia
consummatur · nam quantumcumque
quis accipiat totam percipit
eucharistiam sicut de manna eve-
nit nec qui plus collegerat ha-
buit amplius · nec qui minus pa-
raverat · reperit minus · hanc ergo pre-
figurabat panis iste celestis de
quo sapiens protestatur · panem
de celo prestitisti eis sine labore omne
delectamentum in se habentem et
omnis saporis suavitatem quod et
se Christus exponens ait ego sum
panis vivus qui de celo descen-
di si quis manducaverit ex

hoc pane vivet in eternum. Caro
enim mea est pro mundi vita. Hinc
est quod apostolus ait Nolo vos ignorare
fratres: quia patres nostri omnes eandem
escam spiritualem manducaverunt
et omnes eundem potum spiritua-
lem biberunt. bibebant autem de
spirituali consequente eos petra
petra autem erat cristus etc.

Quare sacrificium eucharistie consti-
tutum est fieri in specie panis et vini

Accepit panem etc. Hoc sacrifi-
cium melchisedech primus le-
gitur celebrasse offerens panem
et vinum. Erat enim sacerdos alti-
ssimi. Unde david inquit ad cri-
stum Tu es sacerdos in eternum secundum
ordinem melchisedech. Sacrifi-
cium igitur evangelicum precessit le-
gale non solum dignitate sed
tempore. sicut apostolus plenius ostendit
in epistola ad hebreos. Ideo vero pa-
nem in sacrificium corporis et san-
guinis sui cristus instituit. quia sicut
pre ceteris cibis et potibus corpora-
libus panis cor hominis confirmat
et vinum letificat: ita scilicet corpus
et sanguis cristi pre ceteris cibis et
potibus spiritualibus interiorem ho-
minem reficit et saginat. Unde
poculum tuum inebrians quam pre-
clarum est. In hiis enim duobus
plena consistit et perfecta refectio
sicut ipse testatur caro mea vere est
cibus et sanguis meus vere est
potus. Panis autem debet esse de fru-
mento. vinum quoque de vite. quia
cristus semetipsum comparavit frume-
to cum ait Nisi granum frumenti
cadens in terram mortuum fuerit
ipsum solum manet. et viti cum
dicit Ego sum vitis vera. porro
nec racemus uve. nec granum fru-
menti debet offerri nisi iam expressus
in vinum iam redactus in panem
quia cristus et panem se dicit et fru-
mento se comparat. quod vero cristus
accepit panem et calicem in sanctas
ac venerabiles manus suas et sa-
cerdos exemplo cristi panem et ca-
licem in manus accipiens utrumque
prius crucis signaculo benedicit etc.

Quare panis azimus non fermentatus debet offerri

Panis autem non fermentatus sed
azimus in sacrificium debet offerri
tum ratione facti tum ratione misterii.
Sic enim legitur scriptum in exodo primo
mense quartodecimo die mensis ad
vesperum comedetis azima usque ad
diem vicesimam primam eiusdem mensis ad
vesperam. Septem diebus non invenie-
tur fermentatum. peribit anima eius de cetu israel
tam de advenis quam de indigenis terre.
Omne fermentatum non comedetis. in
cunctis habitaculis vestris comedetis azima.
Cum ergo cristus xiiii[a] die primi mensis
ad vesperam cenavit cum discipulis
suis et agnum paschalem comederet
et iuxta ritum legalem cum azimis pa-
nibus et lactucis agrestibus constat
quod ea hora fermentatum non invenie-
batur in domibus hebreorum et ita
panem azimum in corpus suum absque
dubio consecravit. Fermentum enim
corruptionem significat apostolo testante
qui ait modicum fermentum totam ma-
ssam corrumpit. Ut ergo nil corruptum
sive corrumpens sed totum sincerum
atque sincerans in sic omne sacrificium
non insistat non fermentatum sed
azimum offerimus. Nam secundum apostolum
pascha nostrum immolatus est cristus itaque
epulemur non in fermento veteri neque
in fermento malicie et nequicie sed in
azimis sinceritatis et veritatis. Gre-
ci tamen in suo permanentes errore de fer-
mentato conficiunt asserentes in parasce-
ve lunam xiiii[am] extitisse in qua
verus agnus est immolatus ut legis
impleretur figura. Cum enim luna primi
mensis paschalem agnum iusserat pa-
immolari. Dominus ergo ea die se passurum
esse prenoscens in precedente
vespera paschate ductus anticipavit
comedere pascha et quia tunc licite po-
tuit comedere fermentatum et ipse
de fermentato corpus domini confecit.
Nam Johannes evangelista ait quod ante
diem festum pasche ihesus cum apostolis
nocte cenavit. dicunt quod iudei in passione

non intrasse pretorium ut non contaminarentur · sed comederent pascha · Sabbatum autem parasceven magnum diem sabbati nominat quod dici non solet nisi cum sabbato festum occurrit · Et lucas ait quod mulieres in parasceve paraverunt unguenta quod eis in die sancto non licet · Matheus etiam describit quod principes sacerdotum et seniores populi disposuerant Christum occidere sed non in die festo · ne forte tumultus fieret in populo · porro que dicta sunt eorum assercioni non consonant si sic sane fuerint intellecta · Pascha namque dicitur dies solemnitatis agnus et hora · dies ut ibi · appropinquabat autem dies festus azimorum qui dicitur pascha · Solemnitas ut ibi ante diem festum pasche · Agnus ubi ut ibi ubi vis paremus tibi comedere pascha · hora ut ibi scitis quod post biduum pascha fiet · dies autem festus paschalis erat xv luna secundum illud · et xv · est solemnitatem celebrabitis altissimo domino · nam enim non erat solemnis nisi tamen a vespera · ante diem festum hoc dominus pascha cum apostolis celebravit · Nam ut insinuat Matheus prima die azimorum accesserunt ad ihesum discipuli dicentes · ubi vis paremus tibi comedere pascha : Et vespere facto discubuit cum xii · Marcus autem primo die azimorum determinat dicens quando pascha immolabant / et lucas in qua necesse fuit occidi pascha · Constat ergo quod eius ea die scilicet cum appropinquavit necessario fiebat ex lege · scilicet xiiii luna primi mensis ad vesperam · hoc autem in veritate potest inveniri · quisquis tabulam compoti percurrerit diligenter · diem magnum sabbati · nominabat · in tribus solemnitatibus ebdomadalibus quoque septem dierum contingeret · nam omnes erant solemnes etsi non adeo primus et ultimus sed ad edendum azima septem diebus oportebat mundos [illegible] · unde etiam septem dierum non poterant introire pretorium · ne contaminarentur sed comederent pascha · id est in pascha non nomine pasche possunt azima designari · Et autem mulieres de festo dicuntur parasse unguenta · non obest quod non

erat sub lege · sed sub gratia · Verum legis autem quod sabbato siluerunt secundum mandatum · sed et mandatum erat in lege quod in diebus azimorum prima et septima nichil operis facient exceptis hiis que pertinent ad vescendum · Preterea nemo tunc erat volentibus emere vendidisset aromata · nam et Marcus testatur quod cum transisset sabbatum mulieres emerunt aromata ut venientes ungerent ihesum · Ut ergo nichil dubietatis remaneat lucas evangelista reducatur ad marcum ut intelligatur quod mulieres revertentes paraverunt secundum lucam aromata et unguenta non tunc · sed secundum marcum cum preterisset sabbatum licet si longe ante paraverant · quod frequenter audierant dominum in proximo moriturum · Nempe magdalena iam parasse [illegible] et per inspirationem potuit parasse misterium unctionis teste veritate que dicit mittens hec unguentum in corpus meum ad sepeliendum me fecit · Et iterum sinite illam ut in die sepulture mee servet illud ; Sed convenientium quod prius incepit postea consummavit · porro dispositio sacerdotum · dispositionem dei specialem impedire non potuit · qui disposuerat ut verus agnus in diebus immolaretur paschalibus et sic tipicus agnus xiiii luna primi mensis a iudeis comedebatur in nocte · ita verum agnum eadem hora discipuli comederunt · Verum et si verum esset quod greci de luna contendunt credendum tamen est ipsum ritum legis in hoc sicut in aliis dominum observasse qui non venit solvere sed adimplere natus de muliere · factus sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret Sed ipsi rursus apponit · quod cum veritas venit figura cessavit et evanuit umbra cum lumen effulsit · cum ergo ad verum pascha perventum est que processerant in typico cessaverunt secundum illud Novis supervenientibus vetera proiicietis

Et apostolus vetera transierunt ecce
nova facta sunt . et ideo sicut apostolus
veterum pascha comedit sine lactu-
cis agrestibus . sic et absque pani-
bus azimis nec veterem vitulum in
novo sacrificio immolet ac si hoc nos
iudaizare doceret . nam utrumque erat
in lege preceptum comedent inquit nocte
illa carnes assas agni et azimos
panes cum lactucis agrestibus
Credimus ergo quod non omnes antique
legis consuetudines abiecit ecclesia
sed quasdam provida consideratione
retinuit . unde sponsa dicit ad
sponsum in cantico canticorum
Omnia poma nova et vetera ser-
vavi tibi dilecte mi . quod hinc ecclesiam
sanctam plene sentire considerat .
ne pascha celebret in defectu . adhuc
conficit oleum unctionis et thus
suavitatis incendit . adhuc sol-
vit decimas et primitias adhuc
candelabrum et lucernas ve-
stes et vasa pontificis et levitas
. nam si propterea repudiandum est
azimum . quia lex illud admisit pari
ratione repudietur fermentum .
quia lex statuit in levitico offerre
panes fermentatos cum hostia gra-
tiarum que offertur pro pacificis
Iterum in pentecoste . offeretis pa-
nes primitiarum de duabus deci-
mis simile fermentate non solum de
constitutis legalibus . verum etiam
de scriptis gentilium libenter assumit
ecclesia . si quid in eis probe dictum
ad fidem agnoscit . et tanquam mu-
lieris captive resecat ungues pilos
que superfluos . ut ab alienigena fal-
sitate mundata thalamum veritatis
digna sit introire . legales ergo con-
suetudines non penitus sunt abolite
neque contrariis supervenientibus sunt
destructe . sed medium in melius
commutate Nam cum deus circum-
cisionem mutavit . nec superduxit
contrarium i. preputium . sed protulit
melius i. baptismum . quia circum-
cisio nichil est . et preputium nil est
ut dicit apostolus . sed fides que per
dilectionem operatur et azimum et fer-

mentum penitus sunt opposita sicut imme-
diata contraria . non ergo decebat ut deus
tanquam sibi contrarius abiceret azimum et assu-
meret fermentatum . quin potius fermenta-
tum quod minus bonum proponeret . et azi-
mum quod magis bonum preferret . nec illud
vale putandum est . quod dicunt ideo sic fer-
mentatum offerre . quia fermentum ut aiunt
fervorem spiritus sancti significat quo super-
veniente corpus christi de virginis carne
conceptum est sicut angelus illi predicat
Spiritus sanctus superveniet in te et virtus
altissimi obumbrabit tibi . ideo quod
quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius
dei credentes hanc significationem fermen-
ti ex illa parabola evangelica Simile est
regnum celorum fermento quod acceptum
mulier abscondit in farine satis tribus
donec fermentatum est totum Nam
et fermentum manifeste significat tu-
morem veteris originalis et criminalium
peccatorum . porro multum religiosius
illud insinuat quod secundum apostolum christus
de massa peccatrice corpus sine peccato
suscepit tanquam de fermento suscepit azi-
mum et ut inter spinas et spinas ita ma-
litie vel nequitie nil inesset . sicut inter fer-
mentatum a et aquam in azimo vel
veteris masse vel alienigene corruptio-
nis invenerit . nam per fermentum corruptio
vel peccatum sepius designatur secundum illud nisi
granum frumenti cadens in terram mor-
tuum fuerit ipsum solum manet beatum
quoque seminantes super aquas sine fermento
quieta sunt fermento aqua designat
populum sine peccato . ergo congruentius dicitur
et illud valeat designare quod sicut azimus
panis de pura massa sine fermento
conficitur . ita corpus christi de illibata
virgine . sine peccato conceptum est
Ceterum id solum latinis sufficit
contra grecos quod constantinopolitana
ecclesia multarum heresum corruptio
fermentavit ut non solum hereticos ve-
rum etiam heresiarchas produceret Roma-
nam autem ecclesiam super apostolice fidei pe-
tram stabili soliditate fundatam nulla
prorsus heretice pravitatis procella po-
tuit conquassare . sed illud integra fide
semper servavit quod ab ipsis accepit apostolis
petro et paulo tam constitutione doctrine

sacris et ecclesiasticis ritibus ecclesiam docuerat. Ab ipsis igitur beatis apostolis petro et paulo quos vivos habuit et defunctos custodit. hunc sacrificii ritum accepit quem hactenus inviolabili cultu servavit. Greci vero post ipsorum domini tunicam inconsutilem diviserunt ut per eam divisionis scandalum interponerent sacrificii ritum temere mutaverunt. nonnullos propter epistolam ad imperatorem constantinopolitanum directam super premissis consuluerunt. heresibus qui latinos inter cetera azimitas vocabant cum ipsi potius fermentarii inveniuntur

De ceteris verbis que forme consecrationis videntur adiecta rubrica

Elevatis oculis in celum. Ea que hic commemorantur in canone que nullus evangelistarum describit. videlicet elevatis oculis in celum. eterni testamenti misterium fidei. quis ergo tante presumptionis extitit et audacie ut hec de corde suo temeravit interponere. Sane formam istam verborum ab ipso christo acceperunt apostoli et ab ipsis apostolis accepit ecclesia. Multa quippe tam de verbis quam de factis christi pretermiserunt evangeliste que postmodum apostoli suppleverunt. sicut est illud quod apostolus dicit in epistola ad corinthios. Visus est plus quam quingentis fratribus simul. Deinde visus est a iacobo. Deinde apostolis omnibus. Novissime autem tanquam abortivo visus est et mihi. Ipsi quoque evangeliste quedam omittunt ab uno que supplentur ab alio. Unde cum tres evangeliste commemorent hoc est corpus meum. solus lucas adiecit quod pro nobis tradetur. Et cum marcus et matheus dicant pro multis. lucas dicit pro nobis. Sed matheus addit in remissionem peccatorum. Ceterum que addita in canone possunt ex aliis locis evangelii comprobari. Johannes lazari suscitatorem describens testatur quod ihesus elevatis sursum oculis testatur dicens pater gratias ago tibi quoniam audisti me. Iterum alibi dicit hec locutus est ihesus et sublevatis oculis in celum dixit pater clarifica filium tuum. Sed si oculos in celum tunc levavit ad patrem cum animam lazari revocaret ad corpus quanto magis credendum est quod tunc oculos ad patrem in celum levaverit cum panem et vinum in corpus et sanguinem proprium convertebat. Utique tunc quod hic ad nostram instructionem agebat ut nos oculos cordis non deprimamus in terram sed elevemus in celum si quod oramus volumus impetrare. Gratias agens. hinc ergo colligitur unde sacrificium laudis dicatur quod christus gratias agens illud instituit. Gratias autem agebat non pro se sed pro nobis id est pro reparatione hominum sic futura

Utrum christus tunc confecerit et quando sacerdos conficiat etc.

Benedixit. Cum ad prolationem istorum verborum hoc est corpus meum. hoc est sanguis meus. Sacerdos conficiat credibile videtur quod et christus confecit cum benedixit litteram construendo. hoc ordine accepit panem et benedixit subaudiendum est dicens hoc est corpus meum. prius ergo illa protulit verba ut eis virtutem conficiendi tribueret. deinde protulit eadem ut apostolos formam conficiendi doceret. Alii vero dixerunt quod et sacramentum confecit et formam instituit post benedictionem cum dixit hoc est corpus meum. intelligentes illam benedictionem fuisse vel adiuvandum quod super panem expressit. Sed illud videtur obsistere quod prius fregit quam dixit hoc est corpus meum. nec enim est credibile quod prius dederit quam confecerit. Sane dici potest quod christus divina virtute confecit et postea eam formam expressit sub qua posteri benedicerent. ipse namque per se virtute propria benedixit. nos autem ex illa virtute quam indidit verbis

De veritate corporis christi sub specie panis et vini

Cum ergo sacerdos illa christi verba pronunciat hoc est corpus meum hic est sanguis meus panis

et vinum in carnem et sanguinem convertunt. Illa verbi virtute quod verbum caro factum est et habitavit in nobis, quod dixit et facta sunt, mandavit et creata sunt, quod feminam in statuam mutavit, et virgam convertit in colubrum, quod fontes mutavit in sanguinem, et aquam convertit in vinum. Nam si verbum Helie potuit de celo ignem deponere, verbum Christi non potest panem in carnem mutare? Cur ergo hic iudeat putare de eo cui nullum verbum est impossibile, per quem facta sunt omnia et sine ipso factum est nichil. Certe maius est creare quod non est quam mutare quod est, et de longe maius quod non est de nichilo producere quam quod est in aliud transmutare. Istud autem nemo est qui dubitet et si aliquis dubitabit, absit. Omnino incomparabiliter maius est quod deus ita factus est homo quod non desinit esse deus quam quod panis fit caro quod desinit esse panis. Istud per incarnationem factum est semel, istud per consecrationem iugiter fit. Si diceret aliquis: certus sum animo quod valet et non sum certus aliquo modo quod velit. Audiat ergo quod Christus cum accepisset panem benedixit et dixit: hoc est corpus meum. Veritas enim hoc dixit et ideo verum est omnino quod dixit. Quod ergo panis fuerat cum accepit, corpus suum erat cum dedit. Panis itaque mutatus in corpus ipsius erat et similiter vinum in sanguinem. Non enim ut hereticus sapit sed decipit ita debet intelligi quod dominus ait: hoc est corpus meum. Sicut quod dixit apostolus: petra erat Christus, i. petra significat Christum. Hoc enim potius dixisset de agno paschali quam de azimo pane. Nam agnus paschalis absque dubio figurabat dominicum corpus, sed panis azimus panem sinceritatis. Sicut autem Johannes baptista qui dicebat: ecce agnus dei, per adiunctum determinavit qui tollit peccata mundi, sic et Christus qui dicebat hoc est corpus meum per adiunctum determinavit quod pro vobis tradetur. Sicut ergo corpus Christi veraciter tradebatur

ita vere demonstrabatur non in figura que iam cessaverat sed in veritate que iam advenerat. Sane cum litigarent iudei ad invicem dicentes: quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Dixit illis Ihesus: amen amen dico vobis nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam. Ideo dicit amen amen dico vobis, i. in veritate, ut non figurative intelligatur sed vere quod dicit: nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. Et ad maiorem veritatis expressionem adiecit: caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Ergo vos qui vitam eternam habere desidero. Carnem Christi veraciter manduco, sanguinem quoque eius bibo, illam utique carnem quam traxit de virgine et illum sanguinem quem fudit in cruce. Ergo corde credo et ore confiteor quod ipsum dominum nostrum Ihesum Christum in hoc sacramento comedo. Fratres bene quod dicit: qui manducat me vivit propter me. Non quia cum manducatur per partes dividitur vel laceratur sub sacramento sicut caro que venditur in macello, sed totus et integer manducatur, vivus manducatur, quia surrexit, occisus manducatur, non moritur, quia surrexit non moriturus. Christus autem resurgens ex mortuis iam non moritur, ultra mors illi non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato mortuus est semel, quod autem vivit vivit deo. Sic enim vidua Sareptana quotidie comedebat et non diminuebatur farina de ydria et oleum de lechito. Sic ubique ecclesia quotidie sumit et integraliter consumit carnem et sanguinem Ihesu Christi sub duplici specie sacramenti. Sic ergo corpus Christi quotidie manducatur et nec deficit nec decrescit, ita panis quotidie transit in corpus Christi, sed ipsum corpus non proficit nec accrescit. Non enim de pane vel vino materialiter formatur caro vel sanguis, sed materia panis et vini mutatur in substantiam carnis et sanguinis, nec additur aliquid corpori, sed substantiatur in corpus Christi

[Utrum] totus panis in totum corpus cristi [convertatur]

Verum an partes in partes
an totum in totum an totale fra-
ctum in totale. Noverit ille qui fac-
ere ... residuum est agni combinio
... iubente ... prohibente
Si tamen querentis insistat improbitas ergo
salua fide concesserim et quod totalis pa-
nis in totale corpus convertitur ita quod
nulla pars panis transit in aliquam partem
corporis. Reor autem salua fidei maiestate
quod ubi panis est consecratus sub tota
specie totum corpus existit. Sicut
enim miraculose tam magnum corpus
in singulis partibus continetur quod in
quantum quam in quantis partes species panis
dividatur sub singulis partibus tota
est corpus. totus in magno. totus in
parvo. totus in integro. totus in
fracto. Scio tamen quod dicitur a quibusdam ex
quondam species integre perseverat sub tota-
li specie et totale corpus existit. Quod
non dividitur in singulis divisionibus
incipit esse totum. Sicut in speculo dum
est integrum una tantum inspicientis appa-
ret ymago. sed eo fracto tot apparent
ymagines quot sunt in ipso fracture.
Porro cum deus illam virtutem verbis
contulerit ut ad prolacionem eorum cor-
pus dominicum incipiat esse sub specie
sacramenti. nec illa verba que proferun-
tur in fractione diligenter attendant
et ipsi videant primum corpus cristi quod ante
fractionem in singulis partibus non
habet totum. sed sub totali specie to-
tale existebat post fractionem in sin-
gulas partes quodammodo cedit et inci-
pit esse sigillatim in singulis. quod
integraliter erat in integro. Licet autem
corpus dominicum cum sit in loco lo-
cale. querit tamen utrum in sacrario sit locatum
localiter utrum faciat localem distan-
tiam. et an habeat situm locale ut dici
debeat quod iacet aut sedet aut stat. Sed
et alia multa circa presentem articulum
possent inquiri que melius est intacta
relinquere quam temere diffinire. Nam bestia
que tetigerit montem lapidabatur
... est in talibus citra racionem sub-
sistere quam ultra racionem excedere. ne forte
quod absit ossa regis ydumei redigantur
in cinerem

De fractione panis.

Fregit solet a multis inquiri
sed a paucis intelligi quod cristus
in mensa fregit. et quid
sacerdos in altari nunc frangit. Fue-
runt qui dicerent quod sicut post conse-
crationem vera panis remanent
accidencia. sic et vera panis substancia.
quod sicut subiectum non potest subsistere
sine accidentibus. sic accidencia
non possunt subsistere sine subiecto. quoniam
accidentis esse non est aliud quam
inesse sed panis et vini subiectis
permanentibus ad prolacionem illorum
verborum corpus et sanguis sanguis
cristi veraciter incipiunt esse sub illis
ita quod sub eisdem accidentibus utrumque
vere suscipitur panis et corpus vinum
et sanguis quorum alterum pro-
bat sensus. reliquum credit fides
hinc dicunt quod vere panis frangitur
et atteritur. inducentes ad hoc quod dicit
apostolus. panis quem frangimus et
lucas una sabati cum venissent
ad frangendum panem etc. hinc
facile solvunt questionem illam
qua queritur quid a mure come-
datur cum sacramentum corroditur
comeditur cum secundum illos ipsa panis
substancia sub qua corpus cristi mox esse
desinit. Porro qualiter significandi
modum hoc nomen accidens in phi-
losophica facultate eundem existendi
modum hoc accidens nomen in
theologica veritate habet. sic hoc
nomen album significat acci-
dens in subiecto. i. inherencia
hoc nomen albedo significat accidens
sine subiecto. i. existencia. Sic ante
consecrationem accidens est subie-
cto quoniam existit in alio. sed post conse-
crationem accidens est sine subiecto quoniam
existit per se. transit enim substancia sed per-
manent accidencia ut dicitur in primo
principij accidens. sed accipiendum
est in vi nominis. Sicut enim ibi
species corporis est ubi forma corporis
non est. Sic forma panis aliter
designatur iuxta quod dicit autem panis
quem ego dabo caro mea est pro
mundi vita. et apostolus quocienscumque

manducabitis panem hunc et calicem bibetis etc. Non enim desinunt querere nam in memoriam eius consuetudinem in miraculo. Dicamus ergo quod forma panis frangitur et atteritur, corpus Christi sumitur et comeditur, ea que notant corruptionem referentes ad formam panis, ea vero que notant acceptionem ad corpus Christi. Berengarius quod suspectus habetur de heresi, ne remaneret anguis sub herba ad maiorem expressionem coram nicolao papa multis episcopis presidibus est confessus panem et vinum que in altari ponuntur post consecrationem non solum sacramentum sed etiam verum corpus et sanguinem Christi esse, et sensualiter non solum sacramento sed etiam in veritate manibus sacerdotum tractari frangi et fidelium dentibus atteri. Non quod corpus Christi vel in partes dividatur vel dentibus laceretur cum sit immortale et impassibile. Sed in qua reficiat fractio vel attritio huius Augustinus ostendit dicens quando Christus manducatur reficit non deficit. Itemque quando manducamus partes de illo facimus, et quidem in sacramento sic fit. Nam et Christus carnaliter secum discipulorum redarguit qui putabant carnem eius sicut aliam carnem dividendam in partes et morsibus lacerandam. Dicitur autem fractio panis non qui sit sed qui fuit. Sic dicebatur Symon leprosus non quia extiterit sed quia tunc extiterat. Si vero queratur quid a mure comeditur cum sacramentum corrodit vel quid incineratur cum sacramentum concrematur. Respondetur quod sicut miraculose substantia convertitur in corpus dominicum et incipit esse sub sacramento, sic quodammodo miraculose substantia panis restituitur cum ipsum desinit ibi esse. Hoc constat miraculo, falso trahitur ibi argumentum a coniugatis. Sicut alibi falso argumentis dicitur enim hic color et sapor qualitas et quantitas cum nichil sit coloratum aut sapidum quantum aut quale. Miraculum quippe vicit naturam et legem. Dehinc dispensatio in natura dei est trinitas personarum videlicet pater et filius et spiritus sanctus. In ypostasi filii est trinitas substantiarum, videlicet deitas et corpus et anima. In sacramento corporis est trinitas specierum videlicet panis et vinum et aqua. In natura dei non est accidens in substantia nec substantia subiacens. In ypostasi filii et est accidens in substantia et substantia subiacens. In sacrato corpore non est accidens sed substantia consistit sine accidente.

Quale corpus Christus dedit in cena discipulis suis

Queri solet quale Christus corpus suum dedit in cena, mortale an immortale, passibile an impassibile ac cetera que ad hanc pertinent questionem. Ego divina sacramenta magis veneranda quam discutienda profiteor simplicitati fidei catholice sufficere. Si dicatur quod tale dedit quale voluit et rursus quale dedit ipse novit. Fuerunt hii qui dicerent quod sicut idem veraciter erat qui dabat et quod dabat, ita in eo quod dabat erat passibilis et mortalis et in eo quod dabatur erat immortalis et impassibilis. Sicut visibiliter gestabat quod invisibiliter gestabatur, invisibiliter ingerit quantum ad formam corporis non quantum ad speciem sacramenti. Nam in eo quod gestabat quod erat ipse non videbatur, quod forma panis et vini velabat formam carnis et sanguinis. Hic est verus ille David qui coram achis rege geth suis manibus ferebatur. Ceterum ibi immortalis dabatur, incorruptibilis edebatur. Hii profecto concedunt posito quod post aliqua sacramentum per tempus mortis Christi reservata fuisset idem corpus sic et iacebat mortuum in sepulcro et manebat vivum sub sacramento, in ara crucis patiebatur et sub forma panis non ledebatur. Sed quia incredibile videtur ut secundum eandem naturam sit quis mortalis et immortalis, quod hic conveniebat ei secundum eandem personam. Fuerunt alii qui dicerent quod utique Christus mortalis fuit non necessitate sed voluntate. In eo quippe quod immunis erat ab omni culpa liber erat ab omni pena ut nec mori deberet, pro eo quod peccatum non habuit. Sustinuit tamen sponte morta-

litatem quia mortem sustinere nolebat quia si mortalitatem non accepisset omnino mori non potuisset. Ut ergo probaret quod mortalis esset non necessitate sed voluntate mortalitatem deposuit et quando voluit mortalitatem recepit. Legitur in evangelio quod cum iudei duxissent eum usque ad supercilium montis ut eum precipitarent ipse transiens per medium illorum ibat. Cum esset dignus tenere se sicut passibilem tollebat, ita cum esset palpabilis sicut impassibilis per medium illorum transibat. Quatuor enim sunt glorificati corporis dotes qualitates, videlicet claritas subtilitas agilitas et impassibilitas. De quibus legitur: fulgebunt iusti sicut scintille in arundineto discurrent et absterget deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum et iam non erit amplius neque luctus neque dolor quia priora transierunt. Hinc etiam dominus inquit in evangelio: mensuram bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Singulas sibi Christus sigillatim accepit antequam resurgens a mortuis nostre glorificati corporis induisset. Subtilitatem cum nasceretur ex virgine, claritatem cum transfiguraretur in monte, agilitatem cum incederet super mare, impassibilitatem cum manducaret in cena. Sic enim signum passibilitatis exhibuit in corpore immortali cum post resurrectionem ostenderet manus et latus. Sic in corpore mortali signum impassibilitatis ostendit cum carnem et sanguinem ante passionem exhibuit. Potest tamen salva fide concedi quia tale tunc dedit quale tunc habuit mortale videlicet et passibile non quod posset pati sub sacramento. Sed quia sub sacramento poterat pati. Nunc autem sumitur a nobis immortale et impassibile nec tamen maiorem habet nunc efficaciam sicut nec maiorem potentiam. Cum ergo passibile debebat cedebat. Nec tunc ledebatur. Non erat humane nature sed divine potentie qua valebat quicquid omnino volebat. Utrum iudas accepit eucharistiam rubrica cuius ponitur

De hoc sepius solet dubitari utrum iudas cum aliis accepit eucharistiam. Lucas enim ostendit iudam interfuisse cum aliis qui statim post calicem traditorem commemorat dicens: hic est calix novi testamenti in meo sanguine qui pro vobis effundetur. Veruntamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Quotquot autem mecum fuerunt eucharistiam acceperunt, Marco testante qui ait: et biberunt ex eo omnes. Iuxta quod precepit ipse, teste Matheo: precepit bibite ex hoc omnes. Contra iudas non interfuisse probatur. Nam secundum Matheum statim dicit Ihesus bibentibus calicem: Non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum cum illud bibam novum in regno patris mei. Iudas ergo non aderat qui cum eo non erat bibiturus in regno. Bibentium quoque istum excipiens ait pro vobis effundetur, sed aliorum multos excepit cum inquit: pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Unde cum secundum Iohannem Christus dixisset apostolis: beati eritis cum feceritis ea, statim excepit: non de omnibus dico, ego scio quos elegerim. Et iterum: vos mundi estis sed non omnes. Verum ergo vobis est in hoc casu tenendum. Illud forte sine preiudicio aliorum quod Iohannes insinuat quod cum iudas accepisset buccellam exivit continuo. Erat enim nox. Christus autem post alios cibos tradidit eucharistiam, Luca testante qui ait: similiter et calicem postquam cenavit. Patet ergo quod iudas prius exiit quam Christus traderet eucharistiam. Cum autem Lucas post calicem commemorat traditorem, per recapitulationem potest intelligi quia sepe fit in sacra scriptura ut quod prius factum fuit posterius narretur. Sicut Matheus biduo ante pascha commemorat alabastrum unguentum quod secundum Iohannem ante sex dies pasche mulier effudit in domo Simonis leprosi. Concesso tamen quod iudas accepit

eukaristiam quod expositorum pleri que
contradicunt · quesitum est qua
ratione medicus salu[ta]ris medici-
nam dabat egroto quam ei sci[e]-
bat esse mortiferam · sciebat enim quod
qui manducat indigne iudicium
sibi manducat et bibit · ad hoc ei
dabat ut suo doceret exemplo · quod sa-
cerdos non debet communionem ne-
gare · cuius crimen et si sibi sit
notum · non tamen ecclesie manifestum
· ne forte non sit correctori sed
proditor · unde cautum reperitur
in canone non prohibeat dispen-
sator pinguedines terre · mensam
domini manducare sed moneat ex-
actorem timere · sit ita si nichil
aliud est quod melius reueletur · unde
· porro cum minus malum sit re-
ddi suspectum de crimine · quam co-
mittere crimen et de duobus ma-
lis cum alterum urgeat minus
sit eligendum · cum districtus sacer-
dos non neget eukaristiam cri-
minoso · quoniam minus malum mori-
tur ut maius euitet · i · ut re-
ddatur suspectus ne manducet
indigne · Sane cum nemo de-
beat unum mortale committere ne
proximus ad mortale committat ·
eligendum est potius sacerdoti
non prodere peccatorem · quam ut ille non
peccet · Sed ille potius debet eligere
ut abscondo reddatur suspectus
· quam communicando manducet indi-
gne · Si vero queratur utrum ihesus
ad bonum an ad malum euka-
ristiam iude tradiderit et quod non
uidetur ad bonum dedisse ne sua sit
intentione fraudatus · qui teste
propheta fecit vniuersa que voluit ·
Iudas enim non ad bonum sed ad
malum recepit · sed nec ad ma-
lum dedisse uidetur · quia christus non
est auctor malorum sed ultor
Iudei verissime patet quod si pro in-
tentione denotet uel affectum
cum dicitur dedit ad malum · falsa
est propositio · Sin autem consecutionem

innuat uel affectum vera est · quia
vero christus buccellam intinctam iude por-
rexit · constitutum est ab ecclesia ut eu-
karistia non detur intincta · consti-
tutum est pro heresi extirpanda
que dogmatisauit christum sub neutra
specie totum existere · sed sub utraque simul
existere totum · nec debet intelligi quod sub
buccella panis intincta christus eukari-
stiam dedit traditori · sed per buccellam
intinctam atque porrectam suum denique
traditorem expressit · forsitan per pa-
nis intinctionem illius sub fictionem etc.

Quomodo tradidit ihesus corpus discipulis ad manducandum rubrica que ponitur etc.

Accipite et manducate non est intelli-
gendum quod sumptum corpus de ma-
nu domini sibi discipuli ministrarent sed
qui consecrauit idem et ministrauit ac si
diceret · Comedite comedite utramque huius
sacramenti comestionem insinuans ·
dupliciter enim corpus christi comeditur · quia dupliciter
intelligitur · verum quod de uirgine traxit
et in cruce pependit et misticum quod est
ecclesia · christi spiritu uegetata · de vero corpo-
re dominus ait · hoc est corpus meum quod pro no-
bis tradetur · de mistico dicit apostolus unus
panis et unum corpus multi sumus
verum corpus christi sacramentaliter come-
ditur · i · sub specie · misticum autem co-
meditur spiritualiter · i · in fide sub specie pa-
nis in fide cordis · de comestione sacra-
mentali dominus ait · accipite et comedite
hoc est corpus meum quod pro nobis
tradetur hoc facite in meam commemora-
tionem · hoc modo tam boni quam mali cor-
pus christi manducant · sed boni comedunt
ad salutem · mali vero comedunt ad iudi-
cium · nisi enim et mali corpus christi
comederent non dixisset apostolus qui enim man-
ducat indigne iudicium sibi manducat
non diiudicans corpus domini · Nam
et iudas cum aliis eukaristiam traditur
accepisse · de spirituali comestione dominus
ait Nisi manducaueritis carnem filii
hominis et biberitis eius sanguinem non
habebitis vitam in vobis · hoc modo co-
medunt corpus christi soli boni unde qui
manducat carnem meam et bibit me-
um sanguinem in me manet et ego
in eo · Nam qui manet in caritate

in deo manet et deus in eo. Ut quid pa-
ras ventrem et dentem. Crede et man-
ducasti. Qui credit in Christum comedit ipsum
quia incorporatur Christo per fidem, id est membrum
eius efficitur, vel in unitate corporis eius
firmius solidatur. Alibi quod manducat
incorporat, et qui manducat incorporatur,
hic autem qui manducat incorporatur et qui
manducat incorporat. Utrumque modum come-
dendi Christus insinuat ubi dicit: Spiritus est qui
vivificat, caro non prodest quicquam. Sacramentum
carnis Christi nisi spiritualiter comedatur non ad
salutem sed ad iudicium manducatur.

Quid fiat de corpore Cristi postquam acceptum fuerit eius sumpti rubrica.

Mortuis adhuc cogitatio pulsat
animum inquirentes quid sit de corpore
Christi postquam sumitur a fidelibus et come-
stum. Haec sunt cogitationes mortalium
ut vere quiescere nequeant in hiis maxime
quae quaerenda non sunt. Audi consilium sa-
pientis: Altiora te ne quaesieris, et for-
tiora te ne scrutatus fueris, sed quae praecepit deus
illa cogita semper et in pluribus operibus eius ne
fueris curiosus. Si vero praesentia quaeritur cor-
poralis in caelo quaeratur ubi Christus est in dex-
tera dei sedens. Ad tempus tamen praesentiam
exhibuit corporalem ut ad spiritualem praesentiam
invitaret. Cum sacramentum tenetur, comeditur
et gustatur, Christus corporaliter adest in visu
in tactu et in sapore. Quamdiu corpora-
lis sensus afficitur, corporalis praesentia non
aufertur. Postquam vero in percipiendo sensus
deficit corporalis, deinde non est quaeren-
da corporalis praesentia, sed spiritualis est quae-
renda vel retinenda. Dispensatione com-
pleta Christus de ore transit ad cor. Melius
enim est ut procedat in mentem quam descen-
dat in ventrem. Cibus hic non carnis
sed animae venit ut comedatur, sed non
ut consumatur, ut gustetur non ut incor-
poretur. Ore comeditur sed stomacho
non digeritur. Reficit animam sed non effluit
in secessum. Illud ergo sane debet intelligi quod
dominus ait: Omne quod in os intrat in
ventrem vadit et in secessum emittitur.
Cum constet illud dictum fuisse non
de spirituali cibo sed de carnali. Cui si forte
fit secessus aut ex nomine per solam
eukaristie perceptionem evenerit ex acci-
dentibus humoribus generatur, quoniam me-
dium humores alit et auget, ubi materia

vel effluit in secessum vel emittitur
ad vomitum. Cum ergo per dispensa-
tionis officium aliquid communicando
sentit in hoc. Species ad
spectatorem famulatur veritas
similitudinis utrique servit. Nam in quo
similitudo deficeret in eo sacramentum non
esset, sed ubi se proderet, et fidei lo-
cum non conferret neque legem exer-
ceret, sed iudex quod ita fiat non crederetur.
Iterum quod ad nos servat per omnia
corruptibilis cibi similitudinem, sed
quantum ad se non admittit in-
violabilis corporis veritatem. Species
quoque comeditur et maculatur,
sed integritas minime corrumpitur. Aut in-
quiras si corporale quod vides non
tamen est. Sed esto solicitus tibi ne
tu forte laedaris si male credideris.
Si vero quaeritur Christus localiter descen-
dat de caelo et ascendat in caelum ad
exhibere aut subtrahere praesentiam corpora-
lem, an aliter incipiat vel desinat
esse sub specie sacramenti. Respondeo non
oportere nos in talibus nimis curiose
scrutari, ne plus quam possimus per
sensum [illegible]. Salubre consilium de-
dit apostolus: Non plus sapere quam oportet
sapere, sed sapere ad sobrietatem.
Ergo nescio quid Christus accedit ignoro
[illegible]. Novit ipse qui nil ignorat.

De transsubstantiatione corporis Christi.

Hoc est corpus meum. Si ad pro-
lationem istorum verborum hoc
est corpus meum panis mu-
tatur in corpus, et ad prolationem
istorum verborum hic est sanguis
meus vinum mutatur in sanguinem,
cum prius proferantur ista verba quam illa,
prius ergo panis mutatur in corpus
quam vinum in sanguinem, interim ergo
corpus est sine sanguine vel san-
guis est sine corpore. Propterea dicitur a qui-
busdam quod cum totum est dictum
totum est factum, volentes vel
non valentes ipsius conversionis
determinare momentum. Alii dicunt
quod ad prolationem praecedentium panis
materia mutatur in corpus, et ad pro-
lationem sequentium vinum postea

mutet in sanguinem · nunquam tamen corpus est sine sanguine sicut nec tamen est sine anima · Sed sub forma panis sanguis existit cum corpore per concomitantiam panis in corpus ex conversione · Non quod panis in sanguinem vel vinum mutetur in corpus · Sed quod neutrum potest existere sine reliquo Sed quaeritur quid demonstravit Christus cum dixit hoc est corpus meum · vel panem · quod de pane non erat verum quod corpus eius existeret · nec corpus quia nondum verba illa protulerat ad quorum prolationem panem mutaverat in corpus · Simile quod satis obiectio sit alogica cum dicitur hoc vinum est mortuum posito quod in prolatione subiecti sit vinum et prolatione praedicati sit mortuum · Sed quamvis distet origine ab occasu · tamen refert inter miraculum et naturam · Ab hac ergo quaestionis laqueo facile se absolvit qui dicit quod Christus prius confecit quam benedixit · Nam si opponatur de sacerdote qui non consecrat cum illa verba pronuntiat Respondetur quod sacerdos nihil demonstrat cum illis verbis nec utitur enuntiative · sed recitative · quemadmodum et cum ait · Ego sum vitis vera Ego sum lux mundi et huiusmodi aliud · Sed rursus quaeritur quid demonstravit cum dixit manducate ex hoc omnes · licet in nullo quatuor evangelistarum hoc legatur de corpore · sed de sanguine tantum · bibite ex hoc omnes · Cum enim iam panem fregisset · si demonstrasset aliquod fragmentorum illud non debebant omnes comedere cum singula singulis distribueret · Si demonstrabat corpus non poterant ex illo scilicet illud comedere · quod corpus Christi non manducatur per partes sed integrum · Sane secundum regulam Ticonii debet intelligi qua frequenter in sacra scriptura videtur agi de uno · Sed agitur de diversis ut est hic pene dixit fregit et dedit · benedixit panem · fregit formam et dedit corpus · eodem modo cum dixit manducate ex hoc omnes ondit

integrum corpus et ipso minuit formam divisam ut iste sit sensus · comedite corpus integrum sub forma divisa nam sola forma per partes dividitur et totum corpus integrum manducatur · Sane modo potest intelligi quod subiunxit hoc est corpus meum · id est illud quod praebeo in hac forma

Quod verborum forma non augeri debet nec minui nec mutari rubrica sequitur

Quaeritur etiam utrum additio vel subtractio transpositio vel mutatio si forte fiat in illa forma verborum quam Christus expressit · effectum consecrationis impediat · ut si dicatur addendo hoc est corpus meum quod assumpsi de virgine vel subtrahendo hoc est corpus aut transponendo meum corpus hoc est vel interponendo · hoc est utique corpus meum sive mutando hoc est corpus Iesu · Sane fecit deus hominem rectum sed ipse se infinitis immiscuit quaestionibus · Hiis itaque praetermissis quae quadragesima magnum subiecerunt animum quod confitentem id procerto sciatur quod graviter peccat qui quodlibet verborum quodam modo libet attentaverit maxime si formam intendat mutare vel haeresim introducere · quod forma verborum quam Christus expressit per omnia debet illibata servari · Quamvis secundum Priscianum nomina et verba transposita idem significant nec utile praevidet vitiatur

Utrum panis transeat in hominem vel creaturam

Porro cum panis transeat in corpus et potus [illegible] spiritu creatione · Videtur quod si panis transeat in hominem per comestionem transeat in Christum · et ita in creatorem · Sic ergo creatura quotidie fit creator · Quidam volunt astruere quod panis transeat in Christum · Nam sicut Christus dicit manducari · quod corpus eius comeditur ita panis in Christum mutari quod in corpus eius convertitur Ego sum inquit panis vivus qui de caelo descendi et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita · Ecce quod seipsum et carnem suam nomine panis appellat · ut ostendat ex lege quod panis sicut nec mutatur in creaturam [illegible] ita nec mutatur in ipsum · Ego tamen sicut in aliis ita puto et in hiis divina sacramenta magis veneranda quam discutienda profiteor · Scriptum est enim non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua sed assum tantum igni et si secundum vim inspicitur

non sentiunt quod si panis substantiatur in corpus humanum, ideo panis transfertur in hominem, quia non homo sed hominis pars est corpus. Utrum ante consecrationem vel post panis sit corpus Christi rubrica

Queritur autem utrum ante consecrationem sit concedendum: panis est corpus Christi vel non. Vel post consecrationem id quod fuit panis est corpus Christi, sicut in hec quando aliquis sacerdos fit dicitur sacerdos qui sacerdos est factus est sacerdos. Similiter quod corpus fit erit corpus, et quod est corpus factum est corpus. Quis enim dicit quod hoc sit illud, si minus hoc est illud? Tradit etiam Augustinus ante consecrationem esse panem et vinum quod natura formavit, post consecrationem vero carnem et sanguinem quod benedictio consecravit. Et Ambrosius in hec verba: Erat panis ante consecrationem, iam est corpus Christi post consecrationem. Nam et si panis nec est corpus Christi nec aliud, panis utique nihil est, et ita panis adnihilatur. Ergo nec fit corpus Christi nec aliud. Si vero dicatur quod panis est corpus Christi, statim infertur: quod fuit corpus Christi, quod nec fuit natum, nec passum, nec mortuum nec sepultum. Demonstratis ergo diversis panibus quod si illud erunt idem, et non sunt idem, hoc ergo fiet illud. Rursus si hoc est et non est corpus Christi, hoc incipit esse corpus Christi. Sed ergo aliquando erit verum hoc esse corpus Christi, quod est penitus impossibile. Preterea si id quod fuit panis est corpus Christi, profecto corpus Christi est illud quod fuit panis. Ergo corpus Christi id fuit panis id est panis. Diversa et innumera etiam possent inferri que penitus a veritate discordant. Sed hec et alia que circa presentem articulum magis subtiliter quam utiliter possent moveri. Non desinunt qui dicant quod ea ratione dicitur panis mutari vel converti vel transsubstantiari sive transire in corpus Christi, quia corpus Christi sub eisdem accidentibus loco panis incipit esse, sicut dicitur a grammaticis quod a mutatur in e, cum a primo positum ut ago egi, quia loco huius littere a ponitur hec littera e. Quidam autem expresse dicunt quod ipsa panis essentia vere mutatur in corpus Christi. Sicut enim prius nec redigitur panis in nihilum, quia desinit esse quod fuit, sed mutatur in aliud, quando incipit esse quod non fuit. Fit autem ipsa conversio non secundum unionem sed secundum transitionem, quia neutra essentia essentie in augmentum accedit, ut prius quod accedit vel ad quod accedit maius aliquid fiat, sed id quod accedit fit unum cum illo ad quod accedit. Nec corpus incipit esse panis, sed panis incipit esse corporis, quia panis transit in corpus, non corpus in panem. Cum ergo concluditur: quando incipit corpus Christi quod non fuit natum nec passum, si relatio fiat ad predicatum est falsum. Si vero fiat ad subiectum est verum. Si tamen non precedit: ergo corpus Christi non fuit natum nec passum, sic non sequitur. Aliquid est pater quod nec genuit nec spiravit, ergo pater nec genuit nec spiravit. Quod autem infertur: hec et erunt idem et non sunt idem, hoc ergo fiet id, non precedit. Sed ita rectius infertur: hoc ergo fiet aliquid quod erit illud, sicut pater et filius sunt idem, non tamen pater est filius, sed id quod est filius. Licet quantum hoc erit illud, nunquam tamen hoc erit verum hoc est illud, quia hoc desinit esse hoc et incipiet esse illud. Sicut sanum erit egrum, nunquam tamen est verum sanum esse egrum, quia sanum desinet esse sanum et incipiet esse egrum. Concedimus etiam illud quod fuit panis est corpus Christi, non tamen corpus Christi est aliud quod fuit panis, quia id quod fuit panis est aliud omnino quam fuit, sed corpus Christi est idem omnino quod fuit. Sicut inquam quod fuit Saulus est Paulus, non tamen Paulus est inquam quod fuit Saulus. Quod enim secundum naturam contingit in accidentibus, hoc secundum supernaturalem accidit in naturis. Est autem duplex conversio specialis videlicet et formalis. Nam fit aliquando for-

convertitur sub specie. sic in idem specie
convertitur sine forma. non tamen
utraque cum altera. Super posito quoque
convertitur. et id quod non erat fit. ut
virga in colubrum. et tunc forma
consistit cum specie quoque convertitur
in id quod erat et non fit ut panis
in eukaristiam. et tunc species con-
vertitur sub forma. Sed de summa ma-
iestate scrutari scrutinium. quia perscru-
tator maiestatis opprimetur a gloria
nam accedit homo ad cor altum
et exaltabitur deus. sicut enim i-
neffabilis est illa unio qua deus
factus est homo. Sicut enim ine-
ffabilis est illa conversio qua pa-
nis fit caro. Sicut verbum divi-
num incarnatum. quia verbum factum
est caro. nam verbum manens
quod erat factum est caro. quod car-
nem assumpsit. nec desiniit in
carnem. Sed panis desinit esse
quod erat. ita fit caro quod tran-
sit in carnem non assumit car-
nem etc. Incipiunt capitula quinte
particule que sic ponitur in forma

b Utrum sanguis sumatur sub
specie corporis et econverso ¶
Utrum panis sine vino
vel vinum sine pane possit conse-
crari. Et similiter faciendum sit si
post prolationem istorum verborum hoc est
corpus meum et hic est sanguis
meus aliquod impedimentum
accidat sacerdoti quo minus pro-
cedere valeat. ¶ Et quid facien-
dum sit sacerdoti si post consecra-
tionem illud incipiat pretermisso
. Si plures sacerdotes cum summo
pontifice verba pronuncians quis
eorum conficiat ¶ Quare post
cenam christus dedit corpus suum
discipulis ¶ Quod christus uno et eodem
tempore totus est in celo et totus est
in altari ¶ De sacramento san-
guinis christi ¶ Utrum aqua
cum vino convertatur in sanguinem
Ubi agitur utrum christus in resurre-
ctione sanguinem quem effudit
in cruce et an umbilicum et prepu-
cium resumpserit et utrum aqua vera
an flegma de latere christi profluxerit et
quod in calice plus debet poni de vino quam de
aqua et utrum si conficiatur cum nimi-
o vel aceto sit sacramentum ¶ Utrum
si vinum non consecratum ponatur post
consecrationem transeat in sanguinem
Utrum solum vinum convertatur in san-
guinem si aqua non apponatur. Utrum
de pane fermentato possit fieri sacra-
mentum ¶ Quibus causis hic christus
sub alia specie corpus suum sumen-
dum instituit ¶ Quod sacramentum al-
taris et veritas est et figura ¶ De tribus
differentiis que sunt in hoc sacramento in
quibus veritas ecclesiastica consistit. et
qualiter christum semper habemus nobiscum ¶
Utrum species panis sit sacramentum
corporis. et utrum similiter species vini sit
sacramentum sanguinis ¶ Utrum
species panis et veritas corporis sint unum
sacramentum an diversa ¶ De diversitate si-
gnorum et que sunt sacra signa. et
que non. et unde dicitur sacramentum
et in quibus consistat ¶ Pro quibus
sanguis christi effusus est et quot modis
peccatum remittitur ¶ De discretione que
est adhibenda in percipiendo corpus christi
et utrum quotidie sit communicanda
¶ Quare christus hic instituit fieri in
suam commemorationem ¶ Quod cor-
pus christi cibus est animarum. et quare
christus carnem suam dedit in cibum
et si digne eam accipimus remissionem
peccatorum consequimur et corporis sed
divinam tantum tribus modis in rebus
existit ¶ Quod in hoc sacramento debe-
mus esse memores passionis christi re-
surrectionis et ascensionis et de quibusdam
crucibus que in hoc loco fiunt ¶ Qua-
re post consecrationem signa super hostiam
fiant ¶ Quare auctoritas dicit
hostia pura et immaculata ¶ De
figuris novi sacrificii que precesserunt
in veteri testamento. et quibus hoc in
unione tantum confirmatur ¶ De si-
gnis que quinto loco fiunt super obla-
tam. de plasmida quotidiana vocatur

intelligencia ubi agitur qualiter angelus dicatur offerre oraciones nostras deo et quod angeli in sacrificio presentes consistunt et de multiplici altari. Hic agitur memoria defunctorum ubi agitur quod sacerdos debet hic agere de hiis quibus mavult memoriam specialem. De secunda commemoracione sanctorum. Quare in patre dicatur esse auctoritas in filio equalitas in spiritu sancto connexitas. De signis que uno loco fiunt super corpus et sanguinem in latere calicis. De numero signorum que fiunt super oblatam et calicem et quare in hoc sacramento quinque sensus corporis exercentur. De vocis expressione et pectoris tunsione cum dicitur nobis quoque peccatoribus. De oracione dominica. Quot sunt peticiones oracionis dominice. De triplici mendacio benivolencie. De triplici malo a quo petimus liberari et de triplici timore. De hiis rebus tentacionum quibus temptatur homo. De rebus debitis que petimus nobis dimitti. Quot panes nobis sunt necessarii. De duplici voluntate dei. De duplici regno dei. Quot modis dei nomen sanctificatur. Recapitulacio oracionis dominice et quis ad missam decantandam instituit. De silencio post oracionem dominicam.

Incipit quinta particula utrum sanguis sumatur sub specie corporis et econverso

[S]imile primo. Et si sub alterutra specie sumatur utrumque id est corpus et sanguinis, utraque tamen species consecratur et neutra superfluit, ut ondatur quod naturam humanam totam assumpsit ut totam redimeret. Panis enim refertur ad carnem et vinum ad animam, quia per vinum sanguinem operatur, in quo sedes est anime. Unde legitur in levitico anima carnis in sanguine est. Moyses siquidem testatur quod caro pro corpore, sanguis autem offertur pro anima. Quocirca panis et vinum in sacrificium offeruntur, quod valet ad tuicionem carnis et anime. Nec si sub altera tantum specie sumeretur ad alterius tantum putaretur pertinere salutem et propter

sub specie panis sanguis sumatur in corpore et sub specie vini corpus sumatur cum sanguine. Tamen nec sanguis sub specie panis nec corpus sub specie vini bibitur aut comeditur. Quia nec sic sanguis comeditur nec corpus bibitur id est neutrum sub specie panis bibitur aut sub specie vini comeditur. Et si forte possibile videatur quod corpus bibendo et sanguis comedendo sumatur, est tamen modus sumendi carnem et sanguinem quo neutrum comeditur aut bibitur. Utrum panis sine vino vel vinum sine pane possit consecrari

[S]ed queritur utrum panis sine vino vel vinum sine pane non dico debeat sed valeat consecrari. Cum enim ad prolacionem istorum verborum hoc est corpus meum panis mutetur in carnem et ad prolacionem istorum verborum hic est sanguis meus vinum mutetur in sanguinem sed post prolacionem istorum et ante prolacionem illorum impedimentum accidat sacerdoti quo minus procedere valeat. Videtur ergo quod panis sit mutatus in carnem vino in sanguinem non mutato. Cuius ergo iudicabitur in hoc articulo faciendum an alius sacerdos totum repetere a principio et sic super panem iteratur consecracio an ab eo loco tantum incipiet in quo sacerdos ille dimisit et sic dividetur misterium unitatis. Hoc ita statutum legitur in concilio toletano. Censuimus convenire ut cum a sacerdotibus missarum tempore sacra misteria consecrantur, si egritudinis accidit cuiusque eventus quo inceptum nequeat consecracionis explere misterium, sit liberum episcopo vel presbitero alteri consecracionis exequi cepti officii, ut precedentibus liceat alii pro complemento succedat. Porro cum inter theologos de tempore consecracionis sit diversa sentencia quibusdam dicentibus quod cum totum est dictum totum est factum aliis autem dicentibus quod panis enim mutatur

in corpus et postea vinum mutatur in sanguinem. Plerique tutius procedentes affirmant quod alius sacerdos consecrationem repetere debet, atque ipsum quam ut tradit auctoritas non dicitur iteratum, quod nescitur esse factum.

Utrumque ne illa fiat iteratio vel divisio sacramenti hec aliquis scrupulus erroris dubitationis remaneat consultius et tutius iudicatur ut illa rursus oblatio studiosissime recondatur, et super aliam totum officium celebretur. Sed si vinum inveniri non possit vel aliquo casu deficeret quamvis in necessitate cogente vel casu interveniente sola panis materia possit in eucharistiam consecrari sicut sub sola panis specie debet eucharistia reservari. Sunt sane qui dicunt quod verbum et elementum efficiat sacramentum nec forma vel materia quam corpus Christi mutari potest sive dimidiari, quia sicut vinum sine pane sic panis sine vino minime consecratur.

Unde si aqua pro vino mittatur in calicem sive ordeum pro frumento formetur in panem sicut neutrum potest, sic neutrum pro alio transsubstantiatur in carnem vel mutatur in sanguinem. Nam sic panis sine vino vel vinum sine pane mutari posset in carnem aut sanguinem, tamen quia speciei utriusque regionibus in quibus alterutrum inveniri non potest licite possent alterum sine altero consecrare. Nunquam enim ignorancia quam necessitas vel negligencia quam difficultas excusat. Alii vero dicunt quod cum Christus prius panem convertit in carnem et postea mutavit vinum in sanguinem sic evangelice lectionis ordine testatur. Et sine vino panem et sine pane vinum consecrari contingit. Graviter tamen offendit qui negligenter aut ignoranter alterutrum sacramentum pretermittit. Gravius qui scienter aut sponte. Maxime si formam inscienter mutare vel fictam introducere. Caveat ergo faciendum est sacerdoti si post consecrationem panis vinum conspiciat pretermissum. Dicunt aliqui quod vinum debet apponere et super illud solummodo consecrationem repetere. Alii dicunt quod apposito vino panem consecratum sicut in die parasceve de immixtione sic sumere sacrificium. Ego vero semper in dubiis quod tutius est iudico preferendum.

Cum plures sacerdotes cum summo pontifice verba pronunciant quis eorum conficiat

Cum autem cum pontifice missarum multi sacerdotes concelebrant si forte non omnes simul consecratoria verba pronunciant, queritur an ille solus conficiat qui primus pronunciat. Caveat ergo ceteri faciant an iterant sacramentum, potius quam contingere quod ille non conficiat qui celebrat principaliter et ille conficiat qui secundario celebrabit, sic pia celebrantis intentio defraudabitur. Sane dici potest et probabiliter videtur quod sive prius sive posterius proferant sacerdotes, referri debet eorum intentio ad instantis prolationem episcopi vel ad ministrum cum principaliter celebranti concelebrant et sic omnes simul consecrant et conficiunt. Cum nec vero nulli consequatur quod si primus pronunciat ille consecrat, nec aliorum defraudatur intentio quia factum est quod intendit. Consueverunt autem presbiteri cardinales Romanum circumstare pontificem et cum eo pariter celebrare. Cumque consummatum est sacrificium de manu eius communionem accipere significantes apostolos qui cum domino pariter discumbentes sacramentum de manu eius eucharistiam acceperunt et in eo quod ipsi concelebrant, ostendit quod apostoli a domino ritum huius sacrificii didicisse etc.

Quare post cenam Christus dedit corpus suum discipulis rubrica

Postquam cenatum est quartadecima luna primi mensis ad vesperam secundum legem, typicum pascha cum apostolis celebravit. De quo ait desiderio

desiderio desideravi hoc pascha manducare
vobiscum antequam patiar. cum hoc dixisset
statim ondit ut scilicet veteri pasche finem
imponens novum pasche substitue-
ret sacramentum. accipiens enim panem
benedixit ac fregit dedit que discipulis suis
dicens. accipite et comedite hoc est corpus
meum quod pro vobis traditur. Similiter
et calicem postquam cenavit dicens bibite
ex hoc omnes. hic est sanguis meus novi
testamenti qui pro vobis et pro multis
effundetur in remissionem peccatorum hoc
facite in meam commemoracionem. hac
igitur institucione formam celebrandi in-
giter per ministerium quod semel offerebat
in precium tam ubi veritas venit figura
cessavit. et signum est sublatum de me-
dio. cum iam non essent res aliqua que
futura significaretur. sed que presens perspice-
retur. mansit tamen figura donec fuit veritate
completum quod in similitudinem panis
est exhibitum. Ob id ergo Christus corpus et
sanguinem suum post cenam dedit.
ut sit sacramentum velud ultimum testato-
ris mandatum artius memorie commen-
darent. Unde novissimo condens here-
dibus ~~sacramentum~~ testamentum. vos
inquit estis qui permansistis mecum in tem-
tacionibus meis et ego dispono vobis
regnum sicut disposuit mihi pater meus
ut edatis et bibatis super mensam meam
in regno meo. Patet ergo aliud primum accepisse
apostolos eukaristiam non eos accepisse ie-
iunos. non ideo tamen est calumpniandi ecclesie
quod a ieiunis semper accipitur. placuit enim
spiritui sancto ut in honorem tanti sacramenti
prius in os christianum dominicum corpus in-
traret. Sicut ubique mos iste servatur.
Non enim quia post cibos dominus dedit iam pransi
vel cenati debent illud accipere quemadmodum
illi faciebant quos arguit apostolus dicens
Convenientibus vobis in unum iam non
est dominicam cenam manducare. unusquisque
enim cenam suam presumit ad manducandum
et alius quidem esurit. alius quidem ebrius est.
Salvator ergo perceptis ex causis post cenam
tradidit eukaristiam. Quo autem ordine
deinceps sumeretur disponendum apostolis reservabat

[C]hristus pro eodem tempore totus
est in celo et totus est in altari

capiens et hunc preciosum ca-
licem. Continens methono-
mice ponitur pro contento. nam
unus et idem et hic et nunc et hinc et
alibi sacrificatur ab omnibus. totus est
in celo totus est in altari. sedet et se-
det ad dexteram dei patris et manet
sub specie sacramenti. miraris quod ver-
bum dei iuxta sacramenti perveniat
totum sed in diversis locis existit et
non miraris quod verbum hominis unum
vocis itaque totum sed est in auribus
diversorum. Quid queris quomodo integre
corpus. cum prior natum sit ipse na-
tus de virgine. Sic ergo Christus in di-
versis locis est unus sicut in si-
gulis partibus totus. quod autem vi-
num in calice consecravit. patet
ex eo quod ipse subiunxit dicens. Non
bibam a modo ex hoc genimine vitis

De sacramento sanguinis Christi
hec ponitur rubrica ut sic

[H]ic est sanguis novi testamenti
et eterni. Vetus testamentum
quod hircorum et vitulorum
sanguine fuit dedicatum. promitte-
bat bona temporalia. Novum autem quod
Christi sanguine fuit confirmatum pro-
mittit eterna. et ideo testamentum
illud fuit vetus et transitorium
. hoc autem novum est et eternum
vel inde probatur eternum id est perpetuum
Unde novum asseritur id est ultimum
Novissimum hominis testamentum im-
mortale perseverat. et testatoris
morte firmatur. iuxta quod docet
apostolus. testamentum inquit in
mortuis confirmatum est. alioquin
nondum valet dum vivit qui
testatus est. porro testamentum
non solum dicitur scriptura. sed et pro-
missio. iuxta quemadmodum dicit
apostolus. ideo novi testamenti me-
diator est. ut promissionem accipi-
ant qui vocati sunt eterne hereditatis
tis. et secundum hunc modum dicit.
hic est sanguis novi testamenti

et eterni, i. confirmator nove et
eterne promissionis; sic dicit ipse
promittit: Qui manducat carnem
meam et bibit sanguinem meum
h. v. e. Ipm non primum testamen-
tum ut inquit apostolus sine sanguine de-
dicatum est. Lecto enim omni legis
mandato, Moyses accipiens sanguinem
hircorum et vitulorum, ipsum quoque
librum librum et omnem populum aspersit
dicens: Hic est sanguis testamenti
quem mandavit ad vos deus. Et ecce
quod ipse Moyses verba protulit quibus usus
est Christus in cena. Utrum aqua cum
vino convertatur in sanguinem

S[ed] queritur utrum aqua cum vino
convertatur in sanguinem. Si con-
vertitur ergo sacramentum est sanguinis
sed non est sacramentum sanguinis sed
populi. Nam aque multe sunt populi multe
multi, et ob hoc aqua vino miscetur
ut Christus populo adunetur significetur.
Nam et de latere Christi exivit sanguis
et aqua. Si non convertitur ubi per conse-
crationem existit, et quo separatur a
vino cum fiat in vinum commixta?
Preterea non solum sanguinem bibet
sacerdos in hoc sacramento si per con-
secrationem aqua pura permanserit.
Post unam ergo sumptionem iterum eodem
die communicasse non dicitur ac si prius
aquam bibisset. Nam ideo sacerdos
postquam perfundit eodem die iterum
non sacrificat quia vinum purum
assumit an forte; sicut vinum mutatur
in sacramentum redemptionis sic et aqua transit
in sacramentum ablutionis qui de latere Christi
pariter effluxerunt quis audeat diffinire.
Nam et illud queritur utrum Christus resur-
gens ex mortuis sanguinem illum resum-
pserit quem effudit in cruce. Si enim
capillus de capite non non periit, quanto
magis sanguis ille non periit qui fuit
de veritate nature. Quid ergo de circum-
cisione preputii vel umbilici precisione
dicetur; an in resurrectione Christi similiter
redierint ad veritatem humane substantie. Cre-
ditur tamen in lateranensi basilica conser-
vari. Licet a quibusdam dicatur quod prepu-
tium Christi in Ierusalem delatum sit ab angelo

Karolo magno qui transtulit illud et posuit
Aquisgrani. Sed post a Karolo calvo positum
est in ecclesia salvatoris apud Karosium. Melius
est tamen totum deo committere quam aliquid temere diffinire.
Illud autem omnino nephas est opinari, quod quidam
dicere presumpserunt, videlicet aquam in flegma
converti. Nam de latere Christi duo precipua ecclesie
sacramenta fluxerunt videlicet sacramentum redemptio-
nis in sanguine et sacramentum regenerationis in
aqua. Non enim baptizat in flegmate sed
in aqua, iuxta formam evangelii: Nisi
quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non
intrabit regnum dei. Quibusdam vero non
absurde videtur quod aqua cum vino tran-
sit in sanguinem, ea videlicet ratione qua aqua
per admixtionem transit in vinum et vinum per
consecrationem transit in sanguinem. Quis
enim ambigat aquam in vinum transire cum
multo vino modicum infunditur aque,
alioquin tota virtus sensibus guttam aque
mutaret in vinum vel quoddam ex illis fiat
confusum quod nec sit aqua nec vinum. Sic
ergo tota fontis vel fluminis aqua si vel mo-
dicum vini stillam in confusionem speciem
mutaretur, nec panis ille posset in eucha-
ristiam consecrari qui factus est de fermen-
to cui sor comixta fuit ~~vinum~~ primo
granum ordei vel avene. Quod autem si plus
apponatur aque quam vini est irritum sacramentum
oportet ergo ut tantum vini ponatur quod aque
commixtum saporem vini retineat. Licet
autem diligenti studio vinum optimum sit queren-
dum ut in sacrificium offeratur, vidimus
tamen vinum non maculosum indicitur sic
inventum; quo facta sine vino sed solum
quod dicitur mustum inficitur sive vinum
acidum quod appellatur acetum nec sa-
crificium offertur sacramentum conficitur
et dividitur consecratum. Utrum si vinum
non consecratum ponatur post consecrationem
transeat in sanguinem

S[ed] non post calicis consecrationem aliud
vinum mutatur in sanguinem, illud
quod nec transit in sanguinem nec
sanguini commiscetur sed accidentibus prio-
ris vini commixtum corpori quod sub eis la-
tet undique circumfunditur, non madidat
circumfusum. Quod tamen accidentia vinum
appositum videatur afficere. Quia in contingit
quod si aqua pura fuerit apposita vini saporem
assumit. Contingit igitur accidentia permutare sub-
iectum sicut et subiectum contingit acci-
dentia permutare. Cedit quippe ita madido

et utriusque suam consuetudinem exprimit. Quidam autem voluerunt asserere quod sicut aqua pura per aquae benedictae contactum efficitur benedicta, sic vinum per sacrati contactum efficitur consecratum et transit in sanguinem. Quorum assertionem nulla ratio suffragatur.

Utrum solum vinum convertatur in sanguinem rubrica

Quaeritur autem an nihil sit quod geritur si forte praetermittitur aqua. Traditum est enim in canone quod non potest esse calix domini aqua sola neque vinum solum nisi utrumque commisceatur. Et Cyprianus: Calix domini non est aqua sola vel vinum solum, sicut nec corpus domini potest esse farina sola, nisi utrumque fuerit adunatum et panis unius compage solidatum. Hoc quidam constanter affirmant dicentes quod sicut aqua sine vino consecrari non potest, sic vinum sine aqua consecrari non potest, quia de latere Christi simul utrumque manavit. Alii vero concedunt quod si quis sive non intendens haeresim introducere oblivione vel ignorantia praetermisit aquam, ille quidem vehementer est corripiendus et graviter [puniendus], non tamen sit irritum sacramentum. Quod autem praedictum est vinum solum offerri non posse determinari, debet quod recipit exceptionem, hoc modo nisi fiat simpliciter vel ignoranter; vel non potest, id est non debet, quia non dicitur posse fieri quod de iure non fit. Unde et Graecorum ecclesia dicitur aquam non apponere sacrato. Ait enim Cyprianus: Si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non servaverit quod nos dominus exemplo et magisterio docuit, potest simplicitati eius de indulgentia domini venia concedi. Nobis vero non potest ignosci, instructi sumus ut calicem domini cum vino mixtum secundum quod dominus obtulit offeramus. Hic ergo colligitur quod vinum aqua mixtum Christus in cena discipulis tradidit.

Utrum de pane fermentato possit fieri sacramentum rubrica [?] capitulum

Quaeritur autem utrum qui fermentatum sacrificat conficiat sacramentum, praesertim si negligenter vel ignoranter hoc faciat. Superius enim sufficienter ostensum est quod Christus azymum consecravit cum sacramentum instituit. Sed adhuc ista de fermentato satisfaciat [?] quae Graeci [?] catholicis ecclesia romana [?]. Verum hoc quia melius solvenda differtur, ut alias competentius absolvatur.

Quibus causis instituit Christus sub alia specie corporis sui sumendum

Tribus autem ex causis sacramentum corporis et sanguinis sui Christus sub alia specie sumendum instituit: ad augendum meritum, ad fovendum [sensum] et ad vitandum ridiculum. Ad augendum meritum, quia aliud ibi cernitur et aliud ibi creditur, ut fides habeat meritum, cui humana ratio non praebet experimentum. Ad fovendum sensum, ne abhorreret animus quod cerneret oculus, quia non consuevimus carnem crudam comedere vel sanguinem humanum potare. Ad vitandum ridiculum, ne insultaret paganus si id ageret christianus, ut ita veritas adsit et ridiculum desit. Ad hoc ergo sub specie principalis edulii sumendam proposuit eucharistiam, ut sensus foveretur in uno et fides aedificaretur in alio. Fovetur enim sensus in proprio dum solita percipit; aedificatur autem fides in altero dum in eo quod videt quale sit illud quod non videt agnoscit. Proponuntur autem species panis et vini, quoniam in sumptione corporis et sanguinis Christi docetur esse perfecta refectio. Plena quippe refectio cibus et potus est; cibi autem et potus panis et vini principalis est substantia.

Cum sacramentum altaris veritas est et figura

Mysterium fidei. Ex his aliisque scripturae verbis quidam momentaneo [?] errore ducti putaverunt, dicentes in sacramento altaris veritatem corporis et sanguinis Christi non esse, sed imaginem tantum et speciem et figuram, pro eo quod scriptura meminerit aliquando id quod in altari suscipitur esse sacramentum et mysterium et exemplum. Cum profecto laqueum erroris incurrunt, quia nec sacramenta dei reverenter suscipiunt nec auctores scripturae convenienter intelligunt, nescientes scripturas

necat virtutem dei. Cum enim inquit
ideo sacramentum altaris veritas non
est quia figura est, ergo nec mors Christi veri-
tas est quia figura est. Nam et mor-
tem et resurrectionem Christi signum et
imaginem et similitudinem manife-
ste declarat apostolus dicens: Christus mor-
tuus est pro delictis nostris et surre-
xit propter iustificationem nostram. Et
Petrus apostolus: Christus passus est pro
nobis, vobis relinquens exemplum
ut sequamini vestigia eius. Ergo mors
Christi exemplum fuit ut iuste vivamus.
Numquid ideo veritas non fuit. Ergo Chri-
stus mortuus est et ideo non resurrexit.
Si mors eius vel resurrectio vera non
fuit. Absit. Nam Ysaias de ipso predixit:
Vere languores nostros ipse tulit et dolores
nostros ipse portavit. Altaris igitur sacra-
mentum est et veritas et figura rei.

De tribus discretis rubrica dic po

Tria quippe sunt in hoc sacramen-
to discreta, videlicet forma visi-
bilis, veritas corporis, et virtus spiritua-
lis. Forma panis et vini, veritas car-
nis et sanguinis, virtus unitatis et
caritatis. Primum oculo cernitur,
secundum animo creditur, tertium corde
percipitur. Primum est sacramentum
et non res. Secundum est sacramentum
et res. Tertium vero res et non sacra-
mentum. Sed primum est sacramentum
gemine rei, tertium vero gemini sacra-
menti. Secundum autem sacramentum
unius et res alterius. Nam forma
panis veramque Christi carnem significat,
scilicet veram et misticam. Sed veram car-
nem et continet et significat, misti-
cam vero significat sed non continet.
Sicut enim unus panis ex multis gra-
nis conficitur, et unum vinum ex di-
versis acinis confluit, sic corpus
Christi ex multis membris componitur et
unitas ecclesiastica ex diversis personis
consistit, quas predestinatas vocatas iusti-
ficatas et glorificatas. Nam quos pre-
destinavit hos et vocavit et quos
vocavit hos et iustificavit etc.

propter quod dicit apostolus: Unus panis et unum cor-
pus sumus multi sumus. Quia cuius rei ty-
po facta est archa domini de lignis sethim
que sunt imputribilia et albe spine similia.
Vinum autem inspiratum rubet aut liquet
similitudinem sanguinis reputat congrua
hinc calet aut redolet spiritualem caritatem
ostendit. Nam vinum et sanguinem operat
et excitat caritatem quia cor hominis ex-
hilarat et dilatat. Propter quod species corporis
et sanguinis Christi est sacramentum et
res. Sed alterius sacramenti res et alterius
rei sacramentum est. Est enim res primi
quia significatur et continetur a primo, vi-
delicet a forma visibili, et est sacrame-
ntum tertii quia significat et efficit tertium
scilicet unitatem ecclesiasticam. Illud ergo sane
debet intelligi quod dicit: Pauperes semper
habetis vobiscum, me autem non semper habebitis,
ne videatur esse contrarium illi qui ait:
dit: Ecce ego vobiscum sum usque ad
consummationem seculi. Christum autem et semper vo-
biscum habemus sub divisi specie sacramenti
et non semper habemus nobiscum in ipsa for-
ma persone. Dicitur ergo misterium fidei, quoniam
ibi aliud cernitur et aliud creditur. Cer-
nitur ibi species panis et vini et cre-
ditur veritas carnis et sanguinis. Cu-
ius autem hic dicitur misterium fidei, alibi
dicitur spiritus et vita. Spiritus est miste-
rium secundum illud: Littera occidit, spiritus vi-
vificat. Fides est vita secundum illud: Iusti-
tia ex fide vivit. Hinc ergo dominus ait:
Verba que locutus sum vobis spiritus
et vita sunt.

Utrum species panis sit sacramentum corporis

Cum consecratio perficiat sacramen-
tum, et post consecrationem non
sit in altari panis, aut quis pa-
nis est corporis aut quod vinum est san-
guinis sacramentum. Quod si dica-
tur quod panis qui fuit vel vinum quod
extitit, profecto nec ille corporis nec istud
est sanguinis sacramentum quia panis
transiit in corpus et vinum in sangui-
nem. Si vero dicatur quod species que rema-
sit [illegible] nec consistit ex hiis nec
consistit, quia ex hiis non provenit
accidens sed substantia. Cum ergo

similitudinem assignabimus inter sacramentum et rem sacramenti. Nam si sacramenta non haberent similitudinem rerum quarum sunt sacramenta, proprie sacramenta non dicerentur. Sicut sacramentum baptismi quod est exterior corporis ablutio similitudinem habet significati, quod est ablutio mentis interior. Sane sacramentum in eo gerit similitudinem corporis in quo panis similitudinem repraesentat. Species ergo panis sacramentum est corporis, non solum ratione rei significate verum eciam racione contente.

Utrum species panis et veritas corporis sit unum sacramentum an diversa

Quod queritur utrum species panis et veritas corporis unum sint sacramentum aut diversa. Scriptum est enim: Perficiant in nobis domine sacramenta que continent. Sed alibi legitur: presta ut tui corporis sacramentum non sit nobis reatus ad penam. Preterea cum eandem rem sacramenti significent, videtur quod idem sit sacramentum; sed cum diversa sint signa, videtur quod diversa sint sacramenta. Sunt sane qui dicunt quod diversa forma panis et forma vini sit unum sacramentum, non quia unum continetur sed quia unum significatur. Hii debent concedere quod sic diverse res quarum idem significatum idem sint sacramentum, sic eadem res quarum diversa significata diversa sunt sacramenta. Quibus obicitur: si species panis et veritas corporis idem sit sacramentum, cum species panis sacramentum sit corporis, ergo veritas corporis idem est sacramentum et ita est sacramentum sui ipsius, quod non convenit. Est species panis et est quoddam sacramentum quod est veritas corporis, et est quoddam quod non est illa; ergo sunt duo diversa sacramenta. Alii vero dicunt quod sive diversa sint significata sive diversa significancia sint, sunt diversa sacramenta. Et ergo oportet concedere quod in altari adminus sint quatuor sacramenta, videlicet species panis et species vini, veritas corporis et veritas sanguinis. Preterea cum panis et vini diversa sint accidencia, ut sapor, odor, pondus et color, quantitas et figura, videtur quod singula per se sint varia sacramenta. Ita quod racione

potius unum est aliquod dicendum est sacramentum. Sed cum unius rei sacramentum est odor aut sapor, per se non inconveniens videtur quod omnia simul accepta sint eucharistie sacramentum, eo quod illorum per se solum significet. Sed omnia simul panis speciem representant, que corpus Christi continet et significant. **De diversitate signorum etc.**

Signorum autem alia sunt naturalia et alia positiva. Naturalia sunt que secundum naturam significant. Et illorum quedam sunt per antecedens significancia consequens, ut rubore vespertino significatur serenitas matutina. Alia sunt que per consequens significant antecedens, ut fumus vel cinis significat ignem. Positiva sunt illa que secundum impositionem significant. Quorum alia sunt signa rei sacre, ut serpens eneus erectus in heremo. Alia sunt signa rei non sacre ut arcus triumphalis erectus in bivio signorum rei sacre. Alia sacra, ut baptismus. Alia non sacra ut agnus paschalis. Sacra sunt signa novi testamenti, non sacra veteris. Quamvis enim utraque sint signa rei sacre, id est rem sacram significancia, non tamen utraque signa sacra, id est iustificancia, licet nonnulli dicerent sacramenta legalia iustificasse. Hec enim est differentia inter legalia et evangelica sacramenta, quod legalia significabant tantum et non iustificabant, evangelica vero significant et iustificant. Verumtamen quandoque large, quandoque stricte sacramentum accipitur. Large sumitur quod omne signum rei sacre sive sit sacrum sive non sacrum dicitur sacramentum. Unde signa legalia sacramenta dicuntur. Stricte secundum quod sacrum solummodo signum dicitur sacramentum. Sacramentum autem et active dicitur et passive, id est sacrum signans vel sacrum signatum. Nam nomine sacramenti quandoque signum rei, quandoque res signi varie nuncupatur. Secundum quod sacramentum accipitur pro signo rei, sacramentum dicitur a sacro

et secreto quasi sacrum secretum
Species ergo panis dicitur sacramentum
active i. signans sacrum. Veritas
autem active dicitur sacramentum passive
i. sacrum signatum. corpus vero Christi
inter utrumque medium dicitur sacramentum
active et signans et sacramentum
signatum. Sacramentum vero consi-
stit in tribus, in rebus factis et
verbis secundum proprietatem similitudinem
interpretationem. Leo namque secundum
proprietatem designat dyabolum. Unde
adversarius vester dyabolus tanquam
leo rugiens querens quem devoret
. Seminare secundum similitudinem signifi-
cat predicare. Unde exiit qui seminat se-
minare semen suum. et
aliud cecidit in terram bonam et
aliud cecidit super petram et aliud
inter spinas. Emanuel secundum inter-
pretationem significat Christum. Unde
et vocabit nomen eius Emanuel
quod est interpretatum nobiscum deus
Res ut ad baptismum fons, ut sig-
illum crucis. verbum ut incarna-
cio trinitatis. Singula reperiuntur
in hoc excellentissimo sacramento
res i. corpus et sanguis Christi factum
i. cibus et potus. verbum hoc est corpus
meum hic est sanguis meus

Pro quibus sanguis Christi effusus est

Qui pro multis effundetur in re-
missionem peccatorum. Pro so-
lis predestinatis effusus est qua-
ntum ad efficaciam sed pro cunctis
hominibus effusus quantum ad suffi-
cientiam. effusio quippe sanguinis
iusti pro iniustis tam fuit ad precium
ut si universitas crederet redemptorem
nullum omnino dyaboli vincula retine-
rent. Peccatum autem duobus modis remi-
titur. quo ad meritum culpe et quo
ad debitum pene. meritum culpe
remittitur per sanguinem fidem qua
iustificamur a culpa. debitum pene
remittitur per sanguinem precium
quo redempti sumus a pena. Omnes
enim qui erravimus unusquisque in viam
suam declinavit et deus posuit in eo iniquitates
omnium nostrum. Vulneratus est propter iniquitates
nostras. attritus est propter scelera nostra di-
sciplina pacis nostre super eum et livore eius
sanati sumus. Vere languores nostros
ipse tulit et dolores nostros ipse portavit. Cum
ergo iniuste iustus punitus est iniuste
iusti sunt liberati. assumpsit enim penam
in se pro omnibus ut daret pro se gloriam
omnium

De discretione que est adhibenda in perceptione corporis Christi

Et quotienscumque feceritis. In perceptione
corporis et sanguinis Christi magna
nobis adhibenda est discretio. Caven-
dum est ne si nimium differatur mor-
tis periculum incurratur apostolo teste
Nisi manducaveritis carnem filii hominis
et biberitis eius sanguinem non habebitis
vitam in vobis. Si vero quis indigne
susceperit iudicium dampnacionis incur-
rit apostolo testante Qui manducat carnem
meam et bibit meum sanguinem re-
[illegible] ideo ergo [illegible] probet seipsum
homo et sic de pane illo edat et de
calice bibat. Utraque itaque nobis in
pene [illegible] ne corpus
domini vel indigne sumendo sumamus
iudicium. vel sumere cessando [illegible]
[illegible] periculum. [illegible]
quippe sumendus est agnus ut a va-
stante angelo protegamur. nec prius
possumus de egypto [illegible] celebrando pa-
sche paschalem agnum edamus.
Dicit enim Augustinus communicandum esse
quotidie [illegible] alius communicandum
quotidie non esse. faciat unusquisque
quod pie crediderit faciendum. Nec enim liti-
gaverunt ad invicem nec alter alteri
se preposuit. Zacheus ille centurio. cum
alter illorum gaudens in domo sua
Christum suscepit. et alter dixit Domine
non sum dignus ut intres sub tecto
meo. [illegible] quid super hoc sentiat [illegible]
quotidie [illegible] alte-
re, nec laudo nec vitupero. omnibus
tamen diebus dominicis hortor. Si tamen mens

in affectu peccati est. Grauat magis dico eukaristie perceptione quam prosit. Et licet quis peccato mortali si tamen peccati de cetero non habet voluntatem et satisfaciat lacrimis et orationibus securus accedat. Sed hic de illo loquitur quem mortalia peccata non grauant. Statutum est autem in canone quod si non frequencius saltem ter in anno omnes communicent qui volunt catholici censeri laicis hominibus in pascha penthecostes et natalis domini etc.

Quare christus hoc instituit fieri in suam commemorationem rubrica

In mei memoriam facietis. In hoc sacramento nobis quotidie mortis christi memoria renouatur. Sic apostolus determinat dicens Quocienscumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat. Id quod ipse dicebat apostolis: hoc facite in meam commemorationem. Hanc ultimam sui memoriam nobis dominus reliquit. Quemadmodum si quis peregre proficiscens aliquod pignus ei quem diligit relinquat ut si illud aspiciat ut illius debeat amicitias memorari. Quod si forte dilexerit absque magno fletu et desiderio illud aspicere Ideo quod saluator hic instituit sacramentum ut quod veneraret hora eius qua de mundo transiret ad patrem quod nequaquam erat quod dicebat apostolis quo ego vado vos non potestis venire. Nam et petro dicenti Domine quo vadis respondit. Quo ego vado modo sequi non potes. Competenter illis hereditatem conscribens invisibile sui commendat memoriam. Hoc inquit facite in meam commemorationem. Non enim solam scripturarum commemorationem ad hoc sufficere indicabat. Ille sed letargicum venerat egrotum quod sanguis. Nouit namque pes mei caput illud quod in vivano tam optimis unguentis fragrat antidotum. Verbum quod erat in principio apud deum per quem omnia

facta sunt quod caro factum est et habitauit in nobis. Nam illud quod saluatoris medela saluberrima est super mel et fauum dulcis fructibusque diligentis. Sed tantus cibus valde preciosum est et solus mentis est pabulum quo tota anima plenissime satiabitur cum verbum ipsum in eterna felicitate gustabit. At ille qui corpus assumpsit et animam ut animam sanaret et corpus pigmenta sua prouida caritatis arte composuit quibus letargicam mentem egroti renouata quotidie sue salutis commemoratione et expelleret et edentulam preberet quod verbum antiquum et eternum principium. Hic solidum cibum ruminare non poterat. Hic dulcissimo affectu lingere in panis ac vini sacramento consuefaceret sorbillare.

Quod corpus christi cibus est animarum

Sapiencia dei que se per visibilia manifestat volens euidenter ostendere quod ipsa cibus est animarum. Carnem assumptam proposuit in edulium ut pabulum humanitatis inuitaret ad gustum diuinitatis De quo dicit psalmista Gustate et videte quoniam suauis est dominus. Totus ergo christus se exhibet nobis in cibum ut sicut diuinitate nos reficiat quod spiritualiter corde gustamus. Ita nos humanitate reficiat quod corporaliter ore comedimus ut ita de visibilibus ad inuisibilia de temporalibus ad eterna de terrenis ad celestia de humanis ad diuina nos transferat. Ego sum inquit panis viuus qui de celo descendi. Ecce cibus deitatis. Et panis quem ego dabo pro mundi vita caro mea est. Ecce cibus humanitatis. Panis ergo angelorum factus est cibus hominum. Secundum illud prophetie Panem angelorum manducauit homo etc. Hominis sed secundum animam cibum deitatis accipiamus. Cum sicut anima rationalis et caro vnus est homo ita deus et homo vnus est christus

et quia per gustum homo mortem
meruit, per gustum cibum vitam recupe-
ravit. Quatinus unde mors oriebatur
inde vita resurgeret. Dictum enim
quippe de illo quacumque die come-
deris morte morieris. Christus autem
ait de isto: Si quis manducave-
rit ex hoc pane vivet in eternum.
Cibus ille mortalis pependit
in ligno ~~vite quod est in medio pa-~~
~~radisi~~ scientie boni et mali. Cibus
iste vitalis pependit in ligno vite
quod est in medio paradisi. Illud fuit
lignum inobedientie ad quod homo
manus extendit ut fieret sicut
deus, iuxta quod ille serpens pro-
miserat: Eritis sicut dii scientes
bonum et malum. Istud autem li-
gnum obedientie in quo deus
manus extendit et factus est homo
iuxta quod dicit apostolus: Exinanivit se
servi formam accipiens in similitu-
dinem hominum factus et habitu inven-
tus est ut homo. Factus obediens
usque ad mortem, mortem autem crucis.
Ut ergo suam erga nos ostenderet caritatem
et nostram erga se caritatem accenderet
qui se dedit pro nobis in precium
ipse tribuit se nobis in cibum ut
per precium redimeret nos a morte
per cibum alliceret nos ad vitam.
Unde qui manducat me vivet
propter me. Quid amplius nunc
potuit pro nobis efficere. Precium
se dedit pro nobis in mortem
et cibum se tribuit nobis ad vi-
tam, ut mortem nostram sua morte
morte redimeret, et vitam nostram
sua vite nutriret. Panis iste
si digne comedatur impinguat
et calix iste si digne bibatur
inebriat. Unde poculum tuum
inebrians quam preclarum est. Per
huius sacramenti virtutem universe virtu-
tes augentur, et omnem gratiam

sanctus exhibebit. Quoniam enim in hoc sacramento
sumitur totus et integer qui fons et
origo totius virtutis et gratie per crucis
misterium eripuit nos a potestate peccati per
eucharistie sacramentum liberat nos a
voluntate peccandi. Nam eucharistia si
digne sumatur a malo liberat et in bono
confirmat. Venialia delet et cavet
mortalia. Unde cum premittimus in
oratione dominica: Panem epiusion
id est supersubstantialem da nobis hodie, statim
adiungimus: Et dimitte nobis debita
nostra sicut et nos dimittimus de-
bitoribus nostris. Et ne nos inducas
in temptationem sed libera nos a ma-
lo amen. Quia per panem istum celestem
liberamur a malis preteritis presentibus
et futuris. Dedit ergo nobis hoc sacramentum
salutis ut quia nos quotidie peccamus
et ipse iam mori non potest, per hoc sacra-
mentum quod in memoriam mor-
tis eius accipimus remissionem
peccatorum consequimur. Non solum
enim lavit nos a peccatis in sanguine
suo cum sanguinem suum fudit pro
nobis in crucis patibulo verum
et quotidie lavat nos a peccatis nostris
in sanguine suo cum nos sanguinem
eius accipimus in salutis poculo.
Ascensurus ergo Christus ad patrem
quod promisit eius apostolis et sequa-
cibus: Vobiscum ero cunctis diebus
usque ad consummationem seculi, no-
luit remanere cum ipsis non solum
per inhabitantem gratiam, non tamen per divinam
essentiam verum etiam per corporalem
presentiam. Et ideo sacramentum istud con-
stituit in quo presens est ipse nobiscum
sub alia quidem forma sed in propria vere substantia.
Congruum enim erat ut deus qui ho-
minem quem plasmavit et fecit ad
imaginem et similitudinem, in hominem
quem assumpsit, imaginem et simi-
litudinem suam expressius insigniret.
Disposuit itaque celestis altitudo con-
silii ut sicut sunt tres persone in unitate

sibi divinitati corpus et anima. Cum ergo Christus per naturam divinam tribus modis in rebus existat: in omnibus per essentiam, in solis iustis per gratiam, in homine assumpto per unionem, voluit ut idem ipse secundum humanam naturam tribus modis in rebus existeret: localiter in loco, personaliter in verbo, sacramentaliter in altari. Sicut enim secundum divinitatem totus est essentialiter in rebus omnibus, ita secundum humanitatem totus est sacramentaliter in pluribus locis huius sacramenti. Et huic possibile fit ut qui de terra sunt in celum ascendant. Ait enim salvator: Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Unus est idem filius dei qui de celo descendit et filius hominis qui ascendit in celum Christus unus, qui tamquam suo capiti cuncta membra corporis adnectit, omnesque qui per fidem huius sacramenti servant unitatem spiritus in vinculo pacis. Et sic unum corpus una persona. Unus Christus caput cum suis membris in celum ascendit. Dicit ergo gratulabundus gloriosam ecclesiam recuperans: hec nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. Et ostendens se cum illa in unam convenisse personam: Erunt inquit duo in carne una. Hoc autem inquit apostolus magnum sacramentum est in Christo et ecclesia. Quod eucharistia simul efficit et signat secundum quod dominus ait: Qui manducat carnem meam et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo. Quod ergo ipse suscepit de nostro et accepimus de suo ipsi et tam insolubili nexu coniungimur, ut quod est unum cum patre per ineffabilem unitatem, fiat unum nobiscum per admirabilem unionem

ut per hoc ipso mediante cum patre unum efficiamur. Pater inquit sancte serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos. Non pro eis autem rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut et ipsi in nobis unum sint et nos unum sumus, ut mundus credat quia tu me misisti. Rogat unitatem pro unione: unum cum patre unum est in natura, hoc cum verbo unum est in persona, membra sunt unum cum capite, unum in iustitia, postmodum autem in gloria. Quoniam qui adheret deo unus spiritus est cum eo. Ut enim hic in iustitia unum sint cognoscat mundus quia tu me misisti. Ut autem in gloria unum sint: volo ut ubi ego sum et illi sint mecum ut videant claritatem tuam quam dedisti quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

Quod in hoc sacramento debemus esse memores passionis Christi

Unde memores, quia dominus ipse precepit ut hoc in sui memoriam faceremus. Ideo sibi tria commemoranda proponit ecclesia, scilicet beatam passionem, necnon et ab inferis resurrectionem, sed et in celos gloriosam ascensionem. Quorum primum scilicet passio generat caritatem. Secundum scilicet resurrectio corroborat fidem. Tertium scilicet ascensio letificat spem. Quid enim in nobis magis caritatem accendit quam quod proprio filio suo non pepercit deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Christus enim factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quid ergo magis in nobis fidem confirmat quam quod Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium, resurrectio mortuorum sicut in Adam

omnes moriuntur ita et in Christo
omnes vivificabuntur. Quid ma-
gis in nobis amplificat fidem
quam quod Christus ascendens in altum
captivam duxit captivitatem, d.
d. h. i. ho. ut ubi est ipse et illic
sit minister ipsius. Quia vero
dixit Unde et memores sic dominice
passionis statum acerbiorem ipsius
passionis commemorat recolens
in tribus per plagas. De-
inde per partes ordinem dominice
passionis prosequitur, sicut subse-
quens capitulum declarabit. Absumpto
quo corporale desuper calice
removetur, Domini passio memo-
ratur. Nam ubi dicit sacerdos
hostiam puram, hostiam sanctam
hostiam immaculatam, panem
sanctum vite eterne et calicem salu-
tis perpetue, quinarium crucis
signaculum imprimit super oblatam
et calicem significans illa inno-
centis petre foramina in quibus re-
sidet immaculata columba fru-
ctuose nidificans cum memorat
per crucis signacula per dilecti
filii plagas videlicet duas ma-
nuum, totidem pedum et
unam lateris. Fida tenet et
amplectitur memoria. Tres
autem cruces communiter facit sacer-
dos super oblatam et calicem quoniam
in tribus utrisque pariter in-
telligitur. Nunquam enim in crucis si-
gnaculo panis separatur a calice
nisi cum separatim nominatur. Verum
erecta per stipitem crucis corpus Christi su-
stinuit et brachia transversa di-
stendit. Quare post consecrationem
signa super eucharistiam fiunt

Hic oritur questio non preter-
eunda silentio. Cum enim plene
sit et perfecte consecratio ce-
lebrata, nam materia panis
et vini iam transiit in substantiam carnis
et sanguinis, quare super hostiam be-
nedictam et plenissime consecratam
adhuc benedictionis signum exprimitur
aut aliquod verbum consecrationis profertur,
immo etiam quedam subiungitur in cano-
ne, que videtur innuere quod nondum
sit transsubstantiatio consummata. Ego
super hac questione vellem doceri
potius quam docere, magis quam referre
quam proferre sententiam. Verum quod a ma-
ioribus dictum super hac re potius re-
cipere dicam salva fide, quod sensus sine
preiudicio maioris sane in canone
sic aliud verba significant et aliud signa
pretendunt. Verba namque principaliter per-
tinent ad historiam recolendam. Nam
verbis quidem ad consecrandum pertinet
et vinum corpus et sanguinem, signis
vero ad recolendum ea que
per hebdomadam ante pascha gesta sunt
circa Christum. Pars ergo est quedam ad or-
dinem eucharistie consecrande quo ad
capitulum illud Qui pridie quam pateretur,
ostendit quod in fine canonis subici de-
buisset quoniam in eo consecratio con-
summatur. Sed quoniam impedivisset ordinem
historie recolende, que per signa sunt ge-
stum in medio recoleret in fine,
providit canonis ordinator ut or-
dinem servaret historie quadam
necessitate compulsus. Capitulum istud
Qui pridie quam pateretur qui cor canonis
ita in medio collocaverunt ut que sequuntur
intelligantur precedere secundum illam figuram
que sepe fit ubi que narratione sequun-
tur intellectu precedunt, ut per ipsis in-
tantum historie situs ordo servetur.
Dicatur ergo quod signa pertinent ad historiam
recolendam, sed verba non pertinent ad
eucharistiam consecrandam, immo per-
tinent ad eucharistiam consecratam
hoc modo etc. Quare eucharistia dicitur
hostia pura hostia immaculata
Rubrica eius ponitur

n ob tu sexu videlicet sacerdotes
sed et plebs tua sancta id est spiritualis
sacerdotes peragunt ministerio. offeri-
mus preclare maiestati tue. i. preclare
clare. nam si iusti fulgebunt sicut
sol in regno patris eorum. quanto
clarius divina maiestas prefulget de
tuis donis. i. de fructibus segetum
de fructibus segetum quantum ad
panem qui est conseruatus in car-
nem. ac datis. i. de fructibus arborum
quantum ad vinum quod est consecra-
tum in sanguinem. de istis inquam et
de aliis offerimus. hostiam puram ho-
stiam immaculatam. i. purani im-
munem circumcisionem ab omni culpa
originali veniali et criminali. id est
puram quantum ad cogitationem. sa-
nctam quantum ad locutionem. imma-
culatam quantum ad operationem. quia
peccatum non fecit nec dolus inventus est
in ore eius. hoc est panem sanctum. i. sanctifi-
cantem datorem. vite eterne quantum
ad stolam carnis et calicem salutis per-
petue quantum ad stolam anime secundum illud
ego sum panis vivus qui de celo de-
scendi. si quis manducauerit ex hoc
pane vivet in eternum. Supra que pro-
pitio vultu ac sereno velut. i. respectu pla-
cabili. digneris respicere. non quod voluntas
eius mutetur aliquando. Sed tunc deus vul-
tum suum illuminat super nos et serenat
cum gratiam suam super nos exhibet et
declarat secundum illud verbum psalmiste illu-
minet vultum suum super nos et misereatur
nostri

De figuris novi sacrificii que precesserunt in veteri testamento

S Sicut accepta dignatus es habere
munera Abel etc. Quibusdam istud
sicut innuit similitudinem non exprimit
quantitatem. multo enim acceptius est hoc sacrificium quam quod obtulit abel
quam quod obtulit Abraham. quam quod obtulit
melchisedech. valet enim res plus quam
umbra veritas quam figura. ipsarum ergo similitu-
dinem magis quam quantitatem debe-
mus attendere. Videamus igitur offenden-
sumus Abel. Si recte quod offe-
rentes recte non dividamus quod
quia Chaym non elegit peccavit quia
namque cum recte deberet obtulit
deo. Sed retinens sibi seipsum et cor
cessit deo male dividens. Abel
autem acceptum ius. deo in corde
obtulit holocaustum. quod nihil sibi
retinuit. Sed deo totum se sub-
didit et impendit. et ideo respe-
xit deus ad abel et ad munera
eius non respexit. prius respe-
xit ad abel et postea respexit ad
munera. quia non offerens placuit
a muneribus. sed munera placue-
runt ab offerente. Similiter abraham
egregia fide totum se prius offerebat
altissimo et postea cum sua dicta offe-
rendo placidas eis hostias offerebat
et ut nos facteos imitatorem patris
ab illo deus exegit affectus. tolle
inquit filium tuum unigenitum
quem diligis ysaac et offer illud
in holocaustum super unum montium
quem monstravero tibi. Statim
quia promptum et obedientem inve-
nit. immo nobis ondit. i. melchi-
sedech quia nisi se prius acceptum
deo sacrificium obtulisset. futuram
causam nunc prudisset. quarum
intuitu cum panis et vini obtu-
lit sacrificium. erat enim sacerdos
dei altissimi. nos igitur assistentes
ad offerendum si recte dividimus
prius in sacrificium offeramus ani-
mam patientia severitatem carnam
irrationem et lapidinem mactantes
iuxta quod in psalmo canentes
holocausta medullata offeram tibi
cum incenso arietum offeram tibi
boves cum yrcis. ac deinde sicut
munus abel. sic sacrificium abrahe
sic hostiam melchisedech vota mea

dus acceptabit. verum non
solum in offerentibus sed in ipsis
oblationibus dominus similitudinem
intueri. nam illa vetera sacrificia
novum hoc sacrificium signabant
. Sicud enim per munus abel offeren-
tis de primogenitis gregis innocens
primogenitus qui exprimit in
multis fratribus. quod sic abel invi-
diose fuit interfectus a fratre
sic ipsius maliciose fuit interfectus
a populo iudeorum. Nam secundum
apokalipsim Johannis ipse est
qui occisus est ab origine mundi
. Sicud per sacrificium abrahe dile-
ctum et primum offerentis missi pa-
ssio domini designatur de quo dicit
apostolus proprio filio suo non pepercit
deus sed pro nobis omnibus tra-
didit illum. hic est meus filius
meus dilectus in quo michi bene
complacuit. oblatio vero melchise-
dech tam hoc novum sacrificium pre-
signavit ut deum predictum sit. tu
es sacerdos in eternum secundum ordi-
nem melchisedech. qui secundum apostolum
assimilatus per omnia filio dei
. qui manet sacerdos in eternum
abel dicitur puer non tam a pueri-
cia sed a puritate. secundum illud
Ecce puer meus electus quem
elegi et posui super eum spiritum me-
um. Abraham dicitur patriarcha
. quasi patrem multarum gencium con-
stitui te. melchisedech interpretatus
est rex iusticie. deinde rex salem
. i. pacis propter illud quod legitur orietur
in diebus eius iusticia et abun-
dancia pacis donec auferatur lu-
na. secundum sacrificium hostiam im-
maculatam. hoc addidit in canone
leo papa **De signis que quarto
loco fiunt super oblatam. Hic po-
nitur rubrica etc.**

S Supplices te rogamus etc. Post
cenam exiit Jhesus in montem
oliveti transfluentem cedron
et progressus pusillum procidit in fa-
ciem suam orans et dicens. pater si
fieri potest transeat a me calix iste. Sed
et secundo et tercio abiit et oravit sermo-
nem eundem dicens. et factus in ago-
nia prolixius orabat. et factus est
sudor eius sicut gutte sanguinis de-
currentis in terram. Tunc venit
ad discipulos suos dicens. Surgite ea-
mus ecce appropinquabit qui me tradet
. traditor autem dedit eis signum dicens
Quemcumque osculatus fuero ipse est
tenete eum. et confestim accedens
osculatus est eum. Jhesus igitur quod orans
procidit. orans et dicit pater si fieri
potest etc. Sacerdos inclinans orat et
dicit Supplices te rogamus. per osculum
altaris representans osculum prodito-
ris. quod factus in agonia prolixius
orabat tercio dicens eundem sermo-
nem. sacerdos facit tres cruces pri-
mam et secundam distinctas super oblatam
et calicem dicendo Sacrosanctum filii tui
corpus et sanguinem sumpserimus. terciam
se ipsum signando in faciem cum dicit
omni benediccione celesti et gracia reple-
amur. forte propter sudorem corporis. crucem
imprimens super corpus et propter guttas
sanguinis. crucem imprimendo super
sanguinem. et quod procidit in faciem
suam orans. et imprimit sibi crucem
in facie. vel potius predictas cruces
quas facit sacerdos super corpus et
sanguinem designat vincula et fla-
gella quibus allisus est sanguis.
nam de vinculis legitur. ministri
iudeorum comprehenderunt eum et liga-
verunt et vincientes duxerunt et tra-
diderunt pilato. De flagellis legitur
. apprehendit pilatus ihesum et flagellavit
. cuius livore sanati sumus. Per ter-
ciam vero crucem quam sacerdos sibi

fecit in facie recordetur illud quod exspuerunt in faciem eius et palmas ei in faciem dederunt et velantes faciem eius dicebant prophetiza nobis Christe quis est qui te percussit.

De profunditate quorundam verborum intellige[ntia]

Iube hec perferri etc. Tante sunt profunditatis hec verba ut intellectus humanus vix ea possit, non sufficit penetrare. Nam et beatus Gregorius tanti secreti dignitatem metuens, quodam in loco de illis tamen de hora scilicet immolationis ineffabiliter loquitur. Cuius mentis fidelium hec dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri, in illo Iesu Christi misterio angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena celestibus iungi, unum et idem ex invisibilibus et visibilibus fieri. Idem alibi dicit. Uno eodemque tempore ac momento in celo rapitur in ministerio angelorum consociandum corpori Christi et ante oculum sacerdotis in altari videtur. Salvo tamen occulto celestis oraculi sacramento, possunt tamen hec verba licet simpliciter tamen securius intelligi. Iube hec, id est vota fidelium, videlicet supplicationes et orationes et preces, perferri per manus sancti angeli tui, hoc est per ministerium angelorum, secundum illud quod ait angelus ad Thobiam. Quando orabas cum lacrimis ego obtuli orationem tuam domino. In sublime altare tuum, hoc est in conspectu divine maiestatis tue. Porro sic beatus Augustinus determinat. Non dicitur angelus orationes nostras offerre deo, quod tunc primo deus noverit quod volumus, quia deus novit omnia antequam fiant. Sed quia necesse habet rationalis creatura temporales causas ad eternitatem referre, sive petendo quod circa se fiat, sive consulendo quid faciat, ut quod deo vel iubente implendum esse cognoverit, hoc nobis vel evidenter vel latenter reportet. Hinc certe evidenter apparet quod angeli in sacrificio semper presentes assistunt. Multiplex autem altare in scripturis legitur. Superius et inferius, interius et exterius. Superius autem est duplex. Nam altare superius est deus trinitas de quo legitur. Non ascendes ad altare meum per gradus. Est et altare superius triumphantis ecclesia de qua dicitur. Altare inferius est ecclesia unde si altare lapideum feceris michi non edificabis illud de sectis lapidibus. Est et altare inferius mensa templi de qua dicitur. Constituite diem solemnem in condensis usque ad cornu altaris. Altare interius est cor mundum de quo precipitur. Ignis in altari meo semper ardebit. Est et altare interius fides incarnationis de qua iubetur. Altare de terra facietis michi. Altare exterius est ara crucis, hoc est altare holocausti super quod Christus semel obtulit sacrificium vespertinum. Est et altare exterius ecclesia sacramenta de quibus scriptum est. Altaria tua domine etc. Sive vero sunt illa que petit in sublime perferri determinat dicens. Ut quotquot etc.

Hic agitur memoria defunctorum

Memento domine etc. Orat pia mater ecclesia non solum pro vivis sed pro defunctis et eos sacre intercessione oblationis commendat certissime credens quod sanguis ille preciosus qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum non solum ad salutem viventium sed etiam ad absolutionem valeat defunctorum. Qui cum signo fidei precedunt ad dominum, non quod ibi sit fides aut spes ubi spes et res est. Nam fides evacuatur, caritas nunquam excidit. Sed signum fidei pro caractere caritatis accipitur quo fideles ab infidelibus discernuntur secundum illud. Audivi numerum signatorum centum quadraginta quatuor milia ex omni tribu filiorum Israel. Et dormiunt in somno pacis secundum illud. In pace in idipsum dormiam et requiescam. Frequenter enim sacra scriptura defunctos dormientes appellat quia defuncti resurgent propter quod dicit apostolus. Nolo vos ignorare de dormientibus sicut et ceteri qui spem non habent. Et dominus inquit in evangelio. Lazarus amicus noster dormit. Ipsis domine et omnibus in Christo quiescentibus. Quorum hoc loco sacerdos quorum maluerit habere memoriam specialem. Locum refrigerii in quo non est ardor penarum, lucis in quo non est obscuritas tenebrarum, et

pacis in quo non est conflictus pec-
catorum. Nam absterget deus omnem
lacrimam ab oculis sanctorum, et iam
non erit amplius neque as. s. n.
n. d. q. p. t. sed delectabuntur in
multitudine pacis et placebunt
coram domino in multitudine vivencium

De secunda commemoracione sanc-
ctorum talis ponitur rubrica

n obis q3 peccatoribus etc. Nam si
dixerimus quod peccatum non habemus
nosmetipsos seducimus et ve-
ritas in nobis non est. licet enim
omni tempore nos dicamus ex corde etc.
cognoscere peccatores. precipue tamen cum
pro remissione peccatorum sacrosanctum
misterium celebratur. de multi-
tudine miseracionum tuarum spera-
tibus. iuxta quod inquit psalmista se-
cundum multitudinem miseracionum
tuarum dele iniquitatem meam.
prima tamen est dei misericordia, neque non aliud
est quam ipse misericors. Sed multi sunt [illegible]
[illegible] qui miseraciones dicunt videlicet
remissionem miseracionum tuarum domine
et misericordiarum tuarum que a seculo sunt
porro cum ipse dominus sit omnia in
omnibus. salus et premium gloria pec-
catorum. Salus inquit populi ego sum
quod est quod dicit partem aliquam et socie-
tatem d. dignaris. Et quamvis nos denarium
simus eundem denarium accepturi
Sane licet unum et idem sit premi-
um singulorum. videlicet ipse deus
in cuius visione salus eterna consistit
secundum quod ipse dicit in ewangelio. Hec est
vita eterna ut cognoscant te deum
verum et quem misisti ihesum christum
. tamen secundum differenciam meritorum. alii plus
alii minus divina visione fruuntur
Nam stella differt a stella in cla-
ritate. propter quod ipse dominus ait In domo
patris mei mansiones multe sunt
. sicut unus est sol cuius lumen partici-
patur diversa. alii plus alii minus
secundum differenciam intuencium. Cum Joha-
nne Stephano Mathia. Barnaba
. In hac secunda commemoracione sanctorum
magna pars supplentur que de primi-
ciis sanctis deesse videbantur in prima

Sed queritur quare Johannes repetitur et Stepha-
nus Johanni sociatus premittitur Mathie
ac Barnabe. Sane Josephus? in prima comme-
moracione disponitur et cum aliis nominatur
propter apostolatum. In hac autem commemoracione
repetitur et cum Stephano sociatur propter
privilegium celibatus. virgines enim fuit et se-
quitur agnum quocumque ierit et propterea cete-
ris premittitur. virginitas enim maxime com-
mendatur. quod christus in cruce matrem
discipulo virginem virgini commendavit et
ex illa hora accepit eam discipulus in suam
. Stephanum vero virginitas et eo maxime de-
putatur quod deputatus est ab apostolis ad
ministerium viduarum. et in hoc quod feminis
est prepositus testimonium meruit sinceri-
ssime castitatis. posset tamen non ewan-
gelista sed baptista Johannes intelligi
quod non premittitur cum sanctis tamen apostolis
ac martiribus. Unde convenit quod apostolis
tamen ac martiribus subnotetur. quamvis
Johannis sancta in statu meo martirem
possit inveniri. non estimator meriti
. quod non secundum exigenciam meritorum retri-
buisset minus puniendo vel magis re-
munerando quam meruit sumus qui meruit domine
non secundum peccata nostra facias neque secundum
iniquitates nostras retribuas nobis
et alibi mensuram bonam et con-
fertam et coagitatam et supereffluen-
tem dabunt in sinum vestrum etc.

Quare in parte dicitur esse auctoritas
sequitur talis rubrica ut sic

p er quem omnia hec bona creas
Nam omnia per ipsum facta sunt
et sine ipso factum est nichil
Et vidit deus cuncta que fecerat
et erant valde bona Creas igitur
exprimendo naturam et sanctificas naturam
benedicendo vivificas conservando creaturam et
benedicis cumulando graciam. Est
autem simplex pronomen demonstra-
cio sic tamen ipsi confusum. nam
presens confusum pertinet non se visu
hec omnia in panem. vinum et aquam
hec bona creas. procreas secundum cau-
sas primordiales et sanctificas secundum
causas sacramentales. vivificas ut

transeat in carnem et sanguinem et benedicis ut conservant unitatem et caritatem. Per ipsum tamquam propitiatorem, cum ipso tamquam coequalem, in ipso tamquam consubstantialem. In patre quippe notatur auctoritas, in filio equalitas, in spiritu sancto communitas. Auctoritas in patre propter principium, equalitas in filio propter medium, communitas in spiritu sancto propter consortium etc.

De signis que quinto loco fiunt super corpus et sanguinem in latere calicis

5 Sexta feria crucifixus est dominus hora tertia linguis iudeorum, quod narrat Marcus; hora sexta manibus gentilium, quod narrat Johannes; et circa horam nonam inclinato capite tradidit spiritum. Ad recolendam ergo crucifixionem que hora tertia facta est linguis iudeorum per clamantium: crucifige crucifige eum, et rursus: tolle tolle crucifige eum, sacerdos facit tres cruces super oblatam et calicem cum dicit: Sanctificas, vivificas, benedicis. Ad recolendam vero crucifixionem que per intervallum temporis hora sexta facta est manibus gentilium militum eum crucifigentium, item sacerdos facit tres cruces cum hostia dicendo super calicem: Per ipsum et in ipso et cum ipso. Post modum autem ad designandum exitum et anime divisionem domini morientis, facit duas cruces in ore calicis cum dicit: tibi deo patri omnipotenti in unitate spiritus sancti. Licet enim in christo tres sint unite substantie, videlicet divinitas, corpus et anima, due tamen, scilicet corpus et anima, fuerunt in morte divise, nam deitas a neutra est separata. Propterea non tribus crucibus sed duabus mors domini designatur. Sacerdos ergo super mensam altaris manus extendit, quia christus super aram crucis manus expandit secundum illud prophete: Expandi manus meas ad populum non credentem etc. Subtilius tamen ac profundius hec possumus figere. Tres quippe cruces

significant tres cruciatus quos christus in cruce sustinuit, videlicet passionem et passionem et compassionem: passionem in corpore, passionem in mente, compassionem in corde. De passione corporis ait dominus per prophetam: O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus. Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. De passione mentis dominus inquit apostolis: Tristis est anima mea usque ad mortem. Cepit ihesus pavere et tedere, cepit contristari et mestus esse. De compassione cordis pro crucifixoribus oravit ad patrem: Pater, inquit, ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Si enim cognovissent dominum glorie non crucifixissent. Ideo vero sacerdos facit has cruces cum hostia super calicem, quia christus sustinuit hunc cruciatum in corpore super patibulum. Per calicem enim passio designatur secundum illud quod dominus ait: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Due vero cruces quas facit sacerdos in latere calicis designant duo sacramenta que de latere christi profluxerunt, videlicet aqua regenerationis et sanguis redemptionis, iuxta testimonium Johannis dicentis: Unus militum lancea latus eius aperuit et continuo exivit sanguis et aqua. Corporale desuper calicem removetur, quia velum templi scissum est a summo usque deorsum, immo quod de illo scriptum fuerat hactenus erat clausum, sicut dicitur de quibusdam: et erat verbum istud absconditum ab eis, consummatum et revelatum est. Nam lignum missum in marath aquas dulcoravit amaras. Tunc accedit diaconus et exaltat patenam per sacrificium de altari, tam ipse quam sacerdos disponit, quia venit Joseph ab arimathia et Nicodemus

et impetratum a pilato corpus ihesu
deponentes sepelierunt. et quia ille ad-
voluit saxum magnum ad hostium
monumenti. diaconus super os ca-
licis corporale ponit. quia vero factus est
in pace locus eius. diaconus me-
sam osculatur altaris. et quia factus est
principatus eius super humerum eius
Subdiaconus armum pontificis oscula-
tur ut in utroque significet christum quie-
visse post mortem. et vixisse post mor-
tem. iuxta quod ipse predixit in psalmo
In pace in idipsum dormiam et requie-
scam. Et alibi O mors ero mors
tua morsus tuus ero inferne. Et
enim post mortem triumphavit de morte
quia factus est obediens usque ad mortem
mortem autem crucis. propter quod deus exalta-
vit illum. Acolitus humerum significat quia
christus sibi crucem super humerum baiu-
lavit. De numero signorum que fiunt
super oblatam et calicem rubrica

Sacrificium itaque septem vicibus
signatur in canone. Prima vice
cum dicitur hec dona hec munera
hec sacrificia illibata. propter trinam
christi traditionem que facta a deo et
iuda et a iudeis. Secunda vice quin-
quies cum dicitur quam oblationem tu de-
us dignare facere benedictam ascriptam
ratam ut fiat corpus et sanguis
propter v venditores videlicet et emptores
videlicet sacerdotum scribarum et pha-
riseorum. Tercia vice bis ubi dicitur
accipiens panem benedixit ac fre-
git. similiter et hunc preclarum calicem
accipiens item tibi gratias agens benedixit
propter benedictionem panis qui tran-
substantiatur in carnem. et vini quod
transsubstantiatur in sanguinem. Quarta
vice quinquies ubi dicitur hostiam
puram. hostiam immaculatam ho-
stiam sanctam. panem sanctum vite
eterne et calicem salutis perpetue
propter v. quinque plagas duas
manuum totidem pedum et unam

lateris. Quinta vice bis cum dicitur sacrosanctum
corporis et sanguinem. propter vincula quibus
ligatus est corpus et flagella quibus illusus
est sanguis. Sexta vice ter cum dicitur sanctificas
vivificas benedicis propter crucifixionem
que facta est hora tercia linguis iudeo-
rum ter clamantium crucifige eum. Septima
vice quinquies cum dicitur per ipsum et cum ipso et in
ipso tibi deo patri omnipotenti in unitate
spiritus sancti. Et super calicem propter quinque cruciatus
quos christus sustinuit. passionis tra-
nsfixionis. compassionis et bis in late-
ralis propter aquam et sanguinem que de late-
re christi fluxerunt. Inter hec septem vices
sacrificium signatur duabus vicibus bis
et tribus vicibus quinquies. et duabus
vicibus ter. Simul omnibus quinquies
quinque que sunt xxv cum unus per se ducatur
que in seipsum reducitur. Nam quinquies
quinque sunt xxv. quinquies xxv sunt c. xxv.
quinquies c. xxv sunt dcxxv et ita semper
ascendit quinarius et in seipsum redu-
citur si ducatur in infinitum. Cumulus
enim multiplex caritatis sacrificium semper est
idem sacrificium. In hoc xxv signo
quinque sensus corporis designantur visus
auditus gustus odoratus et tactus
. tactu colorem saporem odorem fra-
grantiam et sumitionem. Sed cum caro
procedit in spiritum. quia spiritus unus
fiat. caro non perdit quinquam ut quinque
sensus anime spirituales remaneant.
visus intelligentie. auditus obe-
diencie. odoratus discretionis. gustus
dilectionis et tactus operis. De quibus
loquitur in evangelio Domine quinque ta-
lenta tradidisti michi ecce alia quinque
super lucratus sum. Sed et binarius
et ternarius bene congruunt
sacramento. binarius propter carnem et san-
guinem. ternarius propter panem et vi-
num et aquam. binarius propter du-
plicem modum edendi sacramenta-
lem et spiritualem. Sacramentalem sub
specie panis et vini et aque. et spiritua-
lem in fide cordis. ternarius propter tria

que sunt in hoc sacramento distincta per
forma panis visibilis . veritas
corporis et virtus spiritualis . forma
panis et vini . veritas carnis et
sanguinis . virtus trinitatis et ca-
ritatis . ut ternarius per ternarium
i. fides trinitatis per dilectionem dei
et proximi operetur

**De vocis expressione et peccatoris contu-
sione cum dicit nobis quoque peccatoribus** (hec rubrica)

Non solum autem
crucis impressio verum etiam vocis
expressio que gesta sunt in cruce
evidenter insinuat . cum enim adiunc-
tum est Nobis quoque peccatoribus famuli-
tuis . sacerdos paulum expressa voce
rupto silencio interrumpit
representans contricionem et confessio-
nem latronis in illo dominice passio-
nis articulo [illegible] alterum et
dicentis Nos quidem digna recepimus
hic vero nichil mali gessit et dicebat
ad ihesum Domine memento mei cum ve-
neris in regnum tuum . propter quod
dixit illi ihesus amen amen dico tibi
hodie mecum eris in paradiso . De per
exaltatione vocis et percussione pecto-
ris exprimitur illud quod centurio [illegible]
[illegible] clamat misit hinc que fiebant ti-
muerunt valde dicentes vere filius dei
homo erat iste et omnis turba que
simul ad spectaculum istud aderat
percucientes pectora sua revertebantur
. quia vero ihesus voce magna clamans
tradidit spiritum . levata sacerdos vo-
ce dicens Per omnia secula seculorum
. et quia mulieres lamentabantur flentes
dominum . chorus quasi lamentando respondet
amen representans fideles qui dominum
contrito corde lugebant . velud
quondam Abel mundus fuit sicque
parentes eius lamentabantur occisum
Ihesus ergo voce magna clamavit dicens
pater in manus tuas commendo spi-
ritum meum . et sacerdos elevata

voce pronunciat pater noster qui
es in celis sanctificetur etc

De oratione dominica licet post infra

Et oratio multis excausis
ceteris orationibus antecedit auctoritate
auctoritate conditoris brevitate [rectoris]
sermonis . Sufficiencia peticionum
et fecunditate misteriorum . auctoritate
conditoris quia fuit ipsius salvatoris
ore prolata . quia enim dominus locu-
tus est brevitate sermonis quia
facile dicitur et profertur quando
inquit orantes nolite multum
loqui sicut ethnici faciunt . Suffi-
ciencia petitionum . quia utriusque
vite continet necessaria . petitis enim
promissionem hic vite que nunc
est et future fecunditate misteriorum
quam immensa continet sacramenta
. prefixit enim plurimum et multiplex
est sua . Scit enim deus quid velimus
. sed vult nos orare nolo pro ex-
citanda devocione . quia quando status
facit carbonem . sic promulgatio facit
devocionem . unde ad ipsum ore meo
clamavi . et exaltavi . manus . per
aliorum instructione ut cortina
cortinam trahat . et qui audit
dicat veni . unde luceat lux
vestra coram hominibus . pro lin-
gue officio absque . ut qui lin-
gua peccavimus satisfacimus
in lingwa . unde sicut exhi-
buistis membra vestra servire
inmunditie ad iniquitatem . ita exhi-
beatis ea servire iusticie in iustifi-
cationem . pro rei petende commenda-
tione . quia facilius obtinetur
quod instancius postulatur unde
petite et accipietis . et petite
et dabitur vobis . pro impetrate
rei custodia . quia quod sepius recipitur
diligencius custoditur . unde
tene quod habes ne alius accipiat
coronam tuam . orate et pro bo-
nis adipiscendis et pro vitandis
malis . pro bonis temporalibus spiritua-
libus et eternis pro malis preteritis

pnitalibus et futuris. de bonis eter-
nis adveniat regnum tuum. de spiritua-
libus fiat voluntas tua sicut in
celo et in terra. de temporalibus
panem nostrum quotidianum da
nobis hodie. eterna petuntur in pre-
mium. spiritualia petuntur in meri-
tum. temporalia petuntur in sustenta-
mentum. De malis preteritis dimitte
nobis debita nostra sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris
. de presentibus libera nos a malo
. de futuris. ne nos inducas in
temptacionem. preterita sunt delenda
. presentia sunt vitanda. futura
sunt precavenda Quot sunt
peticiones orationis dominice

Septem sunt peticiones orationis
dominice. secundum capitulacionem
beniuolentie. quarum tres
prime spectant ad patriam tres
ultime spectant ad viam. media per-
tinet ad utrumque. porro tres prime
succedunt ordine temporis. sed precedunt
ordine dignitatis. tres ultime
succedunt ordine dignitatis. sed
precedunt ordine temporis. dicitur autem or-
dine in oratione servatus est ordo
dignitatis. qui est artificialis. ut
de maioribus ad minora descendant
doctores in exposicione scripture temporis
qui est naturalis. ut de minoribus
ad maiora condescendant. et de
temporalibus ad eterna. fit autem hic ada-
ptacio vii peticionum. et vii donorum
. vii virtutum et vii. beatitudinum
. contra septem vicia capitalia. nam
dona peticionibus supplicatis domini
et beatitudines virtutibus optinentur
vii dona sunt ista. sapiencia. intellectus
. consilium fortitudo. sciencia. pie-
tas. timor. de quibus ysaias
. requiescet spiritus domini. spiritus sapiencie. et
intellectus. spiritus consilii. spiritus fortitudinis. et pi-
etatis etc. s. e. s. t. dicit vii. vii virtutes
sunt hec. paupertas spiritus. mansuetu-
do. luctus. esuries iusticie. miseri-
cordia mundicia cordis et pax. vii autem beatitudines
iste sunt. regnum celorum possessio terre
viventium consolatio saturitas. misericordie
consecucio. visio dei. filiacio dei. de
quibus quidem dominus ait beati pauperes
spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum
beati mites quoniam ipsi possidebunt terram
. beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur
. beati qui esuriunt et siciunt iusticiam
quoniam ipsi saturabuntur beati misericordes
quoniam ipsi misericordiam consequentur. beati mundo
corde quoniam ipsi deum videbunt. beati
pacifici quoniam filii dei vocabuntur. hec autem
sunt vicia principalia. inanis gloria
. ira invidia accidia. avaricia gula
luxuria que significata fuerunt per vii
populos. qui terram istam promissam te-
nebant videlicet etheus gergeseus amorreus.
amoneus. ferezeus. eveus. iebuseus
homo igitur est egrotus et deus est me-
dicus. vicia sunt languores. et peti-
ciones sunt planctus. dona sunt antido-
ta. et virtutes sunt sanitates. beatitudines
sunt felicitates et gaudia Capitulum lx
[illegible] tale capitulum sequitur

P ater noster etc. deus generaliter
specialiter et singulariter. deus
pater generaliter per omnium creacio-
nem. Specialiter autem iustorum per ado-
pcionem Singulariter et per generacionem. per
creacionem ut ibi. flecto genua mea
ad deum patrem omnipotentem a quo
omnis paternitas in celo et in terra
nominatur. per adopcionem ut ibi si
vos cum sitis mali nostis bona data
dare filiis vestris. quanto magis pater
celestis dabit spiritum bonum petentibus
se. per generacionem ut ibi. nemo novit
filium nisi pater. neque patrem nisi fi-
lius. et cui filius voluerit revelare
. Hoc autem quod dicit. pater noster qui es in celis

dehortatur nos a duobus. a superbia
ne dicamus. pater mi regnum habeas
spiritum quod est commune. ab indigna-
tione. ne reddamus indignum tanto pre-
cio consistit in celis. Veritas ergo christi fi-
lii pater est per naturam. cui soli compe-
tit dicere pater mi. fidelium autem pater
est per graciam. quibus competit dicere pater
noster etc. ille dicit pater mi si possibile
est transfer a me calicem istum. isti
dicunt pater noster qui es in celis. hinc ipse-
met dicit. vado ad patrem meum et
patrem vestrum. meum per naturam vestrum
per graciam. hortatur ergo nos a
deo ad consequendam graciam adoptio-
nis cum ait pater. et unitatem frater-
nitatis cum ait noster. benivolencia
vero captatur a tribus. a persona condito-
ris. petitoris et assessoris. conditor
enim deus est. petitor est homo. assessor
est angelus. a prima conditoris cum ait
pater. petitoris cum ait noster. asse-
ssoris cum ait qui es in celis. id est in
angelis id est in sanctis. de quibus dicitur
celi enarrant gloriam dei. Verum sanctos
dicunt ut sanctos nos faciat id est in ce-
lis. i. in secreto maiestatis divine
per quod datur fiducia impetrandi bo-
num occultum quod oculus non vidit
nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit. dat ergo fiduciam impetran-
di. Vnde non dicitur domine qui servus timet
sed pater cum servit amore. Item dicit
quia pater es debes. et in celis es
potes. Sequitur. de triplici malo a quo
petimus liberari

Libera nos a malo. peticio libera-
ri a malo donum. timor. virtus
paupertas spiritus. beatitudo regnum
celorum. vicium manens gloria. triplex
est malum a quo petimus liberari.
quinatum additum et datum. primum
contraximus secundum commisimus. ter-
cium sustinemus primum originale
secundum actuale. tercium est penale. contra

illum autem vicium est spiritus timo-
ris. Nam sicut inquit sapiens timor
domini expellit peccatum. porro triplex
est timor quo cessamus a malo
servilis. initialis et filialis. ti-
more servili cessamus a malo
formidine pene. filiali timore
cessamus a malo amore iusticie
initiali timore cessamus a malo
partim formidine pene. partim
amore iusticie. servilis timor est
incipientium initialis est proficie-
ntium. filialis est proficientium
q. d. da nobis spiritum timoris
et paupertatem spiritus. ut per spiritum
timoris vitemus mala. per pau-
pertatem spiritus abdicemus bona
temporalia. spernimus exclusis vitiis
et contemptis terrenis habeamus
eterna s. regnum celorum quod
lucifer et primi parentes per ina-
nem gloriam amiserunt. a quo
nos retrahunt timor et paup-
ertas spiritus. duo enim bona sunt que
per paupertatem spiritus abdicamus
interiora producere et exteriora. inte-
riora de illis corde non presume-
ndo. exteriora cum illis cor non appo-
nendo secundum illud divitie si afflu-
ant nolite cor apponere. illis ergo
progressis ne presumamus. et istis
despectis ne desperemus regnum
celorum assequimur secundum illud
beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum
celorum quod demones et homines
per inanem gloriam amiserunt.
illi dei similitudinem. isti dei scientiam
inaniter appetendo. lucifer enim di-
xit ascendam in celum et ponam
sedem meam ad aquilonem et
ero similis altissimo. primis autem
parentibus dictum est eritis sicut
dii scientes bonum et malum
de quibus temptationibus a quibus temptatur homo

Et ne nos inducas in tem-
ptationem. ecce peticio domini

pietatis . virtus . mansuetudo
beatitudo . possessio terre . vi-
cium ira . Temptat deus . temptat
homo . temptat diabolus . deus
temptat ut probet . homo tem-
tat ut sciat . diabolus temptat
ut fallat . de primo legitur Tem-
tavit deus abraham . de secundo
legitur tenta nos dilecto . x . die-
bus . de tercio legitur Cur satha-
nas temptavit cor tuum . porro
duobus modis temptatur interius
et exterius interius per delectationem
exterius per suggestionem . sed
cum interior temptatio peccatum efficit
et exterior temptatio multas efficit
si non consentiat sed resistatur
Septimum est cum temptatio nos non
apprehendat nisi humana . Beatus
vir qui suffert temptationem
quia cum probatus fuerit accipiet co-
ronam vite . cum ergo citra con-
sensum temptamur non ducimur in tem-
ptationem . cum consentimus in
temptationem ducimur Sicut pi-
scis ante capturam in retem
ducitur, cum vero inducitur caput
et tenetur tunc impletur quod iacobus
apostolus ait Unusquisque temptatur
a concupiscentia sua abstractus et
illectus . deinde cum cepit parit
peccatum . peccatum vero cum consummatum
fuerit generat mortem . porro cum
idem apostolus dicat quod deus est tem-
ptator malorum . quid est quod pe-
timus ne deus inducat nos in
temptationem Sed deus quodammodo
temptat et quodammodo non temptat
. temptat ut probet secundum illud pro-
ba me domine et tempta me . non
temptat ut fallat secundum illud Deus
neminem temptat . petimus ergo ne
deus nos in temptationem inducat
. i. ne permittat induci . sic dicat

Quia non est malum in civitate quod
deus non faciat . i. fieri non permittat Scri-
ptum est enim fidelis deus qui non pati-
tur nos temptari supra id quod potestis
. Da nobis spiritum pietatis ut et
virtutem mansuetudinis ut per spiritum
pietatis vincamus ~~mansuetudinem~~
temptationem trahendo nos ad pietatem
. et per mansuetudinem spiritus vincamus
iram . non reddendo malum pro
malo . ut ita possideamus terram vi-
ventium . quam per spiritum pietatis et
mansuetudinem spiritus obtinebimus
. nam pietas promissionem habet vite
. que nunc est et future . et beati mites quoniam
ipsi possidebunt terram . unde psalmi-
sta . Mansueti autem hereditabunt ter-
ram et delectabuntur in multitudine
pacis de tribus generibus debitorum que petimus
nobis dimitti cuius pone rubricam in fine

Dimitte nobis debita nostra . Pe-
titio dimitti debita . donum . scientia
virtus . luctus . beatitudo consolatio
vicium invidia . debita dicuntur peccata
que nos debitores pene constituunt . non
enim hic agitur de debitis pecuniarum . sed
de debitis offensarum . Ea vero sunt de-
bita que petimus nobis dimitti videlicet
peccatum in deum . et peccatum in proximum
et peccatum in nos . unde peccavimus cum
patribus nostris iniuste egimus iniqui-
tatem fecimus . peccavimus cum patri-
bus nostris in deum iniuste egimus
in proximum . iniquitatem fecimus
in nosipsos . quia peccavimus in deum
ideo petimus ut dimittat nobis .
quia peccavimus in proximum idcirco
petimus ut ipse dimittat nobis debita
nostra . sicut et nos dimittimus debitoribus
nostris hoc pacto et ea condicione nobis
nobis debita dimittuntur . si nos de-
bitoribus dimittimus . alioquin dimissa
revocantur in debitum secundum illud Serve
nequam omne debitum dimissi tibi quoniam ro-
gasti me non ergo oportet et te mi-
sereri conservi tui sicut et ego tui

misertus sum et iratus dominus tradidit
eum tortoribus quoadusque redderet uni-
versum debitum. Sic et pater meus
celestis faciet vobis si non remiseritis
unusquisque fratri suo de cordibus vestris.
Ut ergo dicit Crisostomus ostendit quod illius totius
orationis est fructus nisi debitoribus di-
mittamus in fine subiungit ad omnia
Si dimiseritis hominibus peccata eorum
et pater meus dimittet vobis peccata vestra
hinc ergo qui non dimittit debitoribus hec
oratio non videtur prodesse quinimmo videtur
obesse. nam qui petit sibi dimitti sicut
debitoribus suis ipse dimittit. profecto
si non dimittit ipse debitoribus suis vi-
detur petere ut sibi non dimittatur. Quid
ergo iudex illi dimittere qui non satisfacere
vult nec veniam postulat. Sane di-
stinguendum est inter perfectum et imperfe-
ctum iste qui viam perfectionis arripuit
debet etiam non petenti veniam omnimode
indulgere. Sed illi non quod perfectionis nondum
assumpsit tenetur quidem deponere de corde
sed non tenetur in satisfactionem de-
bitam condonare. Ceterum omnes univer-
saliter teneantur diligere inimicos nostros
benefacere hiis qui oderunt nos. et ora-
re pro persequentibus et calumpniantibus
nos. Etiam vero sunt culpe in quibus
culpa est laxare vindictam. et si peccata
in nos teneamur dimittere. peccata tamen in
deum. et peccata in proximum debemus pu-
nire. Cum ergo laborat odio vel invi-
dia [illegible] magis [illegible] dicere quia punie-
tur. nisi forte iam propositum habeat di-
mittendi. Verumtamen non in sua quisque
sed in totius ecclesie persona petit orare
unde non dicit Dimitte mihi debita mea
sicut ego dimitto debitoribus meis. sed
dicit Dimitte nobis debita nostra sicut
et nos dimittimus debitoribus nostris
Quidam tamen volunt intelligi illud di-
mitte nobis etc. id est sic dimitte nobis
debita nostra ut et nos dimittamus de-
bitoribus nostris quasi dicat. Da nobis donum

scientie. et luctum ut iugiter constrin-
gamur. quia debita aliena peccata cogno-
scamus et defleamus. ut nobis
debita nostra dimittas. et ita conso-
lationem habemus adversus invidiam
qui fecit hominem de alieno tabescere
per scientiam enim et luctum in presenti
remissionem accipimus. et in
futuro consolationem habebimus quia
qui legitur a delicto meo munda me. Et
[illegible] et beati qui lugent quoniam
ipsi consolabuntur. luctus autem di-
stinguitur in irriguum inferius et
superius et in irriguum inferius
quod caleph filie sue dedit in dotem
[illegible] dotem. inferius pro peccatis
tam nostris quam alienis unde quis
infirmatur et ego non infirmor
quis scandalizatur et ego non
uror. Superius pro mora vite
presentis unde cupio dissolvi et esse
cum Christo. Sed heu mihi et desiderio
vite presentis quia incolatus meus
prolongatus est Quot panes sint
necessarii nobis tunc de hiis post rubrica

Panem nostrum quotidianum. pe-
titio. panem dari. donum
fortitudo. virtus. esuries iustitie
beatitudo saturitas. malum. accidia.
Panem nostrum etc. Quinque panes sunt
nobis necessarii. duo in via et tres in
patria. corporalis. spiritualis. doctrina-
lis. sacramentalis. et eternalis. corpora-
lis ad sustentationem. spiritualis ad
informationem. doctrinalis ad erudi-
tionem. sacramentalis ad expe-
ctationem. eternalis ad fruitionem
De primo dicitur Non in solo pane
vivit homo De secundo Quinque accom-
modat mihi tres panes De tertio frange
esurienti panem tuum. De quarto quicumque panem domini
manducaverit indigne etc. Et cor et san-
guis De quinto beatus qui panem vivum quod de celo etc.
[illegible] sicut non liberet a malo cum urgeat
temptationes. ad faciunt ei dimissa

peta · necessaria est ei spus fortitudinis ne p
mum expectando deficiat · et io dicit pa
nem nostrum quo rc da nobis spiritum
fortitudinis qui multiplici parte laborat
cum ne deficiam in pnti esuriendo iu
sticiam perquam expellere accidiam ple
na iusticia saturabimur in futuro secundum
illud beati qui esuriunt et sitiunt iu
sticiam quoniam ipsi consolabuntur · ma
theus dicit panem nostrum sup substancialem
· i · xpm q est supsubstancialis · i · sup
omnes substancias q panis noster est in altari vel
· i · Da nobis pa · n · i · xpm q est sup
stancialis supra omnes cibus fidelium · et vel
sup panem · i · pter panem substancialem
· i · necessarium ad sustentacionem · q · d ·
Da nobis vtrumque panem mentis et cor
poris · lucas dicit panem co · q vtrumque
de corporali quam de sacramentali pane
pt intelligi · videlicet de viatico ·
grecus hic epiousion quod intelligitur
sup substancialem · hebreus vero segolla
quod intelligitur intelligitur egregium vel
peculiarem · ob hoc forte lucas vi
dens matheum dixisse segolla
quod sic sonat egregium dixit epi
epiusion · i · sup substancialem De dupli
ci voluntate dei hec est ponitur rubrica

F
iat voluntas tua · hec petitio vo
luntatem dei fieri · donum · con
silium · virtus · actiua beatitudo ·
mia consecucio · vicium · avaricia
voluntas dei dupliciter intelligitur
· s · beneplacitum dei eternum · et
signum beneplaciti dei sp impletur
vnde voluntati eius quis resistet
et omnia quecumque voluit fecit · Sig
beneplaciti quinque sunt · preceptio pro
hibicio · promissio · consilium · opera
cio vn magna opa domini exquisita
in o · vo · e · hec non sp implentur
s ut impleatur oramus · fiat voluntas
tua · i · ope compleatur quod precipis quod
consulis quod suades · quia non sufficit vo
luntas nisi adsit facultas · Sic · i · celo et
i terra · sic i angelis ita i hominibus
ut sic iustis ita in confusis ut sic
in xpo ita in ecclesia · ut sic i mente
ita sit et i carne ut caro non corrupi

scat adusque spm · h · d · Cor meum et caro me
a · q · d · Da nobis spiritum consilii
ut faciam voluntatem tuam magis quam meam · consi
pimus avaricia · contra mea consequm h · d ·
beati misericordes q · i · rc sicut enim auaricia con
sistit in accipiendo et retinendo · ita mia consistit
in dando et dimittendo · huius peticio et
aliarum duarum i pleno inchoat in via · et
consummatur i patria · ut sit velle potum nostrum quod
dei velle sicut ergo · tunc diliges deum ex toto
corde ex tota mente et tota anima · ex corde
· i · intellectu diliges filium · toto sine errore
· ex mente · i · memoria diliges patrem · to
ta · i · sine obliuione · ex aia · i · voluntate di
liges spm sanctum tota · i · sine contrarietate · patrem
potenciam · filium sapientiam · spm sanctum benig
nitatem De duplici regno dei rubrica se

A
dueniat regnum tuum · petitio aduentus regni
· donum · intellectus · virtus · mundicia cordis
beatitudo · visio dei · vicium gula · ad
ueniat regnum tuum · Regnum dei militans
ecclesia · quam regit et triumphans ecclesia quam regit
Secundum regnum dei dicitur et gracia fidei et gloria spei
Primum regnum dei dicitur et militans ...
et loca prie · de regno militantis ecclesie scriptum
tacionem / Et sic uniendo sibi hominem assumptum spirituali et supernaturali
usque est unione / Ita in sacramenti confectione spirituali fit ubi est muta-
cione / et supernaturali / Tamen cum in omni assumpcione compositionis

naturalis ea que ut partes compositionis assumuntur, sic assumantur
quod unum est formale et alterum materiale, vel aborminantur in toto quod
formale est respectu duorum, sicut corpus et anima assumunt in compositione
hominis, et homo compositum constitutum ex illis duobus. Et ideo homo neque cor-
pus est neque anima. Filius autem dei nova unione assumptionem, que dicebat
auctoritas nunc, nam corpore et anime et faciendo et miscendo assumpsit
et hominem ex corpore et anima rationali factum sibi univit, non ut duas
partes quarum una formalis esset, et altera materialis, quia nec humana
natura materialis est ad divinam, nec divina formalis ad humanam, quia sic utraque
et perfecta esset humana natura divina, et esset humana natura in formam de-
itatis assumpta. Et ex hoc sequitur quod Christus non esset verus homo, quia deitas
sit ab eo quod est formale, et nullam unquam generis vero et quiddi-
tate distinctam, et sic per in quiditate distincta esset deus et non
esset homo. Et ideo assumptio non est naturalis, sed gratie, que vocatur assumptio
distincta, qua filius dei dignatus est assumere naturam humanam ut servi
tu divina in una persona, ita quod quecumque de veritate humane nature
manent sive sint materialia sive formalia, et quecumque de veritate
sunt convenientia nunc divine manent in ea, ita quod una alteram non
corrumpit vel formando ad aliam speciem transit. Sed etiam uniendo sibi
hominem ex corpore et anima factum sic univit ut non tertium ex duo-
bus constitueret, sed potius in se sibi existentem et tertium unumt, ita sunt
sicut homo sit filius dei, qui ab eterno genitus est a patre, qui etiam uniendo
sibi hominem sine omni sua mutatione assumpsit, quod non erat, manens
tamen immutabiliter quod erat. Sic etiam in sacramento novo modo con-
secrationis utitur, quo conficitur sacramentum panis in corpus, ita quod substantia
panis nec annichilatur nec alteratur, nec etiam separatim mutatur, sed sine omni
additione vel mutatione tota substantia panis in materia et forma panis
convertitur in corpus Christi sine eo quod aliquid addatur corpori, et absque eo quod
aliquid mutetur in ipso. Et hanc conversionem sapientes et doctores
legis competente proprio nomine transsubstantiationem vocant, quia tota substantia panis
simul in forma et materia et quanto transit in corpus Christi, absque eo quod corpus
Christi vel additionem vel mutationem recipiat aliquam. Ex illo in istud
transitu, si sic transitus proprie possit appellari, sicut ille homo filio dei uni-
tus est sine aliqua additione vel mutatione filii dei. Et ideo hec nomina
vocata a sanctis prophetis Christi. Novum faciet dominus super terram, femina circu-
dabit virum. Et alia Ecclesiastici: Innova signa et immuta mirabilia.
Ista cum auctor hic facit ad sue gratie nove perfectionis, qua hominem
dignatus est redimere unitum sibi et sanctificare incorporatum. Ysaie

Quis umquam audivit unquam tale, aut quis vidit huic simile? Ta-
lia enim decent auctorem nature, quibus non nature legibus subiaceat. Sed qui
vere super naturam tanquam nature opifex ostendat. Unde per prophetam: Ecce ego fa-
cio nova, et non erunt in memoria priora, nec ascendent super cor.
Apostoli Christi novis supervenientibus vetera proiicitis. Ad obiecta et
ergo dicendum quod cum dicitur quod ut nobis corpus et sanguis fiat domini nostri Ihesu Christi
dicendum quod verbum ibi fiat nullam mutationem notat naturalem, sed super-
naturalem mutationem notat in substantia panis que transit in corpus Christi. Nu-
llam autem sive naturalem sive supernaturalem notat in corpore, quia idem
corpus est in altari quod natum est de virgine et sedet in dei gloria
absque omni additione et alteratione, nisi quod est in altari nunc, ubi non
non erat prius. Sicut in uniendo sibi hominem filius dei nichil
additionis et nulla mutationis recepit, sed filius est homo, cum prius homo non
fuisset, et mutationem supernaturali in homine facta et non in filio dei. Ad-
est autem quod dicitur de verbis Ambrosii, quod cum dicit quod cum dicat Ambrosius
quod sermo Christi creaturas mutat, intelligit de mutatione supernaturali, que
transsubstantiatio vocatur, quod tota substantia panis transit in corpus Christi. Ad est etiam
quod dicitur quod substantia panis unitur in corpus Christi. Dicendum quod talem supernaturalem
intelligit unionem in qua quidem unitur in gloriosum et divinum dominicum
corpus. Sed ipsum Christi corpus nullam sustinet unionem additionibus vel
alterationibus, sed efficitur tamen in altari ubi non fuerat prius. Ad est autem
quod obicitur quod sit ibi mutatio panis de non esse panis in non esse.
Dicendum quod hoc penitus falsum est, panis enim in illa supernaturali muta-
tione numquam est in non esse. Non esse enim aut dicit privationem aut negatio-
nem, quod si dicat privationem, tunc dicet privationem forme panis in
materia panis in qua privatione iam esset per inchoationem corruptionis quod quod peni-
tus est absurdum, quia sic corpus Christi non nisi ex pane generaretur. Si autem
dicat negationem, tunc annichilaretur in sacramento substantia panis, quod
fides katholica non admittit, quia sicut diximus substantia panis tota
transsubstantiatur in corpus Christi gloriosum et divinum, et sic efficitur substantia panis
quod non erat prius, et hoc est aliquid effici et non annichilari. Eodem modo
solvendum ad id quod obicitur de corruptione et generatione, quia nulla penitus est ibi
generatio, cum corpus Christi ibi maneat ante et post secundum eundem statum
in esse naturali et divino, nisi quod efficitur in altari, in quo non erat prius.
Ad id autem quod probatur panis non esse materia corporis domini est concedendum
sicut de veritate ad ingenium deducunt obiecta. Sed dicendum quod panis et
vinum secundum suas naturales substantias sunt materia sacramenti ex quibus sacramentum
constituitur, sicut ex corporali elemento sicut in antehabitis dictum est. Et preterea
antedicta quod supernaturali transsubstantiatione transit in corpus Christi, et ideo non a-
nnichilatur, et tamen in corpore Christi nulla sit additio, et ideo illa obiectio non pro-
cedit. Et quamvis quod in naturalibus non reperiatur simile, tamen cum licet in divinis

que decet in se hec terminus nec actionem / sicut dicimus mox / Ad quod
autem quod queritur quid conditiones notet ille propositiones / tu dic de pane
vel ex pane fit corpus Christi / Dicitur breviter probatum quod nec materiam notare potest
nec ordinem simpliciter / Sed dicendum quod supernaturalis transsubstantiationis
notat principium et ordinem / quia illa supernaturalis mutatio est tota
in pane / et illud terminum in dominico corpore / quia hoc nec incipit
esse tunc cum hec fiunt / nec incipit esse panis quia numquam fiunt panis
nec est nunc etiam / nec forma domini corporis incipit esse in materia panis
quia nihil in corpus per additionem recipit / Sed si aliquid notat in corpore
domini hoc non est nisi quod sub formis sacramentalibus panis et vini in
altari incipit esse corpus domini et sanguinis sub quibus non fuit prius
Illud enim in ista materia realiter dici non potest / Et hoc notat conditi-
ones propositionum vel hoc est in [illegible] causales neque partes [illegible] parum
consignificat / quin significet aliquid per se ipsas / Et ideo a grammaticis sibi con-
trahunt modos et conditiones consignificandi / Et ideo aliquando notat ~~ordinem~~
~~mutationis in eodem quod secundum esse~~ conditionem principii materialis in muta-
tione / aliquando autem notat ordinem mutationis in eodem quod secundum esse distin-
guitur / aliquando autem notat conditionem ~~temporis~~ transsubstantiationis supernaturalis
secundum quod distinguitur adiungitur / naturam enim est ut dicit Gelasius / quod sic verbo creatoris
universitas et obsequitur et operationem creatoris / ita et sermo de rebus
naturalibus significationibus ad obsequitur quas admittit operationis crea-
toris / quia non sermoni res sed sermo rei subiectus est / Ad quod autem
quod obicitur de interceptione medii in mutatione / Dicendum quod ratio obiectionis
non procedit nisi de mutationibus continuis / in quibus infinita facta sunt in
uno facto sed ista mutatio est simpliciter / et sine medio / Et ideo numquam
est tempus vel nunc temporis in quo substantia panis vel sic sub forma pa-
nis / neque sub forma corporis domini / Hec autem supernaturalis mutatio non
abicit a substantia eius quod mutatur / nec accipit formam post formam post
formam eius in quod mutatur supernaturaliter / Sed repente sine medio tota sub-
stantia panis supernaturaliter transit in corpus Christi / sicut sine medio filius
dei sibi assumpsit naturam hominis / et sibi univit hominem in esse persone
et unitate / absque eo quod humana natura per vices temporum exiret de potentia
ad actum et de incompleto ad completum / quia faciendo naturam assumpsit et
univit / et assumendo et uniendo fecit carnem / Hic ergo caute [illegible] est
loquendum qui enim deus tota sua virtute agit vel operatur / sicut vo-
cavit naturam / Et sicut operatur / sic etiam operatur in sacramento ad trans-
substantiationem / tunc non potest esse mutatio composita / que medium intercipiat
quia virtus qua operatur est infinita / Et hoc operatur in nunc / et non in tempore
et ideo in tali operatione de hoc facta sit absque eo / quod umquam sit in me-
dio / quia si interciperet medium ipsa mutatio tunc oportet necessario quod esset in
tempore / et hoc nullo modo stare potest / Sed contra hoc ad hoc obicitur

quidam sophiste dicentes / quod secundum hoc aliquod nunc temporis est in quo
substantia panis est sub forma panis / et aliquod nunc temporis est / in quo
substantia illa transsubstantiata est in corpus Christi / hoc ergo nunc aut est idem
nunc / aut duo nunc / Si sunt idem / tunc sequitur quod in eodem indivisi-
bili nunc / est aliqua substantia panis et corpus Christi / Et ad hoc sequi vi-
detur quod contradictoria sunt simul vera / Quia si est substantia panis et
corpus Christi / per eandem vocem est / hoc autem est impossibile / Ergo illa
nunc que dicta sunt non sunt idem indivisibile nunc / Si autem dicatur
quod sunt duo nunc / tunc cum nichil sit medium tempore / ut iam probatum est
/ sequitur quod duo nunc immediate se consequuntur in eodem continuo tempore / quod
est impossibile / et tamen demonstrationes multas que in sexto physicorum dicun-
tur / Ad hoc autem dicunt per istud dicendi / Sicut non credere volumus quod est idem tempore
omnium temporalium / quod continuitate sua sed a continuitate motus celi / Et si
cum hoc concedamus / quod ista mutatio supernaturalis et alia supernaturales mu-
tationes sunt in nunc temporis / Tunc dicimus quod idem est nunc in quo substantia
panis est panis / et in quo transsubstantiata est in corpus Christi / Sed
illud nunc / quod est continuans nunc in tempore / secundum unum finis respectu preteri-
ti / et secundum unum principium respectu futuri / et ideo in primo illius est
panis / et in fine illius factum est / quod est corpus Christi / quia facta est trans-
substantiatio per quam est corpus Christi / Unde in principio hoc est in ipso nunc
secundum quod secundum unum principium factum est / quod est corpus Christi / et tamen non fuit
corpus Christi in eodem autem secundum quod secundum unum finis est panis / et continue
prius quod non erat panis / Si quis tamen illa subtiliter inspiciat videbit
per hoc secundum philosophiam / quod id quod stat et actu et motu non est sub
motu celi sicut ceterum / ab illo per hoc non cadit sub nunc temporis
neque sub tempore / Et quia tales sunt naturales mutationes et subiecta quod
sancti secundum quod sunt subiecta talium mutationum non sub motu celi /
sequitur per hoc / quod nunc sit in nunc temporis / neque in tempore secundum illa temporis
rationem / qua philosophi de tempore loquuntur / Tales enim mutationes non sunt
motus tales qui sunt actus imperfecti / eo quod nichil in eis exit de po-
tentia ad actum / Sed actus perfectissimi in quibus non est nisi de
privatio unius perfecti et alio perfecto absque eo quod continue amittat unum
et accipiat alium / Et sunt tales mutationes actus sicut diversi motus in-
telligentie / actus vel motus qui de luce sunt in lucem neque de potentia ad
actum exeundo / et non sunt tales motus ut in aliquo continuo mensu-
ravate / Sed ponimus sunt de vicibus in vices / et ille vices remanent discrete
et non continue / sicut [illegible] elementorum talium in orationem et in ta-
libus non est inconveniens quod due vices immediate se consequuntur / Ita quod ni-
chil sit earum medium / Et hoc non dici potest quod in una vice est pa

nibus / et in nulla vice post illa erit panis / et in alia consequente vice
est corpus christi / et in nulla vice ante illa erat corpus christi / Et hanc solucionem
ego puto veriorem / quam priorem / In causa Iac(obi) i. ubi ab ipso deo re-
movetur temporis mutacionis status causa removetur causa / que est diversus
successionis / apud quem non est transmutacio nec vicissitudinis obum-
bracio / Et si dicatur quod talis variabilis successio durat temporibus tunc participa-
bit novum tempus equivoce / ad tempus quod est numerus motus primi prius et
posterius / de quo philosophi locuti dicentes / quod adiacet illi motui
primi mobilis / et per illud mensurantur omnes motus qui causantur ab ipso
motu primi mobilis / Et hoc nunc tempus non continuum est quo
mensurantur actus creaturis / et omnes illi actus divini qui sunt in
misterio incarnacionis et sacramenti / sicut iam diu determinatum est
Hoc est autem hic preter mirabile / quod tu dicis corpus christi nunc incipit
esse sub formis sacramentalibus in altari / et non fuit hic ante
/ Hoc non intelligimus / quod corpus christi locali motu descendat de celo.
/ et incipiat hic esse / quinymo dum incipit esse in altari / remanet
in loco in dextera dei / et tamen incipit esse hic / Alia causa quod
corpus christi sine omni motu et mutacione sua potest simul hic et
alibi / et incipit esse hic et alibi / quia corpus christi in quantum est di-
vinum / et non in quantum est corpus / Et quia deitas est ubique / sequitur
in aliquo proprietatem deitatis corpus divinum accipit posse esse in plu-
ribus simul / Aliud autem corpus erit in uno loco tantum / unde sicut
dicitur quod christus dicitur esse hic vel alibi / quia apparet hic vel alibi sine
motu et mutacione que fiat in ipso / ita corpus christi incipit esse
hic vel ibi / quia visibilitas speciei sacramenti apparet hic vel
alibi / sine omni motu et mutacione que fiat in ipso / Et similiter
est dicendum quod post sumpcionem sacramenti desinit esse in altari / et
est in celo quod motu locali non transcendit in celum aliquo descen-
dendo de celo non descenderat / Sed tamen non est hic / quia hic visi-
biliter non apparet / Hec est fides katholica in locucionibus istis / Et
ideo hec verba a nobis dicta caute / et fideliter sunt tenenda / Et
propter tales quasi nunc difficultates dixit spiritus sanctus Exodus xii Si
quid residuum fuerit igni comburetis / quia multa manent in secretis
dei residua / que humanus non potest penetrare intellectus / Et quia igni
spiritus sancti / et igni devocionis sine magna discussione sunt committenda
/ Adtendamus enim est / quod dicitur Amos ii Super tribus sceleribus / et super
quatuor non convertam eum / eo quod incendit ossa regis ydumee usque
ad cinerem Moab enim que prius interpretatur / et sicut cuius quod de patre ad iam

sunt ex parte diaboli / qui omnia perfectis racionibus volunt discutere / qui
tria et quatuor scelera committunt / tria quidem quorum primum est quia
in mensura ad inopiam perfectorum corporum mensurare volunt / Secundum autem
ad capacitatem sui intellectus ultra immensitatem dei extendunt / cum hoc
sit impossibile / Tercium autem quia secreta maiestatis dei temere per
scrutantur / Et hec sunt tria cordis eorum scelera / quartum autem sunt / quia cum
invisibilia dei perfecte in vestigio et ymagine non demonstrentur · isti
arguunt ad ea que sunt ex quo sunt / sicut etiam in naturalibus inveniant / Secundum
autem quia ea que per ablacionem et eminenciam exponere debent ipsi
per posicionem exponunt / ac si infinita de divinis affirment / Tercium autem
scelus est / quia deo propria sua non relinquunt / cum tamen omni rei sua propria re-
linquat / Quartum vero est / quod et maximum est quia fidem que super
intellectum et racionem est / ipsi sub racione supprimere intendunt / De primo horum
scelerum dicitur ysaie xl Cui similem fecistis deum vel quam ymaginem pone-
tis ei / Ipse enim omnibus perfeccionibus minus perfecte simile invenit / De secundo dicitur
ii chorinthiorum x arma milicie nostre non sunt carnalia / sed potencia deo ad
destruccionem municionum consilia destruentes et omnem altitudinem ex-
tollentem se adversus scienciam dei / et in captivitatem redigentes omnem in-
tellectum in obsequium christi / De tercio dicitur proverbiorum xxv Sicut qui mel co-
medit multum non est ei bonum / Sic qui perscrutator est maiestatis
opprimetur a gloria / De quarto autem dicitur Job xi Forsitan vestigia dei
comprehendes / et usque ad perfectum omnipotentem reperies excelsior celo
est / et quid facies profundior inferno / et unde cognosces ~~dei~~ longior
terra mensura eius / et latior mari / et ideo nichil invenitur in creaturis
superioribus vel mediis vel infimis quod sufficienter opus dei manife-
stet / De quinto dicitur ysaie xl Omnes gentes quasi non sint sic sunt
coram eo / et quasi nichil et inane reputate / Nichil enim omnium que
facta sunt est deus / et ab omnibus evidenter elevatur / Sicut dicit Ecclesiastici
xliii In omnibus glorificantes dominum ad quod valueritis ipse enim omnipotens
est super ~~omnibus~~ omnia opera sua / Dyonisius de divinis nominibus in ipso
est affirmacio omnium posicionum / et omnium potencia negacio tamquam de eo
qui super omnia existit / Et ecclesiastici xliii Terribilis dominus et magnus
vehementer et admirabilis potencia ipsius / et ideo sicut ipse in nullo
genere entis est / sed excellit omnia / ita accio ipsius et opus in nullo est
accionis vel operis sed omnia excellit / Et ideo eciam mutaciones que sunt
supernaturales in sacramento / non sunt mutaciones que sunt in genere / sed sunt
super omnem mutacionem / De sexto scelere dicitur ysaie xxiiii Secretum
meum michi / nullus enim in sinu secreti dei sit / qui propria deitatis scru-
tatus sit / nisi filius sicut dicitur Johannis primo deum nemo vidit umquam

m lc

nisi unigenitus / qui est in sinu patris / ipse enarravit. De scptio at
scele' / qp fidem sub intellectu rom ponere dicit Hugo / q fides no hz
meritu / cui huma rao pbet experimentu. Et de talibus dt dns Joh
iij si terrena dixi vobis / et no credetis / quo si vobis dixero celestia
credetis / qz etia in terrenis multa operat deus q no capimus per
rom / et multo mins cape possimus illa celestia supnalia / et
sup mundana / q ipse sup celesti . et diuina sua potentia et sapia
operat. Sapie ix difficile estimamus q in terra sunt / et q in pspectu
sunt invenimus cu labore / que in celis aut quis investigabit. Sen=
sum aut tuu quis sciet nisi tu dederis sapiam et miseris spm
sctm tuu de altissimo. Istis go curiosis occupati sunt / qui nimis
investigant misteria deitati soli nota. Rex enim ydumee ei est
/ qui sic dicit ysa lxiii venit de edom tinctis vestibus de bosra de
quo etia dt ps In ydumea extendam calciamentu meu / qz ipsa
carne et carne calciata venit ad nos deitas / Eius rex ossa / est
fortiora misteria incedit in cinerib / qui calore ppij ingenij successus
usq ad minima vult investigare / Et ille ouibus illis q dicta sunt
tbg et quatuor scelcibus involuit. Ro xii Dico ouibus q sunt inter
vos no plus sape / qm oz sape / sz sape ad sobrietate / quanta
enim sapia iuncta est / qz sic dr abd i . quedam sapietes de yd=
umea prudetes de monte esau. Et ic i . chore . n . no in sapia
verbi / ut no evacuet crux xpi. Sic go sic loquendu e sicut dixius
de qsto pricipali qualiter sacramentales spes / sicut est accia in hoc
sacramento remaneat / ex quo sba panis et vini no manet / quam
sbam afferrent / et ex quo no afferunt sbam corporis et sanguis
domini / que ut est ibi stati stati fita trassubstaco. Ad quid go
manet qq spes accnum / que sunt figura . color . odor . et sapor . Hoc enim
quesivit quidam magis curiosi qz devoti. Et tn oz qd qsitioni cor
satisfaciat qua pcipit apos petrus i pe iii parati semp omni poscenti
vos redde ronem / de ea q in vobis est spe. Ad hac go qdam ptes an
vos rnderunt / qz sacrm est salua in aqua sensibili forma / qz ut
dt augus nrgit sensibus / et que sit ymago gre / quia gsrt sacrm
/ et qz no pnt esse sensibiles forme / que ymago sint intrinsci
spualis quod gerit eukaristia / nisi forma intrinsci sensibilis panis
et vini / quarum vna ducit rom in intrinsecu spuale / et alia
in potu spualem / Ideo ut dicunt has formas manere neccesse est / ex q=
bus in mente ymago intrinsci / et potus spualium accipiatur. Quius
aut etia assignat valde aliam quecente rom / qz sit in sua
sacramentali / qd sacrm noue legis nullus ea existit / nisi cuius ymma=
ginem sensibilem gerit. Si go dicat qd forme in sensu mdi

de speciebus sacr.

tales intinctio naturale et corporeus non manent / tunc sequeretur quod sa-
cramentum istud non esset causa intinctionis spiritualis / Et hoc est absurdum
contra omnia dicta sanctorum / et contra omnia que in predictis determinata sunt
/ Ad hoc autem etiam inducunt auctoritates domini. unde Johannis iiii. Cum
samaritanam instruere vellet de refrigerio sitis spiritualis a sensibili
aqua eandem samaritanam manuducere incepit dicens Omnis qui bi-
berit aquam / quam ego do non sitiet in eternum / sed fiet in eo fons aque
salientis in vitam eternam / Conveniens est ergo a corporalibus manu-
duci hominem ad spiritualia / oportet aliquas relinqui proprietates corpo-
rales / ex quibus manuducatur Cum ergo ex omnibus sacramentis homo
sit erudiendus / oportet quod species corporales in sacramentis relinquantur / Ad hoc
autem inducunt illud quod Matthei xiii. sine parabolis non loquebatur
ad eos / oportet ergo sicut in parabola quadam salvari proprietates corporum
ex quibus instructio accipiatur divinorum / Ad hoc autem hoc etiam arguitur
ex causa institutionis sacramentorum / que est triplex eruditio humilitatis et exer-
citium / sicut enim dictum est quod propter eruditionem institutum est sacramentum / oportet eru-
ditionem a corporalibus formis incipere / ex quibus similitudinem accipiat
divinorum / sicut propter humilitatem dicitur institutum / oportet humiliari ad infimis
elementis sicut per elementum infimis superbientes elevari volu-
imus ad superiorem dignitatis equalitatem in primis parentibus / sed exerci-
tati fuerimus ut nos diversis occupatos inveniat / quia sic exerciti-
um erit in inferioribus ad intellectum superiorum / et hoc item conveniens
est sensibiles formas in quibus exercitentur remanere Ro. i. Invi-
sibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoque vir-
tus eius et deitas / Addunt autem ad hoc quod veritate umbre oportet
confirmari Umbra autem in sacramentis veteris legis fuit in corporibus
et corporalibus formis / que gratiam futuram significabat Hebr. x. Um-
bram enim habens lex futurorum bonorum non ipsam imaginem rerum i. Chor.
x. Omnia in figura contingebant illis / scripta sunt autem propter nos / oportet
ergo quod etiam nove legis sacramenta essent in sensibilibus formis / Sed
contra alii obiciunt / quia contra hoc videtur quod substantia panis mane-
re deberet potius quam accidens / quia dicit Aristoteles quod per se cibus nutrit / forma
autem accidentis non est per se cibus / sed potius substantia panis et vini sunt
per se cibus / substantia ergo nutrit non accidens / et substantia panis et vini ma-
nere debuit / et non accidentia / ut videtur / Et huius signum est / quia Helias
iii. Reg. xix. non accepit in intinctum accidens panis / sed panis
veritatem in quo tamen voluit eucharistia significabat ut dicunt cibando v
milia hominum exhibuit accidens panis / sed panis veritatem Johannis vi.
de quo tamen redarguit iudeos quod in illis non intellexerunt eucharistie sacra-
mentum / Ad hoc autem exhibendo de celo panem Exodi xvi. non dedit
accidens panis / sed veritatem in quo tamen voluit intelligi verum intinctum

sine cibum cetere / sicut patet Joh. vi per totum / Ex omnibus hiis videtur
quod substancia panis manere debet cum accidentibus / et non accidentia tantum quia
substancia vera cibi facit saturitatem / et non accidentia proportionata substancialiter / ad hoc
eciam addunt quod ostendendo id in sacramento / quod videtur nutrire et non nu-
trit potius videtur esse illusio quam veritas / Accidens autem indicat nu-
trimentum / et non nutrit / substancia autem cum accidentibus et indicat / et nutrit
Ergo si dicatur manere accidentia sine substancia / videtur potius esse sacramentum
illusionis quam veritatis / Si autem manet substancia cum accidentibus / tunc habebit
veram nutricionem / et veri nutrimenti saturitatem / et sic videtur esse sacramentum veri-
tatis / Secundum quod enim videtur esse significacio talis qui percipit nullus est in
sompno visis experimentis sicut sompniat esuriens et comedit cibum autem cum
experrefactus fuerit vacua est anima eius / Et sic sompniat siciens et bi-
bit et postquam fuerit experrectus lassus adhuc sitit / et anima eius vacua
est / Talis ergo remanencia accidencium potius videtur facere ad illusionem quam
ad sacramenti veritatem / Ad hec autem omnia et similia / dicendum est / quod in veritate
in sacramento remanent accidencia panis et vini / sine omni substancia illis accidentibus
subiecta / que ipsa afficiat accidencia / Substancia enim panis et vini quando substancialiter
illa afficiebat accidencia / tunc propter veritatem sermonis domini / tum eciam propter veritatem
sacramenti manere non potuit / quia si ibi substancie panis et vini manerent non esset
verus sermo domini quo dixit hoc est corpus meum / et hic est calix sanguinis mei
/ quia panis non est corpus domini / et calix vini / non est calix sanguinis domini
/ veritas eciam sacramenti non salvaretur / quia veritas sacramenti est in hoc / quod significetur
in sacramento esse verus cibus et verus potus spiritualia sicut ipse Joh. vi dicit Caro
mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus / Si autem remanerent in sa-
cramento substancia panis et substancia vini / tunc accidencia illa essent in substancia
panis et substancia vini / et essent illis subiectum proprium / et ideo non indica-
rent nisi nutrimentum quod prestaret substancia panis / et substancia vini / et ille
est cibus qui perit / sicut dicitur Joh. vi / et ille in sacramento requiri non debet /
/ Cum autem illa substancia non manet / tunc non possunt accidencia illa ducere in
tale corporale nutrimentum / et sic necessario inducunt in spirituale nutrimentum
quod in sacramento est requirendum / Ad primum ergo ad primum / quod in veritate sic dicitur
phisice non nutrit nisi per cavum et porum ab et porum humidus / et sic de-
aliis similibus partibus in homine / Secundum quod tale nutrimentum corporale quo
diversa membra in homine nutriuntur / et hoc quod similia in corporibus nutri-
untur in sacramento sicut dicit dominus non debet requiri nec cogitari / Ideo dicendum quod
illud corporale nutrimentum non sit in sacramento / Sed totum est in forma et materia
transsubstantiatur / Ideo substancia panis et vini non debet manere in sacramento sed
accidencia tantum per translacionem significant ad spiritualia significata nutrimentum
spirituale hoc significatum est / Sap. xvi ubi dicit quod non nativitatis
fructus pascunt homines / Sed sermo tuus nutrit hos qui in te confidunt
hoc enim visum est in sacramento altaris in quo fructus nativitatis
non manent / Sed sermo domini positus in forma sacramenti facit in sacramento

pastu spiritualem / Et aut abicit de thelija / et de sacris veteris le-
gis / non est simile / quia illa sunt signa imperfecta quam pastum
spiritualis ex seipsis non conferentia / Et ideo manebat corporum substantia
quia spiritualis pastus in eis non continebatur / Unde cum duo essent qui
pastum corporalem in sacramentis requirebat in sacramentis redarguit
dicens Joh. vi / Amen amen dico vobis queritis me non quia vidistis
signa / sed quia manducastis ex panibus et saturati estis / Illi enim pa-
bat in sacro fidei devotionem et ventrem / et non pabat mentem
ad fidei devotionem / Ideo et cum ventrem tenent ut raperent eum et fa-
cerent ipsum regem super se / sub cuius regimine cibum haberent corporalem
fugit ipsos Joh. vi quia non dignatur eos habere regendos qui cibum
corporalem in sacramentis requirunt / quia de illis dicit propheta in Psalmo
rum deus ventre est et gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt
Et hos invitans ad intellectum spiritualis nutrimenti dixit Joh. vi verba
que locutus sum vobis spiritus et vita sunt / Super alios aut qui spiritua-
lem querebant cibum non negat se esse regem / quod etiam coram pi-
lato confitebatur Joh. xix dicens Tu dicis quia rex sum ego / sed re-
gnum meum non est de hoc mundo / Ad id quod obicitur quod illusio et
non veritatem sacrum esse videtur / Dicendum quod in veritate illusio esset / si substantia
panis et vini manerent / quia hec non significaret esse in sacro,
nisi corporale nutrimentum et homines ad ipsum tanquam ad corporalem
cenam convenirent quod prohibet Apostolus i Corinthiorum xi dicens Con-
venientibus vobis in unum / iam non est dominicam cenam manducare
unusquisque enim suam cenam presumpsit ad manducandum / Ac si dicat
Si in cena domini presumitis manducare cenam vestram corporalem non estis
digni / quod dominicam cenam manducetis / Tales enim estis ut illi qui
dixerunt Joh. vi durus est hic sermo / et ex hoc multi discipulorum eius
abierunt retro / et iam amplius non ibant cum illo / quia nesciebant nisi
corporalia querere / Nec ideo est illusio / quia accidentis forma non mentit
/ quia in sacro non assumitur ad intelligendum / sed potius ad spirituale
nutrimentum significandum / Et hoc facit illo modo quo corporalia sig-
nificaverunt ad spiritualium significationem / Hoc aut in veteri lege esse non
potuit / quia ibi velata gratia / et non revelata stabat / sicut dicitur
in epistola ad Hebreos ix de hoc sacramento et sacerdotio novi testamenti lo-
quens per comparationem ad vetus dicit / Hoc significante spiritu sancto nondum
propalatam esse viam sanctorum / ad hunc priori tabernaculo habente statum
Et ideo signa in illis sacramentis erant imperfecta / Sed cum velum
templi scissum est a summo usque deorsum / sicut dicitur Matthei xx-
vii patefacta sunt archana dei in signis gratiam in sanguine domini
et hec in sacramentis revelate gratie signa perfecta dabantur / Contr-
aria aut que dicta sunt / ad hunc obiciuntur / quia in multis sacramentis
nove legis manent species elementorum / que sunt materie sacramentorum

Et quibus sumuntur signa significantia gratiam / sicut in baptismo manet
aqua dicente domino Iohannis iii Nisi quis renatus fuerit ex aqua
et spiritu sancto non potest intrare regnum dei. Et in confirmatione manet
crisma propter quod uncti christi dicuntur / Psalmus Nolite tangere unctos
meos et in prophetis meis nolite malignari / Et in unctione
extrema manet oleum / Dicitur enim Marci vi ungebant oleo multos in-
firmos et curabantur / et tamen illa sacra conferunt gratiam spiritualem
/ Videtur ergo forte quod etiam in hoc sacramento corporalia que sunt substantia panis
et vini manere debent / Ad hec omnia et similia dicitur quod non
est simile de isto et aliis sacramentis nove legis / quia elementa que
sunt materia in aliis sacramentis ad usum significandi gratiam non assu-
muntur / propter substantias ipsorum elementorum / sed potius propter qualitates sicut
aqua in baptismo assumitur propter vim ablutivam / quam habet non
a substantia / sed a qualitate humiditatis / et propter virtutem extinguendi et re-
frigerandi incendium fomitis / et hanc virtutem non habet aqua a
substantia / sed a qualitate frigiditatis / et assumitur etiam propter mutorem pu-
ritatis quam confert et hanc vim etiam non habet a substantia / sed potius
a puritate proprietatis / aqua autem secundum suam substantiam nichil si-
gnificat in sacramento / Et ideo etiam eius substantia secundum quod est substantia
nichil causat in opere / quia sicut semper dicitur sacramenta nove legis
causant id quod significant / et non plus / Similiter autem est in crismate in
confirmatione / quod ex proprietatibus suis unctivis et dissolutivis et
penetrativis significat et causat gratiam / et similiter oleum in unctione
infirmorum / Et ideo substantia talium manens in sacramento non impedit
fidem ad gratiam que causatur et continetur in sacramento / Sed in alta-
ris sacramento substantia panis et vini notantur / et non significat vestigia
aliquod nutrimentum / sed conferunt nutrimentum quod in corporibus est / Et ideo ma-
nentes ille substantie impedirent fidem / que ex actibus eorum dirigitur ad
credendum ad esse nutrimentum in sacramento / Et ideo contra fidem facerent
manentes substantie / Et ideo ille substantie non manent / sed transsubstantiantur
omnes tamen ille que mote sunt difficultates compulerunt secundam opinionem
ponere / quod cum corpore christi manent substantia elementorum in sacramento / Deinde
dicitur secundum quales in sacramento semper dicta manent accidentia / Et
ad hoc quidem est magister in iiii sententiarum / quod ibi manent accidentia iam
sine subiecto aliquo et hoc probare nititur / quod substantie panis et vini
in quibus illa accidentia fuerunt sicut in suis subiectis non manent sicut
iam determinatum est / Corpus autem christi gloriosum quod est sub istis acci-
dentibus non afficitur talibus accidentibus / Et ideo nec in illo sunt color
aut in quo videntur et sentiuntur illa sacramenti accidentia non constat ad
figuram / ita quod figurentur in rotundum album quod ibi apparet et
tamen non sunt ibi plura substantialia / quia illa tamen et in nullo eorum

possint esse sine subiecto ibi esse probant / Obiicit autem fortissime contra
positionem istam primo quidem ex accidentis diffinitione quam ponit
porphyrius / quod accidens est quod cum sit in aliquo non sicut quedam pars impossibile
est esse sine eo in quo est Non enim accidens est pars essencialis
vel integralis eius cuius est accidens / est in quo dicitur a differencia constitutiua
que est pars essencie / et dicitur a forma / que est pars essencialis totius
constituti / et dicitur a materia et integralibus / que secundum suas figuras maneant
aliquam essenciam a toto separate / Propter hoc autem quod dicitur quod impossibile est esse
sine eo in quo est predicto dictum est / quod esse eius in subiecto sicut a sua
causa / et eo sicut rationem suam tamen ita recipit subiectum in sua
diffinitione / et ideo intellectus non permittit quod sine subiecto intelli
gi possit / Si autem sine subiecto non potest intelligi / tunc omne impossibile
est esse sine subiecto / et hec est obiectio fortissima / Ad hoc autem
in septimo prime philosophie probatur multipliciter / quod accidens est esse / et non essencia
/ esse autem numquam potest intelligi / nisi in eo in quo est / ergo accidens in
telligi non potest / sine eo in quo est / ergo multo minus esse potest sine eo in
quo est / Ad hoc autem omnes multi dicunt accidentia ad substanciam redunt
propter hoc quod accidens est non est ens / sed potius quedam modus entis simpliciter
vel dispositio entis / et hoc probatur a principio nominis libri prime philosophie
Modus autem et dispositio entis nullum sunt sine subiecto suo / quod est
ens simpliciter / quod nunc subiectum est simpliciter principium intelligendi ipsum
Ergo sine tali ente non est intelligibile / ergo multo minus potest esse sine
ipso / Ad hoc autem et omnia similia dicunt isti / quod philosophia non tenet
in miraculis diuinis / dicunt enim quod accidencia sunt sine subiecto per diui
num miraculum / sed sicut hoc modo respondere volunt / cito de omnibus nos expedi
emus dicentes sine omnibus esse miraculum diuinum / quod secundum Boetium pe
ius non licet qui in quod singulis parti assignare rationem / de ea que
in nobis est super omni petenti rationem a nobis / Alterum hoc non vult
paulus titum ii ubi loquitur de episcopo dicens optinentem eum / qui secundum
doctrinam est fidelem sermonem / ut potens sit exhortari in doctrina
sana / et contradicentes reuincere / Reuinci autem non possunt contradicere
nisi per rationem / Et ideo dicit Jeronimus in prohemio prologo galeato / Veri-
tas quippe rusticitas / solum ibi prodest / et quantum ecclesiam dei edifi
cat et vite merito tantum nocet si destruentibus non resistat / parum
ergo est dicere in doctrina fidei / hoc vel illud sic esse per diuinum mira-
culum nisi aliqua ratio assignetur / Hoc enim est docentis proprium quod nichil
doceat nisi conuenienti ratione / Ideo sunt similes dicentes / quod in veritate
in accidentibus est magna differencia / Credenda enim valde propinqua sunt
subiecto et ipsorum primo ante omnia alia accidentale formarum subiectum
est receptiuum sicut est quantitas continua / ratione cuius subiectum secundum
magnitudinem / et figuram / et per magnitudinem prius ea subiecit co-
lori / sapori / et odori et huiusmodi accidentibus / et ideo tales qualitates
sunt maiores in maiori / et minores in minori subiecto assigna

tes / ergo tertio videndum quomodo sint in subiecto accidentia sicut / dicunt quod
omnibus que sunt in sacramento materia sit exaltatio nec et malis substantie
sicut dignum est fieri in tanto sacro / corpus enim maiorem non glorificum
non divinum exaltatur per subtractionem maiorem / glorificum et divinum
debent ergo secundum tertio consequi exaltari accidentia / que sunt
in materia sacramenti / Et ideo quantitatis magnitudo que non est
per se / exaltatur ut sit per se sicut substantia subiecti / et in illa
est figura / et in quibus est color / et odor et sapor / Sic dicunt
quod exaltatur dominus in virtute sua / et sic cantamus et psalla-
mus virtutes eius in omnibus / Secundo dicunt per sic dicitur sapientie viii
Sapientia dei operans in sacramento attingit a fine usque in finem fortiter
et disponit omnia suaviter / quia nichil relinquit in sacro quod
non attingat et exaltet / Et addunt etiam quod non consimilia opera
probantur operantibus virtutibus divina / et naturalibus virtus naturalibus enim virtus pro-
batur per opera nature et voluntaria probantur per opera voluntatis / et anime
virtus probatur per opera anime / Cum ergo divina virtus operetur in sacro oportet
quod probetur per opera divina / opera autem divina sunt transsubstantiare
materiam ad creatum / et non glorificum ad glorificum / et non divinum
ad divinum / et restabat ut in solo accidente opera divina pro-
bantur / probatur autem in hoc / quod accidens mutabitur ad modum substantie
/ in hoc quod efficitur per se existens / Sicut enim quantum ad sacrum
verum est quod dicit ysaias propheta omnia opera nostra operatus es
in nobis domine / Ad hoc autem persuadent hoc ex operibus Christi
Christus enim faciens miracula nichil relinquit imperfectum
quia quos curavit in corpore / curavit et in anima / Cum igitur
opera sacramenti sint opera Christi / qui Christus ut verbum patris in creatum
operatur in verbo creato / quod perficitur hec forma sacramenti / nichil
relinquit imperfectum / quod non perficiat / ergo exaltando etiam per- imperfectum
ficiat forte sacramentales ut modo perfecte existentis perficiat
dicit ut propheta date magnificentiam deo nostro dei perfecta sunt
opera / Si autem aliquis super grece vellet / obicitur in contrarium / Sicut in
in sacro omnia exaltat tunc videtur quod ex accidentibus fiat substantias quia
aliter accidens non exaltatur / et aliqui talem doctorem concessisse inveni-
untur / si dicebat quia corpus christi non plus est sub accidentibus / quod tunc accidentia
continuntur in substantias / Et dicunt quod in talibus nutriuntur corporaliter
mures / et alia animalia / et homines multum de hostiis conservatis co-
medentes / quod si credatur sequitur res absurda / quod si deus frustra
substantiam panis in corpus suum transformaret / quia melius esset et com-
pendiosius quod primam substantiam panis non transsubstantiaret / Et cum illa sic
tunc ibi esset corpus christi / quod quod vmat virtute et aliam creat / Secundo
alii dicunt quod sub accidentibus illis iterum creatur alia substantia nova / ut accidentia
substantie efficiuntur ~~Et sic per se existentia facimus~~ / Si modo hic accipimus

substantie. Et in hoc quod per se existentia efficiuntur / et sic per se existentia fa
ciunt meliorem nutrimentum et augmentum / quam ab qualibus supposita fu-
erint per comestionem / hec autem omnia improbabilia sunt / et similiter
posita sunt forti ratione // quod enim aliquid participet diffinitionem / et non
participet nomen / non est intelligibile / Diffinitio autem substantie est
quod est res per se existens / quod ergo accidens efficiatur res existens et non effi
ciatur substantia non est intelligibile / et si forte ad hanc rationem aliquis
velit dicere / quod hoc quod dico res per se existens non est diffinitio substantie
/ quia substantia cum sit generalissimum non habet diffinitionem / hoc valde parum
valet / quia cum dicitur per se existens non est diffinitio substantie dicitur hoc quod
secunda est substantia / et quod est intrinsecum et essentiale substantie / et ideo
quibus non conveniat quocumque extra se / tamen oportet quod conveniat inter se id quod
substantia est / et per quod ab accidente distinguitur / et tunc ad hunc pre-
dicit obiectio / quia non est intelligibile quod aliquid sit vel efficiatur
substantia / Ad omnes autem istas difficultates determinandas oportet presta-
re ad quem usum manent accidentia in sacramento / constat autem / quod non ma
nent nisi ad usum significandi nutrimentum secundum cibum spiritualem / hanc
autem significationem non perficiunt / nisi per speciem quam ingerunt sensibus
quod ratio sufficit sufficit ad significationem cibi spiritualis / quia ita dicit
Augustinus quod sacramentum est signum / Signum autem est quod preter hoc quod est ingerit
speciem quam ingerit sensibus / ad facit in notitiam venire / Si ergo in sa-
cramento manent accidentia / ut signa / tunc omnino sufficit sacramento quod acci
dentia maneant secundum quod sunt sensibilia in sensum agentes probatum autem
est in 2o de anima / quod res sensibiles non agunt in medium sensus
et in sensus per suas proprias nationes / sed agunt in ipsa per solam for-
mam interiorem / sicut sigillum in ceram absque eo quod particulis
suis materialibus aliquid sigilli inferat cere / Si ergo accidentia agunt
sic in medio et in sensu / et ideo probatur quod odor sequitur subiecto
quia est fumalis evaporatio / et sapor sui humido digesto vel indi-
gesto / vel corrupto / quod est subiectum proprium saporis / et sonus se-
quitur sui figura que fit in repercussione solidi plani / que hic figura
sive aer figuratus est secundum proprium subiectum et color sequitur est in medio
et in sensu sine perspicuo tamen / quod hic proprium subiectum est coloris
est . n illud quod est in medio secundum naturam et propriam medii / et quod
est in sensu / secundum naturam et propriam sensus propriis interius colorem et
vocis / et odorem et saporem / quod sit color vel vox vel odor / vel sa
por / Et hec omnia a nobis valde probata sunt in scientia de sensu et
sensibili / Dico igitur quod ex quo accidentia non manent in sacro / nisi ad
usum significandi / significare autem possunt secundum quod sensibiles ingerunt sensibus
et ex quo illas non ingerunt medio et sensui per proprias materies
sic per se secundum quod remanent . ut intentiones ex spirituale quantitates sic dicit
sub per se secundum quod accidentia ut intentiones sensibiles manent in sacramento secundum autem
hoc esse manent in omni natura / sine propriis subiectis / et hic substantie non

efficiunt / et in quantum sunt sensibiles / Convenienter ergo ponitur quod sic manet in sacro / Quantum autem ad quartum persuadetur esse talis forme in medio / Constat enim secundum probata in perspectiva / quod ea que sunt in speculo sub duplici vident situ medii et forme / que videtur quorum situm unus est procedens a forma eius / cuius figura apparet in speculo ad speculum / et alter situs est reflexus a speculo ad videntem non autem reflectetur forma speculi ad videntem / nisi esset quanta et figurata et colorata in spacio reflexi situs / patet ergo quod sensibilia in medio sunt secundum naturam medii que mediat ad sensum in immutatione sua in ea / et sua potentiis eius / quia aliter forma calidi visa visum et medium dissolveret / et forma frigidi / utrumque utique constringeret / Non est ergo mirum in naturale sic ponere formas sensibiles manere in sacramento / ut sic sensibilibus faciat cognitionem et cognitio ad instinctum spirituale intelligendum subserviat / Ad id autem quod primo obicitur / de diffinitione accidentis / concedendum est / Sed forma ibi accidentalis diffinitur secundum suum esse / quod habet esse subiecto proprio / et in subiecto / et hoc non convenit eius secundum quod est intencio forme sensibilis in medio vel sensu existens / Ad id quod secundo obicitur / quod accidens est esse / et non essentia plane est concedendum sed tamen non est idem esse accidentis in subiecto proprio et in medio et in sensu / quia in esse medii et sensus est per esse medii et se sensibilis ponitur / et sic potest esse sine subiecto proprio et est sine subiecto proprio secundum esse autem materiale ipsius non potest esse sine ipso nec etiam intelligi / Et sic secundum diversitate esse accidentis intelligitur id / quod dicit Avicenna / quod accidens est rursus intellectus absolutum et esse concretum / Sed non intelligit Avicenna quod intellectus accidentis secundum esse materiale quod est in subiecto esset absolutus ipse semper dicit / Sic probat obiectio / Sed esse suum intencionale et sensibile est absolutum a subiecto / Sic dicendum est ad tertiam distinctionem / quia per esse materialis dispositionis multitudo accidentium reducit ad substanciam / Et tamen autem forma accidentalis tale intencionale esse accipit in sacro / Ideo contingit quod ipsa substancia ipsius in qua habuit esse materiale / et agere per principia materialia substrahitur / et non manet in sacro et ipsum probat per principia materialia substantiam / et non manet in sacro et probat accidens solum manens sicut sola forma sigilli et sub manet in cera post sigillacionem sicut supra dictum est / Tractatus secundus de forma

Secundum divisionem premissam assignatam / nunc exponit ratio ut de forma huius sacramenti dicamus / dicemus ergo primo de forma que dicitur super panem / et postea de forma / que dicitur super vinum Circa formam que dicitur super panem / quatuor inquiremus scilicet / et que virtute sit divisibili vel indivisibili operetur / unde trahat suam virtutem / et qualis sit modus forme in hoc sacramento / Ad primum autem consuetudo ducit / et ita habetur in Canone accipite hoc est corpus meum Matheus XXVI / vel sicut dicit Marcus XIIII Sumite hoc est corpus meum

Quartum hoc aut quintum videlicet hoc quod dicitur accipite sit de forma / hoc / non
ponunt tres evangeliste Mathei xxvi° Marci xiiii° dicitur sumite quod
idem valet / Luce xxii° dicitur dedit illis dicens / hoc est corpus meum
/ Ad hoc autem ut in premissis istius tractatus diximus quod hoc quod dicitur
accipite pertinet ad institucionem sacramenti / et non ad formam voluit enim
dominus per hoc declarare quod acceptum esse debet sacramentum ~~quod sibi tam~~
~~esset acceptum~~ tamquam a seipso institutum / Et ideo premisit / Accepit
panem vel accepto pane ostendens quod acceptum esse debet sacramentum
quod sibi tam esset acceptum / unde i Chorinthiorum xi / Ego enim accepi a domino
quod et tradidi vobis / Et enim domini acceptum habuit / et quod apostoli
tamquam dignissimum acceptaverunt valde ubi dicitur esse acceptum post / Tunc
acceptabis sacrificium iusticie oblaciones et holocausta tunc inponent super altare tuum vitulos
/ vitulos enim super altare ponimus / quando carnes peculiaria in con-
spectu altaris dominum mactamus ut digne tali sacramento communicemus
/ Sed tunc quintum videlicet illud quod dicitur hoc est enim corpus meum / sit de
forma / vel aliquid aliud / videtur autem quod hoc non sit forma / quia
dicitur in textu Mathei Marci et Luce / benedixit ac fregit / Ergo
aliqua benediccione benedixit / antequam hec verba diceret / hoc est corpus
meum / Et illa benediccione transsubstanciavit / et tunc illa benediccio
fuit forma huius sacramenti / quod exhibitum fuit apostolis / Cum ergo Christi accio
nostra sit instruccio / videtur vel nos eadem forma uti debemus / hoc
autem videtur per verba apostoli i Chorinthiorum xi / Laudo vos / ergo fratres mei quod
per omnia mei memores estis / Et sicut tradidi vobis precepta mea
tenetis / Et post pauca / Ego accepi a domino / quod et tradidi vobis
Ergo eciam quod accepit a domino sic et tradidit vobis / Si ergo sub
alia benediccione Christus panem benedixit / quam sub istis hoc est
corpus meum / et nos alia uti debemus forma sacramenti quam ista / Ad hoc
autem an formam sacramenti perfecte declaravi non sit fraccio in sacramento
/ Hec autem dicitur / quod antequam hec verba que sunt hoc est corpus meum / et benedi-
xit / et fregit / et eciam tercio discipulis dedit / Et sic videtur / quod hec verba
non sint de forma / Et ad hoc quidem / an nos non modice inter
antiquos auctoritate viri dixerunt / quod in veritate alia forma usus est
Christus in sacramento / et alia utitur ecclesia / credunt enim isti / quod / quod vel
in tali vel tali benediccione utebatur Christus / qua ipse substanciam panis
transsubstanciavit / et transsubstanciatum fregit / et fractum dedit discipulis
/ Et tunc primo dixit / hoc est corpus meum / dicunt enim isti / quod si Christus
ante quam verba panem in corpus suum non transsubstanciasset / non finisset verus
sermo quod dixit / hoc est corpus meum demonstrando id quod sub forma
panis demonstrabatur / Hoc autem valde incongruum / quia dicit Christus
Mathei xxiiii° Celum et terra transibunt / verba autem mea non transibunt
Ps. Tu eternum domine permanet verbum tuum / Ergo ut dicunt quod ante
fuerit transsubstanciatum / Nobis autem ut dicunt traditum est hoc sa

cramentum sub forma illa verborum frequentandum / quibus dixit / hoc est corpus
meum / Si autem queritur ab hiis quare postquam alia forma verborum est usus
et alia voluit nos uti / dicunt quod ipse Christus semper fuit potestas excellen-
tie / qua ipse operabatur actus que sunt clauce de invocationibus / vel
supplicationibus aliorum / vel exorcizationibus / Presbyteri autem et sub cla-
vibus uti oportet / quia non est in eis nisi potestas ministerii / Et ad hanc
dicam ostendendam dicunt quod alia forma usus est in talibus vel voli
sicut voluit / et hanc non expressit / ne putaretur eadem esse
potestas domini / que fuit et ministri / Probare etiam intenditur quod dicunt quod
verba ista Accipite hoc est corpus meum potius pertinere videntur ad
institutionem / quam ad transsubstantiationem / Constat autem quod in aliis
sacramentis semper aliis verbis usus est in instituendo sacramentum / et aliis
dando formam sacramenti / Sic Mathei ultimo Eu[ntes] & baptisantes eos
instituit sacramentum / et innuit usus dicens autem In nomine patris
filii et spiritus sancti / dat invocationem que est forma sacramenti / Sic hoc ergo sa-
cramento sicut dicunt per alia verba pertinet ad institutionem sacramenti / et alia
ad formam / Sunt ergo secundum significationem verborum Accipite / hoc est corpus
meum / ista pertineat ad institutionem / Sed quod aliqua alia verborum usus
est transsubstantiando / hec ergo est sententia antiquissimorum quorundam doctorum
/ hec autem a probabilioribus non tenetur / quia hec quod dicitur quod Christus usus
est alia forma verborum non probatur et ideo eadem facilitate contempnitur
qua probatur / Et quod dixit benedixit / constat quod tactu sue manus
que unita erat deitati benedixit et vini transsubstantiale contulit
Sicut tactu sue mundissime carnis vim regenerativam contulit
aquis / Nec legitur ipsum alio signo / vel alia benedictione uti
li vel voluisse usum esse / Nec credendum quod in tanto sacramento dubs ali-
quid ab apostolis vel ecclesia abscondit / cum id sit de pertinentibus
ad salutem / cum ipse dicat Johannis xv vos autem dixi amicos
/ quia omnia quecumque audivi a patre meo nota feci vobis / Te-
neatur ergo dictum / quod Christus forma verborum qua nos utimur usus est
in sacramento / Ad ea autem que isti obiciunt / Concedendum est quod cum
dicitur benedixit / quod signo suo tactus benedixit / et quod ille tactus
materie panis et vini contulit quod quorumcumque forma debita
verborum dicitur super eam manum sacerdotis cum intentione ecclesie / tunc potest
transsubstantiari / et alter non transsubstantiatur / Et quod dicitur fregit
non est ideo dictum / quod ante istud tempus fregit / et postquam ea dixit
hoc est corpus meum / Sed quia simul dixit et fregit / ita quod fra-
ctio fuit post verborum completionem autem dicitur per anticipationem / Ad aliud
autem dicendum / quia sicut iam ante diximus / alia verba sunt institu-
tionis sacramenti / et forme / et de hoc satis iam in antequibus dic-
tum est / Sed hoc supposito quod hec sit forma hoc est enim corpus meum / Si

Ramit quid denotat per pronom / quod illius orationis est initium
Et si dicat / quod corpus dni sub accidentibus panis denotat / tunc ad
sensum est / quod dicit / aut iam in pronunciatione pronoīs est ibi verum
xpi corpus / Et sic supplent / hoc quod sequitur corpus meum · / quia nichil
facit ad formam sacramenti · Sz tamen sequitur per orationem / quod praedicatum
de hoc demonstrato / si aut denotat panis per pronomen / tunc oratio illa
est falsa / quia nullus panis demonstrari potest / qui sit verum corpus xpi
Ramit etiam ibi de verbo substantivo quod ibi ponitur pro nota compositionis
Constat enim quod illud notat compositionem essentialem / et non accidentalem
/ sicut cum dico petrus est homo vel albus / si aut talem notat compo
sitionem / tunc oportet quod praedicatum sit de substantia et diffinitione
subiecti / sicut cum dico petrus est homo / vel petrus est animal / si aut
hoc concedatur / tunc sequitur quod tunc demonstrato substantiale et essentiale est
esse corpus dni / ad hoc ergo quod fiat corpus dni non indiget illa
mutatione / que vocatur transsubstantiatio / quod dicto falsum est / quia ad quod
forma sacramenti perficeretur super materiam demonstratam / quod transsubstantiatio fiat
Similiter aut querit de verbo quod est ibi positum corpus Cum enim
sicut ipse dicit Caro non prodest quicquam Joh vi / Sed verba que di
xit de sacramento spiritus et vita sicut in sacramento nobis vivificante potius
debuit fieri transsubstantiatio in spiritum vivificatem / quia in corpus
Precipue cum dicat apostolus ii Chor v Itaque nos ex hoc neminem
novimus secundum carnem · et si cognovimus secundum carnem xpm / Sed nunc
iam non novimus / xpus ergo in sacramento vivificante secundum spiritum / et non
secundum corpus est nostendus / hoc idem videtur per hoc quod dicit Joh v Qui
comedit me vivet propter me / Constat aut quod a spiritu non a corpore
vita procedit / Ad hunc etiam modum querit de pronomine quod appo
nit meum / quia enim hoc dixit tunc suum corpus passibile fuit / ergo te
dedit passibile / si suum hunc est tale quale tunc fuit dedit Cum
ergo talia verba in forma sacramenti assumpserit ecclesia / qualia xpus
tunc protulit / videtur quod in ecclesia ad hunc conficitur in sacramento corpus xpi
passibile et mortale / hoc aut ea ratione maxime / quia confectio ipsius
sacramenti fit in commemorationem passionis dni et mortis / sicut
dicit apostolus i Chor xi Quotienscumque manducabitis panem hunc
et calicem dni bibetis mortem dni annunciabitis donec veniat
Constat aut quod mors dni convenientius signatur in passibili et
mortali corpore / quam in glorioso et impassibili et immortali / Revo
cant etiam quidam de communione / que in quibusdam libris missalibus
interponitur verbis ipsis quibus sic habent / hoc est enim corpus meum / videtur
enim hoc non esse de forma quecumque evangelistarum verbis Math Mar
et Luce qui hanc formam scribunt non continetur enim / Et cum nichil
sit de forma nisi quod xpus dixit / hoc non esse de forma / Ad hunc

i. Chorinth. xi. ubi apostolus recitat quomodo xpus hoc sacramentum consti-
tuit et fecit, et ubi ad mgl quod ipse recitat eundem hoc
sacramentum ecclesie servandum tradidit. Ubi sic dicit: Quoniam dominus ihe-
sus xpus in qua nocte tradebatur, accepit panem et gratias a-
gens fregit et dixit: Accipite et manducate, hoc est corpus
meum. Et in hac forma verborum coniunctio causalis que est enim non
continetur, et sic de forma esse non videtur. In contrarium autem est
quod coniunctio in usu valde solempnium ecclesiarum invenitur apposita,
sicut in usu ecclesie romane, et optimo probabile est quod tales
ecclesie suas observancias habebant ab apostolis. Ad hoc autem quod
coniunctio causalis relacionem et continuacionem designat ad id quod
in oracione precessit quia dixerat xpus accipite et comedite ex hoc
omnes. Non autem esset causa quare acciperent et comederent nisi corpus
suum esset. Cum ergo sequens sit causa precedentis, non totum forma in oracione
quod in ea intercisum fuit, nisi coniunctio causalis apponatur. Et
ita videtur quod apponi debeat ut sic dicatur: Hoc est enim
corpus meum. Ulterius autem queritur quare lucas plus addit quam mat-
theus vel marcus. Dicit enim sic luce xxii: Hoc est corpus meum
quod pro vobis tradetur. Queritur ergo utrum hoc aliquid sit de forma.
Videtur autem quod sic, quia xpus hoc ore suo apposuit. Ad hoc
autem quod apostolus tradens ecclesie hoc celebrandum et observandum
aliquid apposuit i. Chor. xi. ubi sic dicit: Hoc est corpus meum
quod pro nobis tradetur. Ad hoc autem quod verbis illis innuitur
causa passionis quam commemoramus in illo sacramento, et ideo appo-
nendum esse videtur. Ad hoc autem cum sacramentum illud sit ca-
ritatis ut in antiphonis diffinitum et potissima causa caritatis
nostre ad eum sit quod traditus est pro nobis, videtur hoc esse
de principalibus in forma ponendis. Ad hoc autem quod hoc dat
racionem quare sacramentum celebratur. Racio autem celebracionis unig-
nimisque (?) rei ad formam eiusdem rei redducitur. Videtur ergo
quod pro nobis tradetur intra formam sacramenti debeat contineri.
Ulterius eciam queritur de hoc quod luce xxii ulterius additur: Hoc facite
in meam commemoracionem. Utrum et hoc sit de forma. Videtur autem quod
sic, quia in una celebracione in forma sit (?) sacri totum hoc xpus pro-
nunciavit. Et sicut ipse pronunciavit, sic est tenendum. Vi-
detur ergo quod tenendum est quod hoc totum sit de forma. Item paulus
hoc totum observandum tradidit ecclesie, quod i. Chor. xi. dicit: Hoc est
corpus quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemoracionem. Ad
hoc autem quod hoc dat finem et intencionem quare sacramentum institutum est.
Institutum enim est ut fiat commemoracio quod pro nobis se in cruce-
offerret

Ad hoc autem sine preiudicio dicitur quod nichil est de forma sacramenti corporis domini, nisi quod hec testibus quorum probatur dixisse sic: hoc est corpus meum. Testes autem quod consecrando sacerdos dixit sunt Matheus, Marcus, Lucas et Paulus. Hec autem quicquid est de forma sacramenti, et quod queritur de pronomine demonstrativo quid demonstret, dicendum quod demonstrat corpus Christi sub forma sacramentali panis. Ad id autem quod obicitur quod statim pronunciato signo demonstrativo, tunc hoc est ibi corpus Christi antequam residuum orationis pronuncietur, dicendum quod hoc non sequitur, pronomen enim tunc sic accipitur non est de forma sacramenti, sed pars potius est partes orationis, quia sic etiam certa sub qualitate demonstrative, quia tunc sic acceptum non significat nisi meram substanciam, non tunc quod pronomen pro rei demonstrate. Hic ergo est pars orationis et non habet sensum nisi cum partibus suis, que sunt compositio et appositum compositum et subiecto demonstrato, et in hac virtute accepte partes orationis simul adim-plebile rei significate per orationem relate faciunt transsubstanciacionem. Et ideo nulla ibi pars agit divisim, sed potius ut dixi simul accepte in virtute significate rei per orationem, ad quod referuntur faciunt ut unum et non ut divisa illam transsubstanciacionem. Dicit enim Priscianus quod omnis constructio que congrui sinthesim vocum ad intellectum est referenda ad intellectum relata uniuntur partes in virtute rei significate. Et hoc est quod dixerunt aliqui quod una pars expectat aliam. Et quamvis totum dictum est, totum factum est. Quod autem obicitur quod demonstrat materiam panis est concedendum, nec est dicendum ut quidam dixerunt quod demonstret materiam vel sacramentum panis iam incipientem transire in corpus Christi, hoc enim fieri non possit, nisi esset in sacramento mutacio in temporibus mediis aut extremis, et hoc iam in antecedentibus ostendimus esse impossibile in transsubstanciacione. Cum illa tota substancia panis in instanti et forma transsubstanciatur in corpus Christi, et tota panis nullo modo incipit amittere formam panis et accipere formam corporis Christi. Et ideo hoc resolvo nullo modo competit in hoc sacramento. Ad hoc quod queritur de verbo substantivo quod notet compositionem, dicendum quod essentialem. Ad hoc quod obicitur, est credendum quod corpus Christi ~~predicatur essencia~~ est de essencia huius demonstrati, et ratione sic lignum est de essencia huius ligni demonstrati. Ad hoc autem quod ultimo obicitur, dicendum quod hoc non sequitur, quia hoc fecit transsubstanciacio, verum quod corpus Christi predicatur essencialiter de corpore quod in dextra dei est patris, hoc fecit naturalis et perpetualiter in Christo. Sed quod corpus Christi predicatur de hoc sacramento demonstrato sub forma panis hoc fecit transsubstanciacio, que facta fit per forme sacramenti significacionem. Et si obicitur quod id quod sub sacramenti speciebus idem est omnino tunc verum est in eo quod est in dextra dei patris, et quod traxit de virgine. Et sic si transsubstanciacio facit unum tunc facit et alterum quia unius et eiusdem una est ratio. Dicendum quod hoc non sequitur, quia continuus

idem sint penitus / non tamen eadem sunt absoluta. Secundum quod id illud
demonstratur sub forma panis / et illud in lineamentis et figura corporis
/ quia isti quaerunt quod sit de cibus hoc autem in lineamentis et figura
hominis demonstratum / ut dicit Augustinus / Horrendum esset accipere cibum / et ideo
aliam habet rationem primum quod est sub forma panis propter rationem istam / et aliam
habet rationem secundum quod in lineamentis et figura hominis demonstratum est / Ad
aliud quod de corpore obicitur / dicendum quod quamvis quod sacramenti sub
forma panis non sit nisi corpus Christi / tamen per concomitantiam naturalem
corporis Christi / cum his quae secundum naturam et gratiam sunt in corpore / multa
sunt ibi / alia per concomitantiam cum corpore et anima quae ibi anima / Et quia
anima movet corpus per spiritum qui in corde spiritus et animalis et vitalis
et naturalis / et per completionem vasorum intrinsecalium est ibi sanguis /
et per concomitantiam gratiam est ibi sanguis / et sic est corpus vivificum
et divinum vivificans vita divina et vita gratiae / Nec dominus Christus
reprehendit iudaeos carnaliter intelligentes / quod corpus vivifico spiritu
plenum et divinum intelligerent / sed potius reprehendit eos / quia tale suum
corpus esse intelligere nolebant / sed tantum intelligerent quod caro sua esset
dentibus laceranda / et non esset vivifica vel divina et dentibus non
laceranda / sed sincera et cum integra et sana mansura / Et hoc
est quod dixit verba quae locutus sum vobis spiritus et vita sunt hoc est
spiritualiter de spirituali manducatione intellecta / sunt spiritus ad vitam
vivificantia aeternam quod et Petrus ibidem considerans dicens ad quem
ibimus verba vitae aeternae habes / Et ad id autem quod obicitur de apostolo
dicente et si cognovimus secundum carnem Christum sed nunc iam non novimus
/ dicendum quod apostolus carnis infirmitatem notat carnem et infirmum in
lectum quod sic iudaei aliqui de Christo etiam habuerunt apostoli scilicet
quod nunc iam non cognoscitur Christus / quia omnia ad spiritualem intellectum
referuntur / et tunc cognoscitur quod caro Christi in sacramento sumitur in spiritu
vivificante / et non in corporis sui corporali et dentali laceratione
/ Ad hoc autem / quod quaeritur utrum de hoc pro ratione mea / credendum est quod
tunc tale exhibuit quale habuit / Sed tamen post resurrectionem celebratum
si fuisset corpus a Christo possessum etiam tunc supponit quale nunc habet
hoc est immortale et gloriosum / Ad hoc autem quod in contrarium obicitur
/ dicendum quod etiam hic verba accepit sicut ea post protulit scilicet quod verum
corpus suum sit ab eo possessum / et hic veritate non variant di-
versae dispositiones passibilitatis et impassibilitatis et mortalitatis et
immortalitatis / quia hae non sunt de veritate humani corporis / Sed remanet
idem verum humanum verum et divinum corpus sub contrariis istis dis-
positionibus / quod esse non posset / si illae dispositiones essent de veritate
Christi corporis / Ad hoc autem quod obicitur / quod sacramentum celebratur in eius
memoriam passionis / dicendum quod nihil prohibet in immortali corpore
fieri commemorationem passionis sacrificii in modo / et non immolatione

et hic modo intelligitur institutum esse sacrum in commemorationem passionis
christi / Ad hoc autem quod ultimo queritur utrum hoc quod dicitur quod pro nobis tra-
detur sit de forma vel non / Dicendum quod non est de forma nec etiam hoc
dixit / tamquam esset de forma / Sed quod ostenderetur ydemptitas unitatis
inter corpus traditum sine tradendum et corpus sub speciebus sacri contentum
et sic unitatem sacri esse probaret / Ad hoc autem quod obicitur propter cor
Dicendum quod non ideo dicitur / quod pro nobis traderetur / ut ostendatur vel caritas
vel effectus redemptionis / cuius traditio pro nobis facta sit ma-
gnum indicium caritatis / Sed tamen ideo additum est / ut ostendat unitatem /
sicut iam dictum est / hoc enim necessarium fuit propter talem discipulorum ad quem
intellectum ut scirent quod corpus esset dominum quod in cruce posset
pati et integrum remanere in sacro sumptum quidem spiritualiter
et sacramentaliter / et tamen dentibus non discerptum / Ad hoc autem quod ul-
timo queritur de hoc quod item additur hoc facite in meam commemorationem
Dicendum quod hoc nullo modo est de forma / Sed quia sicut in antiquis dixi
et simul instituit sacrum / et in imperio usum et promulgavit
formam / ideo rationem innovationis usus subdens hoc facite in meam
commemorationem / ac si dixit frequentate sacrum quia in hoc mei aber-
ratis habebitis memoriale certissimum / Et ideo etiam dixi in antiquis
quod memoriale vocatur / Et per hoc patet solutio ad totum quod de hoc
est obiectum / Ad hoc autem quod queritur utrum causalis coniunctio enim sit
de forma / Dicendum quod non est de forma sed est coniunctio causalis continua-
tionis sequentia cum antecedentibus / sicut etiam dictum est obiecto / Ad hoc autem
quod dicitur ubi causa et causatum ponitur / quod hoc ad id pertinet / Dicendum quod
hoc est verum in causa credendi / sed in causa dicendi / vel aliquid in inge-
di non est verum / Et sic non est hic quod enim hoc est corpus fuit
non fuit nisi causa dicendi vel innovationis usus sacri / quia dixit acci-
pite et comedite / Talis autem causa dicendi vel in ingerendi suffi-
cit coniunctionem causalem quia in grammaticis non attenditur rebus
tamen / Sed etiam quinque modos et maxime in primis indeclinabilium constructio-
ad hoc autem quod de ecclesiis antiquis et autenticis obicitur / Dicendum quod ille
ecclesie hoc assumpserunt predicta de causa / quia sine in sacro noluerunt ex-
primere formam / Sed etiam forte rationem in comparatione ad institutionem / Et
hiis autem que sic a nobis dicta sunt solutio patet ad omnia quesita in antiquis

D[n]einde exposcit ordo ut ostendatur qua virtute divisibili sive vel
indivisibili hec forma operetur / Videtur enim quibusdam quod id quod
est multis discretis et non continuis operatur / quod hoc divisibili
et non indivisibili operatur virtute / Sed autem oratio hec est corpus meum
ex multis non unitis componitur / et sic divisibili virtute operari
videtur / Oratio enim quantitas est discreta non unita / Ad quem autem
omne quod ex multis agit operationem sed composita sicut calor naturalis
qui agit ex aere et celesti virtute et virtute ignis operationem / Sed
in qua omnium illorum virtus dependitur quia in separatione puri ab im-
puro dependitur utique igitur et in motu ad speciem rerum dependitur virtus

celestib / et in motu ad spem pueniet ppendi^r ulta aie / et sic vi
det^r q cu ista oro agat et mult q hcat opacom pportanm / Et
qr slm c / qz suffbacio est opacio simplex / Si forte aliquis dice^t
velit q oro resolvit^r ad rem et sic simplicitate rei simpliciter
facit opacom / Sic inp innuimus in pone pcedenti ex q ita
rnsio supponit slm / qz oro ista ad unu simplex in re redui no
pt / Oro eni ipa sgat q alia est res in ea supposita / et alia
apposita sive pdicata / Talis aut res in qua est alia et ad
na no est una res simplex / Et sic ad aquam rei simplicitate
q oro reduci no pt / Ad hec aut si oro rei utute opat^r in
sacro cu copendius in oibz sit eligend / et in na et gra / vide^r
q melius posita fuisset forma sacrmeti in re / qua in sermone /
Ad hec aut et similia dicm / q in vitate oro q in divisibili
utute rei opat^r / sic in antilo dictu est / Ad id aut q pmo
obici^r dicm qdem / q oro cpo no gtinuus in dictis sonis / sed
oro no finit^r q in se et mali gsidcata put e in sonis li-
teraz et sillabaz / s sicut dixius p sgom ad rem relata
et illa res est unu simplex et indivisu / Ad a^d dicm / qd q
obicit^r unu est in hijs agetibz et instrumentis qz ututes tra
gunt^r a divisis et a seinvice divisis / hc aut no est hic / qu-
immo utq hq accois lgit^r ab unito indiviso sgato / Ad id
aut dicm / q cu dr hr est corp meu / sgatu hq oreis est unu
incsse et unitu / qz pdicatu est ce supposti qrvis illud unu
incsse ex duabz sbijs sit gpoitu s. ex sba substante / et sba in ce
et rem pficiete / et qu sic unu gpoitu est id utute agendi no
trahit / n ab uno qd est na forme pdicate / Et sic sut due
ne fermi una sc agit sic na pticlaris subiecte / qz sicut dicit
phr age est pticlarin subiectoz / et agit vtute alig / qz vtutes
et pone hq unu qdqz agit qd agit sut ne formal / q est
in ipo qd agit / Ad id aut qd obicit^r q copendiosius fuisset
si in ipa re posita fuiss forma sacramti / Dicm qd in re non
potuit poni simplr forma hq sacramti ppr tres cas / quarz
una est q sacrm in forma et ma subicitur opacom ministroz
ecclie / res aut sgata in hac orom / Si absqz designacom oroz
accipi^r nullo subicibilis est opum ministroz / sicut pz in illis
qz hoc corp xpi demvatu accipiat^r sine oronis designacom
absolvit^r ab opacom ministroz / ita q sacdos nichil circa ipm pt
opari / Scda ca est / qz cu in sacramtis unm mcatu opetur
opacom q circa elemta corpalia exsistit oportet q vbu incatu
opans in aquo corpali gtrnat elemto no est aut in quo
gtrnat nisi in vbo corpali / Oportet go q in vbo corpaliter
assumcte opat^r / qz dt augs / q vm in intlctu est sic vm
in pre / et verbum sonans in vbo vocis corporee est sicut
verbum incarnatu qd corpalibz se coaptavit et coformat

Augustinus
Sacramentum

Tertia autem causa est quia generaliter et regulariter verbum est sicut dicit
Ieronimus quod sacra sunt ad erudicionem principaliter instituta. Non autem eru-
diunt que ad noticiam venire non possunt. Res autem ista occulta e-
ius sunt et ad noticiam venire non possunt nisi verbo sonante designa-
rentur. Oportet ergo designari verbum in corporali voce. Ad hoc autem
sicut dicit Augustinus sacramentum est sensibile signum quod preter speciem
quam ingerit sensibus aliud facit in intellectum venire. Sicut ergo consistit
in sensibilibus signis ita eciam in sensibili signo debet consistere
in forma. Et sic optinuit formam sacramenti consistere in oracione
sensibiliter sonum emittente. Hec ergo causa est quare res in sacramento
non simpliciter accepta operatur sed postquam operatur in eo res desi-
gnata per oracionem prolatam, cum tamen verbis oracio virtutem operandi con-
trahit a re statim per vocem illam sicut dictum est in precedentibus. Con-
sequenter videndum est cum hec forma trahat transsubstanciandi virtutem.
Si non consequencias attendamus, hoc in omni re que substancialiter mutatur
oportet quod virtus illius mutacionis sit ab eo qui motor est verbis in
talibus mutacionibus. Mutacio autem una est sicut dicitur causa que est
generacionis a sole est in circulo obliquo accedente et recedente. Et
ideo dicitur differenter facit generacionem et corrupcionem. A simili autem
et excellenciori videmus quod omnium talium mutacionum est verbum incarnatum
causa et motor sicut dicit Iohannes i: omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso
factum est nichil. Videtur ergo quod est causa mutacionis transsubstanciacionis esse verbi
incarnati. Hoc idem videtur quod dicitur Genesis i: dixit deus fiat lux, et facta
est lux. Et quoniam constitucio est aqua mutacio substancialis et supernaturalis
semper primitus dixit deus sive sit de disposicione sive de ornatu.
Similiter autem et ipsa vocacio in verbo dei consistit quibus ante opus voca-
cionis non primitur de verbi dictione. Si ergo in verbo invocato omnes talis
mutacio consistit hoc videtur eciam quod ista consistit in virtute verbi incarnati.
Ad hoc autem est dicto Augustini hic videtur super Genesim ad litteram quia dicit quod
dicitur dixit deus fiat sic exponit quod est verbum genitum in quo
erat ut fieret non ut fuit in eo quod fiat quoddam sed ut fiat omnia
sicut dicitur quod omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil.
Ergo quod omnes tales rerum supernaturales mutaciones sunt in verbo et
a verbo. Ad hoc autem principale agentis est facere aliud in cuius virtute est
actu secundum formam et verbum. Racio autem et forma talium supernatura-
lium transmutacionum non est nisi in verbo, quod est omnia talia facien-
di. Ergo virtus istius transsubstanciacionis tota consistit in verbo invocato. Cum
propheta dicit: verbo domini celi firmati sunt. Et super hoc dicit Ambrosius
loquitur de panis transsubstanciacione in corpus domini in sacramento: Quid mi-
racionis si dei verbum creaturas mutat in quo creata ut erant prius
substituit. Videtur ergo quod tota virtus istius substranssubstanciacionis et mu-
tacionis in verbo invocato consistat, eo si concedatur videbitur esse
contrarium hiis que ante dicta sunt quia omnibus particularis causa a forma

respectu

ipius sacri / forma aut no est vim increatu / s3 creatu ab ore
sacerdotis platu / Ad tercium aut in alijs sacramentis vim creatu est
forma / videtur q verbu creatu sit etia forma in isto / dicit em
Beda accedat vbu ad elm et fit sacramentu / Et intelligit de
vbo creato plato ab ore eius qui minister est in sacramento / Q3
aut et huiusmodi soluenda sint / q in vbo increato perito est omnis
virtus mutationis supnaturalis / sic in primo agente / S3 hic idem
vbu duplr considerat s intellectu paterno / qui est intellectus vlr agens
et sic agit in diuinali actione / cu patre omnes creaturarum muta=
supnaturales sicut dicit Joh v. pater meus vsq3 modo opatur et ego
operor / Est aut quoda transmutatio supnaturalis / q3 licz no opet
minister / cu aliquid opatur ad ipam / sic sunt mutationes sacrame
tales ad caracteres imprimendos / et mutationes ad gras et ad illas
res effectas in sacramentis / et has opatur vbu increatu in
vbo creato / qd est in pnunciatione ministrorum qz n ad ibi e
opatio hominis oportet q ipm vbu increatu coaptet ad id qd
est hominis ut in opatione hos vbu increatu opet / Omnia
igr pmittis inducta sunt concedenda / qz in virtute supnaturales
transmutationes ad causam supnaturalem oportet reduci / Et hanc causam
oportet ee talem in qua sit ratio et virtus tales transmutationes
opandi no aut sunt p vocem et virtute nisi in vbo / Et sic oportet
q vbu increatu / vl in se vl in aliquo alio creato coaptatur illas
opet / Ad tercium aut qd in contrarium abiicit / dicendum q licz vbum
creatu forma sit sacri / tn qz hec forma pressit ab institutione
diuina no separatur a vbo increato / et virtute illius agit quicquid agit
Et ita est etiam in alijs sacramentis / Si aut querit vtru sit qd
vbu increatu sit e actionem / Dicendum q absq3 q ipm est vbu
intellectus diuini / q vlr est actiuus / et nullius rei receptiuus
/ et ideo sicut ille e causa transmutationis rerum et constitutiuus rerum
omnium / sic voluit / ita et vbum eius sic est transmutatiuum et constitutiuum
/ Nr aut intellectus e malis et receptiuus / et io no rerum causatiuus
/ s potius a rebus causatus / Et io etia vbum ipius conceptu designat
q3 participit intellectus / et no est alicuius rei causatiuus / vbum aut
increatu insinuat intellectum agentem et constituentem / Et ideo ut dicit
Ambrosius est rerum transsubstantiuum / et ideo cu Filius vbo creaturas co=
stituente et vcapante loquitur eius audientibus Joh viii et ipi no
capient arguentibus eos dixit quare loquela mea no cognoscitis
/ Ego em ex deo pressi / et veni ac si dicat / in ipo
vbo quo mitto et reparo creaturas sic volo prius scire si vol=
tis q vbu sic diuinu procedens ab intellectu / q vlr principium est a=
gendi et creaturas instituendi et reparandi qz tales supnaturales
opationes p seipm no habet nisi deus sive intellectus diuinus / qz
nullius alius est rerum vlr constitutiuus / hec em opatio est dei et nulli
alij conueniens / Et si sancti aliqui tales leguntur fecisse opationes

Regula de forma

qui fecerint per invocaciones et supplicaciones / vel per iuncta solitate
et non per scriptos virtute propria / Ille enim operaciones sunt naturales in quibus
sunt supernaturales sunt omnes virtutes verbis / et ideo ad verum agentem
supernaturale sunt reducti. Ultimo tandem considerandum est de eius forma
qualiter / Non enim eius forma est ad modum formarum aliorum sacramentorum
que omnes sunt per invocacionem sancte trinitatis / sicut in baptismo / ubi dicitur
Baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti / Hic autem fit nulla trinitatis
invocacio / cum in operacionibus graciarum sacramentalium sint indivisa
opera trinitatis / Ad hoc autem in omnibus aliis formis actu sacra-
mentalem significat se operari ministrum / sic in baptismo dicitur Ego
te baptizo / In confirmacione dicitur Ego te confirmo / et in unccione
dicitur ungo hos oculos de oleo sanctificato / et sic de aliis / videtur
ergo quod in isto sacramento in persona ministri dici debet transsubstancia-
cio huius panis in corpus domini Ihesu Christi / Ad hoc autem cum transsubstan-
ciacio panis ibi videtur / quod debet significari per modum muta-
cionis / quod sic diceretur / Hic panis fiat corpus domini / vel hic panis
mutetur in corpus domini / vel saltem sic / hic panis transsubstancietur in
corpus domini / Et non sic / Hoc est corpus meum / Tercia via solum
quod est sine ulla dicta mutacione / Ad hoc cum ministri non sit proprium
non operari ex potestate absoluta / sed per clavem supplicacionis / vel
exorcismi / Sed Christi sit operari ex potestate / videtur quod communis forma
ut potentem huius dixit / Hoc est corpus meum / quod cum ministri sit
non sit dicendum / sed supplicatorium / ubi dicitur Rogamus te domine / ut fiat
corpus tuum / Ad hec autem omnia et similia dicitur quod non est in
hoc sacramento sicut in aliis / operacio enim istius sacramenti ad dominum omnem
hoc sacramento sicut in aliis / et ideo aliis verbis hic uti oportet / quam in aliis
sacramentis sacramentorum / Et ideo aliis verbis hic uti oportet / quam in aliis
libus / ut ista operacio est ministri / sed pocius sic dicimus ubi in creati
in verbo increato / et ideo nulla est invocacio in hoc sacramento / quia ecclesia
sumus de operacionibus ubi / Alia autem causa est / quia cum contentum istius sacramenti
sit Christus totus integer et perfectus / et respectu eius creati / non possumus ali-
quibus ponere obicere ex parte ministri / non debuit hoc sacramentum forma
sicut per invocacionem tradita / sicut causa in quibus aliquando obicem ponimus
Ad aliud autem dicendum / quod in veritate ille actus transsubstanciacionis ullo modo
est ministri / sed operantis / vel sicut cooperantis / quia solum verbum increa-
tum in verbo creato / hanc operatur transsubstanciacionem / Et ideo actus
ille ad ministrum non pertinet / sed ad agentem increatum / Sicut
non est in aliis sacramentis / quorum actus effectivus ad ministrum sunt
ministrorum / Ad aliud autem dicendum / sicut patet in auctoritatibus / quod non
est ibi vera transmutacio / sed simplex denominacio huius ex hoc et ad
hoc significandum non est tradita forma per verbum pertinens ad mutacionem
sed per verbum pertinens ad esse / Ad aliud autem patet responsio per ante-
dicta / quia licet ministri sit per clavem operari tamen quia actio istius

facti nullo modo est misterii / Ideo non debuit ut misterium per immora-
tionem fratre seu supplicatorum modum significari / Et si obicitur quod cum
corpus sacrum istud non debuit committi operatorum ministrorum / Dicendum
quod hoc non sequitur / quamvis nichil operetur minister vel cooperetur in ve
sacri / tamen operatur ad sacrum suggerendo manum / Et addo orationes et
supplicationes que antecedunt et consequuntur sacrum et offerendo et di-
stribuendo sacrum etc. / Faciendo que in hoc sacramento requiruntur

Post hoc dicendum est de forma que dicitur super vinum / Et quedam — de forma super vinum
requiruntur ipsa / quedam autem que utrasque formarum panis scilicet et vini co-
sequuntur ipsa autem que queruntur sunt talia / Si que sit forma que super
vinum dicitur / et utrum diversum vel coniuncti agat transsubstantiationem
cum forma que dicitur super panem / Si autem ubi reperiatur consideramus
forma que dicitur super vinum valde diversa invenitur Mathei 26 capitulo sic
Et accipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens bibite
ex hoc omnes / hic est sanguis meus novi testamenti / qui pro multis
effundetur in remissionem peccatorum / Marci autem 14 dicitur sic Et
accepto calice gratias agens dedit illis et biberunt ex eo omnes
et ait illis / hic est sanguis meus novi testamenti / qui pro multis effun-
detur in remissionem peccatorum / Luce autem 22 dicitur sic Similiter et
calicem postquam cenavit dicens / hic est calix novi testamenti
in meo sanguine / hoc facite quotienscumque bibitis in meam
commemorationem / Hec autem omnes forme different ab ea / que observatur
et tenetur a tota ecclesia in misse canone / ubi sic dicitur / Simili
modo postquam cenatum est / accipiens et hunc preclarum calicem
in sanctas et venerabiles manus suas / Item tibi gratias agens
benedixit dedit discipulis suis dicens / Accipite et bibite ex eo
omnes / hic est enim calix sanguinis mei novi et eterni testa- dicitur
menti misterium fidei qui pro vobis et pro multis effundetur in
remissionem peccatorum / Hec quotienscumque feceritis in mei commemorationem
facietis / Hec omnes forme valde a se invicem distare videntur
Et sic dicitur forma non potest esse una / quod diversum est / Dicitur
autem de prima istarum / Sciendum enim quod ea que de forma recte deter-
minata sunt / quedam horum verborum pertinent ad sacri institu-
tionem / Sicut id quod dicitur Accipiens calicem gratias egit et dedit
illis / Quedam autem pertinent ad formam sicut id quod dicitur / hic est
sanguis meus novi testamenti / qui pro multis effundetur in remissionem
peccatorum / Quedam autem pertinent ad usum / sicut id quod dicitur bibite
ex eo omnes / Hic videtur quod istud sacramentum sanguinis aliam habet
institutionem / quam corporis sacramentum / Et sic videntur esse duo sa-
cramenta et non unum / Ad hoc autem quod obicitur / certum de hoc quod
dicit / hic est sanguis meus / quia certum sanguis est in corpore

an ꝯfectoꝫ. Et si corpꝰ ferri. ꝗ sanguine. Constat ꝙ facit san-
guis ꝯfectum et sic supplent sanguis in calice ꝯseruatꝰ ut vi-
detur. Ad quod aut̄ ꝙ alia forma vtitur sup vinum et alia sup pa-
nem et due mē et due forme et due institucōs videntur fore
duo sacramenta. Ad quod aut̄ quiritur. Et quo ergo dixit hic est
sanguis meus quare alia ꝗ mutasse videtur dicens hic e
enim calix sanguinis mei pro nouus sanguine in obliquo et cali-
cem in recto. Cum nichil ibi intendatur de calice sed princi-
palis intencio sit de sanguine. Ad quod aut̄ quiritur vtrum et
ꝗ sit de forma quod additur noui et eterni testamenti misterium
fidei videtur ꝙ sic quia sub una ꝯtinencia ꝯtextu oronis ꝓlata
verba inuenitur in ewangelio sanguis noui testamenti sed queritur
vtrum additum sit eterni quia enim nullus posuit ewangelista. Ad quod
aut̄ quare dicitur sanguis noui testamenti. Si enim dicitur ideo quia
in nouo testamento institutum est tunc eadem racione debuit dici
noui testamenti ut sic dicatur quia est corpus meum noui et eterni
testamenti. Ad quod aut̄ quiritur quare dicatur noui testamenti
cum non videatur per illud testificari. testimonia enim uel testa-
menta sunt aut que testificate deo per miracula probata sunt
sicut dicitur hebr. ii. Contestate deo signis et portentis et va-
riis virtutibus et spiritus sancti distribucionibus secundum suam voluntatem
aut sunt vltime voluntatis indicia certis sigillis testifica-
ta. Nichil aut̄ horum est in calice ut videtur et ideo non de-
bet vocari calix noui testamenti. Ad quod aut̄ in eternitate
nichil talium erit quia ibi rerum veritate percipietur id quod nunc
specie sacramentali geri nunc velatum. Non ergo debet dici no-
ui et eterni testamenti sed potius noui testamenti in fine temporum
finiendi. Ad quod aut̄ vtrum teneatur id quod additur misterium
fidei quod non in textu ewangelii, uel in se, uel in suo simili
inuenitur. Ad quod aut̄ quare potius ponitur de calice, quam
de corpore. Corpus enim non est in altari in misterio quod est in
secreto sicut et sanguis. Ad quod aut̄ quare potius dicitur
misterium fidei quam spei misterium uel caritatis, cum sacrum
altaris precipue dicatur caritatis sacrum et vitalis sicut in an-
tiquis probatum est. Vlterius aut̄ quiritur de eo quod additur
qui pro uobis et pro multis effundetur vtrum et quod sit de forma vide-
tur quod sic quia verba obseruantur ab ecclesia. Ad quod ꝙ dicit sanguis
proprium effectum et effectus omnis respicit ad formam agentis. Ad
quod aut̄ quare dixit coplacionem vtens pro uobis et pro multis
cum non sit alia racio fusionis pro apostolis quam pro multis. Ad quod
aut̄ quare non dicit qui pro omnibus effundetur cum sanguis pro omnibus
sit fusus sicut dicitur i Johannis ii non solum pro nobis sed pro totius

mundi / Ad hoc aut hic est conforme dictis precedentibus qui
Joh. i dicit Agnus dei qui tollit peccata mundi / et non dicit qui
tollit peccata nostra et multorum de mundo / Ad hoc aut ultimus
queritur quare addit in remissionem peccatorum / Hunc enim sacramentum
est in remissionem peccatorum / Et videtur quod baptismus et penitentia plus
sint in remissionem peccatorum / quam eukaristia / quia illa sunt directe contra
actuale peccatum species que sunt originale et actuale / Eukaristia
aut est contra quendam peccati defectum qui est media spiritualis
vite sicut patet per audita / Cur ergo non addatur formis alio-
rum sacramentorum / videtur quod etiam forme istius sacramenti addi non deberent
A / Ad hoc aut quod possumus quare dicit pro nobis demonstrationem vel pluribus +
orationibus sigillatim vel coniunctim accepte satis intelligi per ea que
dicta sunt super rationum forma disputata sunt / Videtur ergo sine preiudicio
sine melioris dictum esse / quod hic sermo sit de forma sanguinis
/ quod dicitur Hic est calix sanguinis mei / precedentia aut que
sunt accipiens / et hunc preclarum calicem in sanctas ac venerabiles
manus suas item tibi gratias agens benedixit / et dedit discipulis suis
dicens accipite / et bibite ex eo omnes / ad institutionem et sanctificationem
nem et usum pertinet sacramenti / que aut sequuntur ubi additur novi
et eterni testamenti misterium fidei / qui pro vobis et pro multis effundetur
omnia hec pertinet ad declarationem utilitatis sacramenti / Secundum aut quod
insinuatur hic est enim calix sanguinis mei / modo indicato forma
est de forma sacramenti / Quod in prius dicitur de calice acceptione
/ sonat quod virtute tactus manuum dominicarum vis transsubstantialis colla-
ta est in re vini / quam non haberet nisi dominus manu propria in in-
tentione faciendi sacramentum tetigisset / Et aut additur in sanctas ac
venerabiles manus suas que sancte dicuntur / quia sacramentum fecerunt /
et venerabiles / quia auctoritas divina in eis fuit ad instituendum
/ quamvis ergo ipse multa dominus in hoc modo vinum tetigit tamen
vini materiem sacramenti non contulit / nisi verbis illis tamen quas te-
tigit intentione sanctificandi sacramentum / Ratio enim dei voluntati
dei et intentioni subicitur / Secundum illud Sap. xii subest enim tibi
cum volueris posse / Et aut dicit gratias agens ostendit magni-
tudinem sacramenti et dignitatem quia de paruis filius patri non
agit gratias actionis specialis / Et quod subdit / et dixit acci-
pite / hoc refertur ad institutionem / Sensus enim est / vos qui estis
ecclesie ministri futuri / accipite hoc dando ecclesie / et tenendo
Et ille sensus innuitur a verbis apostoli i Chor. xi ubi dicit
Ego enim accepi a domino / quod et tradidi vobis / Et aut
subiungit / bibite ex eo omnes hoc pertinet ad usum et ad
generalitatem usus / et ad susceptionem sacramentalem / qui
frequentandus est in ecclesia quod quod etiam dicit Greg. quod una ca-

institucionis sacerdotum est exercitium / ut in ipsis utili exercite=
mur occupacione / de qua ipse idem Gregorius dicit / Semper aliquid operis
facito / ut te diabolus occupatum inveniat / Hec autem sequuntur
in dicit / Hic est enim calix sanguinis mei / sunt de forma propter
causalem / que importat coniunctionem que continuacionem forme ad
sacramenti institucionem / Sicut in antiquis in forma corporis dictum est
Quod autem obicitur / quod due instituciones faciunt duo sacramenta
Dicendum quod non sequitur / nisi due instituciones essent de duabus ma=
teriis diversis / et duabus formis diversis / et duabus graciis
in sacramentis specialiter effectibus diversis / que hic non sunt / quia
due materie panis et vini indicant unum perfectum intinctum
quod in perfectione intendit alterum illarum materiarum indicare non
sufficit / Forma etiam ad formam conficit ad perfectionem unius
sacramenti / una etiam gratia est in utroque effecta / Et ideo duo
esse non possunt / Sed autem omnia in tractatu superius facto tractatu
per rationes efficaces probata sunt / Ad id autem quod obicitur quod videtur
esse superfluum / quia sanguis est in corpore / Dicendum quod hic nichil
valet / Ecclesia enim intendit in sacramento non intendit hic per se qui multis
aliis modis accipit / per gratiam in sitante et bona vita Sed
intendit hic per se ut cibum et perfectum intinctum / perfectum autem
intinctum non efficitur in solo sacramento panis / Sed in sacramento pa=
nis et vini / Unde licet corpore iam consecrato in eo non desit
sanguis nisi per consecrationem calicis / panis enim non nisi in corpus
transsubstantiatur et non in sanguinem / Sed sanguis est in corpore propter
corporis vivi perfectionem naturalem / Et anima ut causa vite ~~corporis~~
nalis in corpore et deitas est propter gratiam unionis concomitantem
Unde in omnibus hiis non efficitur ex vi sacramenti nisi corpus / Et iam
ondimus quod calicem ... dicit perfectionem intincti significare et
ideo de necessitate sacramenti / et non superflue ponitur materia que
est vinum / Ad aliud / quod obicitur de duabus materiis et
duabus formis et duabus institucionibus / iam solutum est / Ad id
quod queritur quare calicem sanguinem ponit in obliquo quod tamen
in recto posuit / Dicendum quod tamen utrumque dixit / quia Lucas dicit — est de sanguine
Hic est calix sanguinis mei / Et hic idem testatur Paulus
unus evangelistarum Lucas scripsisse legitur / Cum sic dicit Hic est
calix novi testamenti in meo sanguine / Sed ecclesia elegit illum
modum in usu sacramenti quod Lucas scripsit / quia in illo signatur et
sanguis et caritas / qua fusus est / sanguis et caritas ad quam
invitat sacramentum sanguinis et caritatis in qua summeque est san=
guis / Calix enim calida est potio que non calorem vasis vel eius
quod est in vase signat / Sed potius calorem qui sanguinem fe=
cit fluere / et qui vapat in sanguine / et qui intendit bibere

Psalmus Calicem salutaris accipiam et nomen domini invocabo
Tertia quod hic importatur in sanguine / Ideo ecclesia eligit potius
verba Luce quam Mathei vel Marci / Sed tunc secundum hoc quod queritur si ali-
quis diceret / sic hic est sanguis meus etc. conficeret / Ad hoc
videtur dicendum / quod talis dicens conficeret / sed ex contemptu religionis
ecclesiastice id obstinato animo tenere vellet / peccaret con-
[illegible] ecclesie / et esset deponendus a ministerio et gradu quo
fungeretur in ecclesia / Ad id quod ultimo queritur utrum et quare sit de for- novi et eterni
ma / novi et eterni testamenti etc. / videtur dicendum quod non / sed est ad
expressionem que prefit sacramenti / Et quia sunt tamen in testamenti con-
firmatio quod antiquitus non confirmabatur nisi sanguine / unde
hoc unum testamentum in mortuis confirmatum est / Alioquin non dum
valet donec vivit / qui testatus est / unde nec primum sine san-
guine dedicatum est / Secundum autem est quod in sacramento totum quod re-
dimus fundatum est / quia id est propter passio significata gratia beatitudo
in communione sanguinis statuitur / Et quod additur quod in creatione
invenitur novi testamenti / hoc unum est sed dicitur propter novum modum
gratiam infundi / qua sunt sacramenta nove legis / que continent
hoc quod significant / et quod significant et continent conferunt cum consecra-
re recipit sacramenti / et quia sacra veteris legis non fecerunt / quia totus
usus illorum / ut dicit Augustinus fuit in figurando gratiam qua ita o-
stenderunt / quod eandem nec continebant / Ad hoc autem quod queritur eterni
quo additum sit eterni / dicendum quod hoc additum est auctoritate apostolorum
et ecclesie ad ostendendum / quod isti sacramento aliud non succedet / sed hic
in finem temporis durabit in sacramentali specie / In futura autem
eternaliter percipietur in vera aperta veritate / Et sic patet quod eternum
est et non temporale / tantum / sicut veteris testamenti figure que sicut
dicit hic unum usque ad tempus correctionis ad significandum tantum sunt po-
site / Ad hoc autem quod queritur / quare corpus non dicitur novi testa-
menti / dicendum quod non ideo dicitur sanguis novi testamenti / quia in novo
testamento sit institutum / sed potius ideo quia novum testamentum in ipso
et per ipsum est confirmatum / sicut etiam ante diximus / quia hoc dicit Apostolus
ad Hebreos / In corpore autem secundum quod est corpus testamentum non est
confirmatum / quia morte non firmat / sicut sanguis / nec in eo quoque
testatum confirmatur aspergi secundum quod est corpus / Aspersio autem san-
guinis testamentum confirmat ut sanguis eius funderetur qui testa-
mentum non servaverat / Ad hoc autem quod queritur / quid sit in san-
guine testificatum / Sicut dicit i Johannis iiii / Tres sunt qui testimonium dant
in terra spiritus aqua et sanguis / Sanguis enim testatur remis-
sionem / sicut dicitur Hebreorum xii / Accessistis ad aspersionem sanguinis
Jhesu Christi / melius loquentem quam Abel / quia Abel sanguis vindictam

Expostulat / sed sanguis querit remissionem operis aut vaporantes in
sanguine testa sanctificacionis / et aqua expiacionis / Unde est quod
Zacharias ix dicit: Tu vero in sanguine testamenti tui emisisti vinc-
tos de lacu / in quo non erat aqua / Hic ergo testificatur sanguis
quia sicut dicitur Hebreos ix: Sine sanguinis effusione non fit remissio
Et hoc testabatur sanguis tunc fluens multis miraculis. Unde hoc etiam
Centurio convictus dixit Mathei xxvii: Vere iste filius dei
erat iste / Convicti etiam cadunt illi qui percucientes pectora sua
revertebantur in civitatem Luce xxiii. Nichil autem horum adiungitur
corpori / quia corpus racione sui non est mortis signum / vel passionis
Est etiam ultime voluntatis confirmacio / quia ultima voluntas Christi
fuit remissio per redempcionem / et hanc sanguine testificatus est
et confirmavit multis sigillis miraculorum. Ad id autem quod
obicitur quod in eternitate nichil est sacramentum signorum. Solucio per
dicta paulo ante / quia id dicitur eternum / quia non habebit successorem / et in
eternitate manebit in opere suo facto / Sicut et Psalmus dicit: Tu es
sempiternum sacerdos secundum ordinem melchisedech. Ad id
autem quod queritur / cur addatur misterium fidei / dicendum quod auctoritate
apostolica additur ad sacramenti determinacionem / tota enim fides fundatur
in sacro sanguine / secundum quod redempcio facta est per sanguinem
quia Christus propter hoc incarnatus est / sicut dicit petrus sub gregorio dia-
conus in paschali benediccione: Nichil enim nobis nasci profuit nisi
redimi profuisset. Ad hoc autem quod dicit nichil simile in evangeliis
continetur. Dicendum quod multa fecit et dixit Christus / sicut dicit Iohannes vel
que non sunt scripta in libro hoc / vel si non dixit Christus tamen auctoritas
ecclesie hoc addidit / ut diximus ad expressionem fidei / que tota
sicut iam diximus morte et sanguine Christi est completa. Et
hoc quidem misterium est / quia tota fides est de non apparentibus
rebus. Unde hebreos xi dicitur quod fides est rerum sperandarum argumentum
non apparencium. Ad hoc quod queritur quare hoc non est additum for-
me corporis / iam patet solucio per ante dicta / quia sicut corpus racione quod
corpus morte omnia confirmat forma sua non ostendit / fluentis
de latere sanguinis. Ad id quod queritur quare non dicatur
misterium spei vel caritatis. Dicendum quod hoc non erit proprie loqui
quia secundum quod sicut misterium non congruit nisi pertinentibus ad co-
gnicionem / et ad cognicionem non pertinet spes et caritas. Ad id
autem quod queritur utrum de hoc quod additur qui pro vobis et cetera / dicendum quod
hoc non est de forma. Ad id autem quod obicit / quod est primum effectum
dicendum quod hoc non facit ipsum esse de forma / sed indicat sanguinis
virtutem / et effectum in redimendo / Et licet effectus a forma pro-
cedat tamen extra forma est racione esse / et nichil est ipsius forme.
Ad id autem quod queritur quare vel copulatur pro vobis et pro multis

Rndm q in vitate vna est ro fundendi sanguine p apostlis et
p alijs Tamen apponit qui p vobis in psona instaret pfitoris
ut sciat q multa pctorum quitur pfitoris no valent nec sunt
accepta sine sanguinis intercessione Et aut dr p multis ideo
dr ut ondat quid sanguis faciat in valore Non de primo
intelligit p xpi sanguinem pfito multi pctorum Et scdo aut
valor sanguinis impetrat Ad hr aut quod querit quare no
dicit p omnibus Rndent quidam q in vitate p omnibus suffit p multis
sanguis xpi sed quia no efficienter salvat omnes sed multos ideo
sicut dicit dicit p multis potius q p omnibus Et hec racio est
satis bona et katholica Si quis aut sermonem domini subti=
lius inspiciat sic plus impetrat p hoc q dicit p multis q
si diceret p omnibus quia multis dicit multitudinem que sui in re
mento procedit in infinitum Et sic p multis optime dicit q
quis multitudo hominum ponatur materie ut et plus procedat in
infinitum in valore sanguinis multitudo infinita redempta e
Si aut poneretur p omnibus poneretur quedam summa distributa
sub uno termino et no significaret valor sanguinis extendere se
ultra illam Ad hr q dicit Joh q p totius mundi pctis sanguinem
fudit Rndm q in hoc q dr mundus quoddam infinitum secundum rem
materie ponere impetrat Propter q idem est mundus precedentium et
presentium et futurorum Et sic iterum respicit multitudinem ponendam
infinitum Et hoc etiam patet solutio ad sequens de verbo Joh baptiste
qui dixit Agnus qui tollit pctā mundi Ad id aut q ultimo querit i remissionem peccatorum
aqua / et confirmatio in crismate / et sic de aliis / Jam autem
ostensum est quod fermentatum non est propria materia sacramenti / Secundo adin-
ducta est / quod per dicto christus dedit corpus in azimis / et propria materia sacramenti
est azimum sicut ostensum est in auctoritatibus et rationibus quae pro pla-
tonis sunt inducte / Ad auctoritates autem / quas isti inducunt
respondendum est per distinctionem equivocationis huius nominis pascha / hoc
enim dicitur vii modis / Primo enim modo dicitur pascha totum tempus vii
dierum / quod fuit a quintadecima luna usque ad xxi mensis aprilis
Actuum xii / Cum sanctum Petrum comprehendisset Herodes misit in
carcerem / volens post pascha producere eum populo / hoc est finito
tempore vii dierum / quo pascha celebrabatur / Secundo dicitur hora vel
articulus unius diei / scilicet vespera xiiii lune mensis aprilis / Exodi
xii / xiiii luna die ad vesperum pascha domini est / Et
sic accipitur Johannis xiii Ante diem festum pasche sciens Ihesus quia

venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Tercio
pascha dicitur dies azimorum que fuit luna xv. Et hoc modo dicitur
Luce xxii Appropinquabat autem dies festus azimorum qui dicitur
pascha. Quarto autem modo dicitur pascha panes azimi qui fiebant
in pascha Joh. xviii ipsi non intraverunt in pretorium ne conta-
minarentur sed ut manducarent pascha. Quinto modo dicitur pascha agnus
paschalis Luce xxii venit dies in quo necesse fuit occidi pascha
Sexto modo dicitur pascha festivitas completorum paschalium ut patet per illud
xxxv non fuit tale pascha sed pascha a diebus salomonis factum
in israel. Septimo dicitur pascha quod immolatus est in sacro tempore
vii pascha nostrum immolatus est xpc. Hoc unum versus colliges istius
distinctionis est facta a doctoribus. Eodem hora dies epule
pascha azima quod Ad hoc ergo quod inducitur Joh. xviii
ipsi non intraverunt in pretorium ne contaminarentur sed ut manu-
ducarent pascha. Dicendum quod pascha ibi azima vocatur que vii diebus
comedebantur. Et ideo xv luna fuit prima in qua comedebantur
et ideo etiam hoc in primo luna quod dedit cor quam fermentatum
eiectum erat iam de domibus iudeorum. Similiter modo est iudicandum
ad secundam quod inducitur auctoritatem Joh. xiii Ante diem festum
pasche etc. quod ibi pascha prima dies que solempnior erat
aliis et illa fuit xv cuius vigilia fuit xiiii quando agnus in
vespera immolabatur. Ad id quod tercio inducitur de Luc. quod muli-
eres paraverunt aromata dicunt patres iudei uno quidem modo quod feria
que prima dies fuit solempnitatis ideo dicitur parasceue quod est
preparatio quia parabant necessaria ad sequens sabbatum quod ma-
gnum dicebatur quia in eo paschalis solempnitas cum solempnitate
sabbati currebat et sic feria sexta precedens fuit quidem
prima dies festivitatis et tamen preparatio ad sabbatum et quod dicitur
ullum opus omnino faciatis in eo hoc intelligitur de servilibus exceptis
hiis que fuit opera necessitatis sicut ciborum preparatio et ve-
stimentorum induicio et huiusmodi opera autem pietatis et sacrificiorum
et huiusmodi non prohibebantur et ideo licuit emere et parare unguenta
ad pietatem defunctorum. Aliter iudicatur et melius quod Luc. xxiii
dicitur quod mulieres quidem sabbato siluerunt secundum mandatum et ideo mulieres
non paraverunt aromata in sabbato ad noctem qui iam licuit talia
facere quia festum sabbati ad vesperam sabbati erat finitum et
vespera sabbati iam cum sequenti die computabatur et ideo tunc paraverunt
quia tunc licuit operari talia. Unde Math. xxviii dicitur vespere sabbati
que lucescit in prima sabbati. Et non dicitur nisi vespera
sabbati cum sequenti die computaretur. Ad id autem quod quarto inducitur
de Joh. xix Dicendum quod illud parum valet quia magnus ille dies
sabbati dicitur ideo quia fuit primus dies solempnitatis sed potius
quia sic fuit festum et cum pascha alia accipit solempnitatem

Ad aliud at qd obicit p romanis / qz vitas umbre debet reddere
contra scipos est p latinis inductu / qz optime reddet qui
et tempus et ritum tenet et obseruat. Et in hoc etiam cognoscit quod
quando verus agnus iam xiiii luna immolari incepit / qui et cap-
tiuatus fuit et traditus / qz festum pasce incepit a uespera xiiii
diei / que cum xv die est computanda / sicut iam patuit in premissis
Ad id aut quod vltimo obicit / de leui pppo nouis superuenien-
tibus etc. / dicendum quod hoc est verum post quam noua per institutorem et
notificatorem superuenerint / sed antiqua superueniant nova non
expirant vetera. Noua aut tunc primo superuenerunt expirant et
ideo christus de veteribus nova percepit / ut vetera que in ad ritum
pertinent a nobis / Non at oz quod propter hoc nullam faciant cum ve-
teribus conuenientiam cum sint et illis producta. Ad hoc ante
quod purgatio fermenti signat uetustatis expirationem / ut dicit apostolus / et
assumptio azimi signat nouitatis assumptionem / Ad id aut
quod vltimo de muliere carnantia obicitur nichil facit ad propositum
qz hoc intelligitur de spiritu absondito in littera / fermentum n ut de
pani accipitur hic continet et corruptionem sed et spiritualitatem quam
vapabili et spiritualiter per massam pasce diffinit dicitur / Et ideo quo
ad incorruptionem a sacro obicitur / et quo ad spiritualitatem in littera
absonditur. Nunc littera sed tamen facta ... tropologiam et allego-
riam / et anagogiam que per spiritum in littera inveniuntur / Ad id quod
vltimo obicitur / quod fermentum spirituale est / dicendum quod non quo ad hoc
abicitur / sed quia etiam secundum rem corruptiua / ut dicit apostolus. Ad
id at quod dicit ultimo obicitur / dicendum quod panis fermentatus facilior
est ad digerendum quam azimus / sed ad confortandum magis est efficax
quam azimus / et cum sacrum sit confortaribus potius sumitur azimum
in sacro quam fermentatum / christi enim cibus non est cibus qui digeratur
sed potius qui nos sibi incorporet / Ad id quod vltimo querit / vtrum possit
confici in fermentato / dicitur quod debet quidem confici in azimo / et
non in fermentato / sed potest confici in fermentato / et si conseruatur
in fermentato confectum est / et corpus christi verum corpus est / sed arguendus est
qui facit / qz non tenet ritum aplicum et sacro debitum
Ad id at quod hoc obicitur / dicendum quod debita materia sacri dicitur duplex
s. debita ex specie / et debita ex accidenti proprietate / debita quidem ex
specie est panis de frumento / et hec debita materia sufficit confectioni
sacri / debita at ex accidenti conueniente proprietate est panis de fer-
mento azimus / qz ille cum hoc de ipso confici potest vltimo exprimit sa-
cramenti sinceritatem et incorruptionem / Alia at ex dictis facile
soluuntur / Consequitur querit qua forma verborum vsus est christus in con-
ficiendo / Et hoc co quod dicitur quod gratias agens fregit / et dedit discipulis
suis dicens / Accipite hoc est corpus meum / non enim ... dicens hoc e
suis dicens ... corpus meum nec fregisset et dedisset nisi iam transsubstantiatum esset
corpus meum / ... alia forma vsus est christus ... hoc vtrum / hoc aut quidam con-
cedunt dicentes quod virtute sue deitatis christus panem in corpus
suum conuertit / et vinum in sanguinem / et hoc quod ipse virtute deitatis

De forma ... xpist [illegible]

ipse fecit nobis sub illa uberiori forma faciendum tradidit ut osten-
deret in se potestatem excellencie. In nobis autem potestatem clauium per
operacionem sacerdotum. Et hec dicere catholice potest quicumque voluerit. Non
enim probabilius videtur quod eadem forma usque sit sicut in antiquis
satis dictum est. Tercio eciam queritur quare corpus suum dedit et con-
secrat, quod post cenam agni typici. Sic dicit Iohannes primo. Et quamuis post
iam cenatis dedit corpus suum Christus recenter et salubriter ab
ecclesia post ea prohibitum est, ut excepto infirmitate et necessitatis articulo
non nisi a ieiunis corpus domini accipiatur. Et autem post post
alios cibos corpus suum dedit, quatuor a doctoribus assignantur
raciones. Quarum prima est quia in memoriale dedit et ideo ultimo
dedit ut arcius memorie commendaret. Secunda est ut nomina
veteri sicut racio poscebat ponderetur quod non fiet nisi post agnum
typicum sumptum fuisset. Tercia vero est quia iam trepidantibus
discipulis istud post omnia datur in firmamentum cordis. Et hec
confirmacio ultimo danda fuit in signum amoris confirmantis membra
cum capite. Quarta vero fuit ut significaretur quod iste cibus non
est corporalis sed anime. Et ideo sumptus est omnibus aliis cibis ad ne-
cessitatem pertinentibus iam ante sumptis. Consequenter dicendum est de mi-
nistro huius sacramenti quod summum est in parte misterii. De quo tria sunt querenda.
Primo si non sacerdos possit conficere. Et si sacerdos in conficiendo mo-
riatur qualiter sit in confeccione faciendum. Et tercio utrum plures sacer-
dotes vnam hostiam valeat vel non. Primo ergo queritur si non sa-
cerdos possit conficere vel non. Videtur autem quod non, quia nullus actus
competit alicui nisi sibi insit potestas facultas ad actum. Non enim videt
qui non habet videndi facultatem nec audit qui non habet facultatem au-
diendi et de aliis. In ordine autem sacerdotali potestas datur
conficiendi corpus Christi. Ergo qui non habet ordinem sacerdotalem nullam
habet conficiendi potestatem et ita conficere non potest. Ad hec autem
confirmare nisi episcopus quia in ordine episcopali facultas datur ad con-
firmandum, ergo a simili eciam non potest conficere nisi sacerdos cum vltra
potestas ordinis sit ad conficiendum. Videtur quod non conficiat qui hanc
potestatem ordine non suscepit. Quod si concedatur videtur con-
tra esse quod dicit Beda: Accedat verbum ad elementum et fit sa-
cramentum. Ergo a quocumque dicatur verbum super debitum elementum ille con-
ficit sacramentum. Ad hec autem est idem argumentum ab eo quod dicit Hugo de
Sancto Victore: Sacramentum est visibile et corporale elementum ex institucione signans
ex similitudine representans et sanctificacionem invisibilem graciam continens. Que
tamen sunt in sacerdote et absque ordine sacerdotali. Ergo videtur quod
sacerdocium non exigitur ad confeccionem sacramenti. Item illud queritur utrum
et locus debitus sicut est altare exigitur ad confeccionem sacramenti. Ita quod
sacerdos celebrans in altari conficiat et non celebrans in altari non
conficiat. Videtur autem quod altare consecratum ad hec exigitur quia
superiora sunt sacramenta noui testamenti quam veteris. Veteris autem te-
stamenti sacramenta non poterant offerri nisi in altari. Ergo multo

Quare post cenam dedit corpus suum discipulis

De ministro sacramenti

nnq noui testati sacrificia sine altari offerri no potu(n)t / et si p(re)-
su(m)ptu fuit irritu(m) est sacrificiu(m) / Ad hoc p(er) passer i(n)venit sibi
domu(m) et turt(ur) nidu(m) ut reponat pullos suos al. tu(a) do(mi)ne v(ir)-
tu(tum) rex meus et deus meus / ubi dicit aug(ustinus) q(uod) h(oc) etiam oblatu(m)
sacrificiu(m) no(n) est acceptu(m) / Ergo etia(m) extra altare oblatu(m)
sacrificiu(m) reputabitur irritum / In c(ontra)riu(m) h(uius) obicitur / q(uod) in nullo
alio(rum) sacro loco(rum) in quo fit sacr(amentu)m est de necc(essitat)ib(us) ad sacra-
mentu(m) / ita q(uod) h(oc) illum locu(m) p(ro)ficitur sacr(amentu)m fiat irritu(m) et ma-
ne(t) Ergo a simili in isto sacro loco templi / vel altaris no(n)
videtur esse de necc(essitat)ib(us) ad sacramentu(m) / Ulteri(us) q(ueri)tur ita loco(rum)
dubiu(m) (con)fectionis sacri / si forte ex oblivione aliq(ue) hostie in altari
remaneat / du(m) sacerdos (con)ficit / utru(m) et ille (con)ficiu(n)tur / vel no(n)
videtur q(uod) sic / q(ui)a altare mensa est / in qua q(uo)dq(ui)d p(ro)mittitur
benedictio(n)i et (con)servationi subicitur / Ergo q(uo)dq(ui)d in altari
est de m(ater)ia sacri / totu(m) in rem q(uam) transsubstan(tia)tur / Eadem obiectio
de gutta una vini / vel plurib(us) / q(ue) forte pedi calicis adheret
du(m) sacerdos (con)ficit de vino calicis / illa etia(m) c(ontra) in h(oc) in sa-
cramento (con)mittit(ur) / Si a(u)t h(oc) conceditur / videtur esse c(ontra)riu(m) q(uia)
sicut dicit b(ea)t(us) aug(ustinus) intencio exigitur ad omne sacr(amentu)m et sine
intencione facienti nichil fit in sacramento / Sacerdos aut(em) de
hiis q(ui) ignorat / s(cilicet) de hostiis in altari sive de guttis vini
in pede / vel laterib(us) calicis manentib(us) nichil intendit / (er)go
nichil ex illis (con)ficit / Ulterius it(e)m q(ueri)tur / de altari no(n) co(n)-
secrato et etia(m) / utru(m) sup(er) illud (con)fici possit / videtur a(u)t q(uod) sic
q(ui)a du(m) mensa(m) sup(er) qua(m) comedit in altare / no(n) (con)fecit et
tu(m) (con)servavit / Cu(m) (er)go h(ec) actio n(ost)ra sit instructio / etia(m) sa(cer)-
dos in altari no(n) (con)secrato p(otes)t (con)ficere / Eadem est obiectio de
calice no(n) (con)secrato / In c(ontra)riu(m) h(uius) est q(uod) ad h(oc) (con)secrantur
altaria / calices / ut in illis eucharistia (con)fici possit / Cu(m) (er)go no(n)
p(otes)t / no(n) sit vanu(m) et frustra in (con)secrationib(us) calic(um) / videtur
q(uod) in altari no(n) (con)secrato et calice no(n) (con)secrato (con)fici no(n)
possit sacr(amentu)m / Ulterius q(ueri)tur de vestib(us) sacre / utru(m) non
indutus vestib(us) sacre (con)ficere possit sacr(amentu)m / videtur q(uod) no(n) q(ui)a
si sine illis (con)fici posset sacr(amentu)m / frustra ab ep(iscop)o (con)secrarentur
vestes sacerdotales no(n) a(u)t frustra (con)secrantur / (er)go sine eis
sacr(amentu)m no(n) (con)ficitur / Ad hoc a(u)t q(ui)a in veteri lege vestes fuerunt
nec(essa)rie ad sacrificiu(m) offerendu(m) sic p(ate)t levi. viii. Ergo multo mag(is)
nec(essa)rie sunt ad sacrificiu(m) novi testati / q(ui)a istud sanctius est q(uam)
illud / C(ontra)rium a(u)t videtur / q(ui)a cu(m) h(ec) actio n(ost)ra sit instructio in
nullo legitur enarratu(m) / q(uod) xp(istu)s vestes sacerdotales in (con)fectio(n)e
sacri induerit / vel etiam q(uod) ap(osto)los induere fecerit / Ergo xp(istu)s
et ap(osto)li sin(e) talib(us) sacr(amentu)m (con)fecerunt / (er)go ad h(oc) sacerdotes absq(ue)
talib(us) possu(n)t (con)ficere / Ulteri(us) q(ueri)tur / de hiis qui ordinati sunt
ab hereticis / vel scismaticis / vel de ip(s)is hereticis / et scismaticis
utrum et illi possint conficere / Et videtur q(uod) no(n) / q(ui)a dicitur
maledicam benedictionib(us) v(est)ris / Ergo q(ui)cq(ui)d illi bene-

dixerunt maledici. Unde dicitur autem in sacro / quod sacramentum ipsum con-
vertitur in maledictionem. In contrarium autem huius est: illi in forma ecclesie
sic quamvis ab indignis receperint ordinem sacerdotalem / et in
conficiendo intendunt facere / quod facit ecclesia / quod conficiunt sacramentum.
Ulterius queritur / utrum in altari non cooperto palliis lineis possit
confici sacramentum / videtur quod non / quia Ioseph ab Arimathia corpus domini
involvit sindone munda / et ad hoc conferuntur palle quas alie
scriptura autem conservaverunt ad hoc si sine hiis sacramentum possit cele-
brari / ergo sine talibus non potest confici sacramentum. Ad hec omnia
sine preiudicio dicendum videtur / quod in veritate huius sacramenti minister proprius
est sacerdos. Ad primum autem dicendum / quod ut michi videtur non sacerdos non
potest conficere sacramentum / sicut probant satis bene primo inducte
rationes. Ad dictum autem Bede dicendum quod Beda non loquitur nisi
de essencialibus partibus sacramenti / et similiter diffinitio magistri / huius
de eo dicit / quamvis autem illa sint essencialia non tamen conveniunt
ad constitutionem sacramenti nisi per propriam causam efficientem ipsius
sacramenti / et hec est meo iudicio sacerdos / pro ut prelato dicitur / quod nisi
est unus ortu unus ultima causa non preexcit / et ideo causam propriam
quia hic sacramentum. Secus autem est in sacro baptismi et penitencie quia
illa sunt sacramenta necessitatis / et ideo tempore necessitatis quamvis
etiam laicus vel laica suppleat vicem ministri. Sunt hic quidam alii
dicunt / et credunt quod quilibet conficit / qui verba in intencione profert
super debita materia / et illi dicunt / quod ordo confert ad hoc ut debitus
sit minister / et non ideo quod sacerdos sit ad sacramentum nisi necessarius. Et
hoc est valde ridiculum quod in veneracionem. Et ideo dictum illorum
reputo absurdum. Ad id autem quod ultimo queritur de altari et templo
dicendum videtur quod altare consecratum est de idoneitate sacrificii / sed
non de necessitate. Et ideo qui celebrat in loco qui deponendus et
degradandus est / sed tamen conficit ipse sacramentum. Ad id quod contra obicitur
dicendum quod superiora sunt sacrificia novi testamenti / quia vere. Sed tamen etiam
sacrificia veteris testamenti alibi quam in templo vel in altari fecerunt
a patribus sunt oblata. Sed postquam degit dominus locum / in quo offerri
debent / peccat quidem contra mandatum domini qui alibi obtulit
Sed tamen id quod obtulit oblacio fuit / et sic est etiam in isto sacri-
ficio. Ad id quod dicitur quod passer invenit sibi domum etc. dicendum
quod locus debitus sacrificio est altare / sed non est necessarius ita si alibi
offeratur non conficiatur / et ideo oblacio in altari / accepta sit / ideo
autem altare et templum si proximum offerri / tunc quidem oblatum
sacrum est et bonum et divinum corpus domini. Sed oblacio que est accio
offerentis non est accepta / sed potius maledicta. Ad id quod ultimus
queritur de hostiis ex ignorancia in altari remanentibus et oblivi-
one / vel guttis vini preciosi / vel lateri calicis adherentibus / dicendum vi-
detur quod ille non conserent / quia de cibus nichil intendit / sicut probat in co-
rporali racione adducta obiecto. Ad id autem quod obicitur / dicendum quod igno-
rata et non intenta / non subiciuntur benedictioni et accioni forme
sacramentalis / quia consecracio actus est intentis racione / et ideo non
fertur nisi super intentum. Ad id quod ultimo de altari non

consecrato quintum. Item videtur quod non debet confici super altari non
consecrato. Si autem presumptum fuerit, tunc videtur quod ille conficiat,
sed si hoc factum in contemptum ritus ecclesie, deponendus est et degra-
dandus. Ad hoc autem quod de domino obicitur. Item quod in veritate
per solum tactum domini mensa in qua ipse benedixit consecrabatur.
Et tunc in contrarium obicitur. Item quod non propter hoc consecratio al-
taris est frustra, quia sine ea confici potest sacramentum, quia consecratio
confert altari ut sit idonea mensa tanto sacramento. Idem etiam
intelligendum est de calicis consecratione. Ad id quod ultimo queritur
de vestibus. Similiter item videtur quod vestes sunt de bene esse ut
ostendant munditiam et virtutes que in ministro tanti sacramenti
esse debent. Et ad hoc etiam fuerunt in veteri testamento. Et quo
ad hoc benedictio vestium non est superflua. Si tamen sacerdos sine
hiis celebret sacramentum, pro certo ipse conficit, sed graviter peccat contra
ecclesiasticam institutionem et sacri reverentiam, et ideo deponendus
et graviter puniendus. Ad id quod ultimo queritur de scismaticis
et hereticis, dixit Cyprianus martir quod illi ordinem non habent
et ideo nichil conficiunt. Sed maledicit deus benedictionibus eorum.
Hoc autem corrigit beatus Augustinus et dicit quod Cyprianus hoc dixit
immo zelo fidei quia contra hereticam habuit pravitatem, sed non
oportet nos aliquid falsum dicere propter odium hereticorum. Et ideo dicimus
quod illi qui ab hereticis in forma ecclesie ordinantur recipiunt in
veritate ordinem, sed sunt suspensi ab executione. Et ideo illi
si conservant in forma et intentione ecclesie pro certo conficiunt. Sed
hoc fuerunt ad anime sue perpetuam dampnationem. Et quod
obicitur Maledicam benedictionibus vestris, dicendum quod tales non ma-
ledicunt nisi hiis qui a deo benedicti sunt, neque benedicunt nisi
hiis qui a deo maledicti sunt. Non ergo sacrificium maledictum est
sed potius illis quibus benedicunt, ita quod sacralis locutio in naturam
contrariam. Sic maledicam benedictionibus vestris, hoc est maledicam illis
quibus vos benedicitis, postquam maledicent illi et tu benedices. Idem dicendum
videtur de suspensis et de degradatis. Illi enim pro certo conficiunt, quam-
vis graviter peccent contra statuta ecclesiastica, et sunt graviter pu-
niendi. Ad id autem quod ultimo de palliis obicitur. Item est quod
sine palliis consecratur si presumptum fuerit, sed peccatum fit contra ritum ecclesie
et reverentiam sacramenti. Joseph enim mundata sindone et involucris
corpus domini ostendit quod in sacro fieri debeat, quamvis fiat sine
illo si presumptum fuerit ab imperitis. Casus quidam qui possunt
accidere in ritu confectionis hic secundo sunt tractandi. Ponamus ergo quod
sacerdos missa in parte dicta deficiat et queratur quid sit in isto
casu faciendum. Dicit enim Augustinus quod numquam super eandem materiam
iteranda est forma sacramenti. Et quo ergo deficiente sacerdote non est
iterandum ab initio, videtur quod tunc illud quod de missa remanet
imperfectum relinquatur. Ad hoc autem ponamus ultimo quod sacerdos
deficiat quando dixit hoc est corpus meum, antequam dicat calicis con-
secrationem. Tunc enim non est completum sacramentum nisi etiam calix
benedicatur. Et quid tali casu sit faciendum. Ad hoc autem quid

sit faciendum / Si ex oblivione vel negligentia forte vinum in ca-
licem non infundatur / et hoc usque in finem misse a sacerdote non de-
prehendatur / Quid hic est ponamus / quod in aliquibus terris vinum
nullo modo haberi possit / et queratur quid illis sit faciendum / Si non
illi non consecrabunt corpus sine vino / Rx quod sic carebunt sacramento et
privatio / et hoc in maximum dampnum cadit animarum et fidei pri-
vilegium / Si autem dicatur conficiendum esse sacramentum corporis sine calice, vi-
detur imperfectum esse sacramentum / quia iam in tribus temporibus operibus totum conste-
tit / quod panis solus imperfectum signum est cibi spiritualis / Im-
perfecto autem uti sacramento non convenit quia novum testamentum / quod est in
sanguine confirmatum perficit, quod statum condit et facit / Quid fiet
autem et timor / Ad hoc videtur quod si sacerdos ante canonem in missa defi-
ciat / a quo causa tunc pro certo alius sacerdos missam debet reincipere / et
totum iterare per agendum / quia ea que ante canonem in missa sunt non sunt
de sacramenti confectione sed potius de populi instructione / Si autem in canone
deficiat facto iam aliquibus signis / super hostias oblatas ante
cum transsubstanciacionem / forte moritur / quod alius sacerdos non ab initio
debet missam incipere / sed potius ubi ista dimisit / Rx supplere quod
omissum est / Et hoc propter duas causas / quarum una est ex parte sacramenti
et alia ex parte astantis populi / Ex parte sacramenti quidem quia quamvis
ex illis signis verba panis et vini non transsubstanciet tamen ipsa materia
ex verbis et signis recipit sanctitatem ex qua efficitur magis ydo-
nea ut in corpus Christi transsubstanciet / Et hoc non est repetendum super
illam hostiam ne iniuria fiet virtuti verborum / que tamquam in
habetur / cum iterum verba super eandem hostiam iterantur tamquam priora
verba a priore sacerdote dicta nullam virtutem habuissent / Causa
autem ex parte populi est / quia populus ex hoc minus verba et signa canonis
appreciaretur si videret eam ita facile repeti quia prius dicta
viderentur esse annullata / Signa vero illa licet non transsubstancient
tamen passionem Christi in misterio representant et passio Christi incognita
iterata debet representari / Si autem in ipsa prolacione verborum que sunt
forma sacramenti deficiat verbis iam in parte pronunciatis / Ego alio modo dico
sentencie maiorum consulerem / quod illa hostia pro reliquiis in altari
reservaretur / et missa alia super aliam hostiam ab alio sacerdote
celebretur / Si autem deficit cum corpus iam consecratum est / et non
calix / vel eciam si usque in finem misse de preparando calice cum vino
oblitus fuit / vel aqua de ea neglexerit / Iam ab antiquo consilium
est doctorum quod hostia corporis si sumpta non est in corporalibus inde
reponatur et calix iterate perficiatur / Et ab illo loco simili modo pro-
cedatur quod renatum est etc. Canon super calicem per agatur / quia tunc non
iteratur / eo quod nichil antiquorum dictum est super calicem / et tunc in fine
misse corpus et sanguis accipiantur / Si autem sacerdos pronunciando
verba forme calicis deficiat ante perfectionem / tunc ad hoc dicendum videtur / sic
de hostia corporis / quod si in vase mundo reponatur cum reliquiis / et cum
alio vino calix iterate preparetur / Et ab illo loco Simili postea
quod renatum est etc. ab alio sacerdote sacramentum sanguinis cum missa perficiatur

Ad hoc autem quod queritur de terris in quibus nullo modo vinum possit haberi dicendum videtur quod de hoc consulto ad curiam haberi debeat / quid sit agendum. Cum propter intolerabile dampnum animarum / quod incurritur ex sacramenti defectu / videtur mihi esse cum talibus dispensandum / ut corpus Christi sine calice habeant / et conficiant sacramentum / quia sicut patet ex preandicta corpus non est sine sanguine / et anima et deitate / licet verbis non sit ibi sanguis ex virtute consecracionis et sacramenti. Et per hoc patet solucio ad totum. De tercio ex parte misterii remansit ad hoc inquirendum / si plures sacerdotes unam possint conficere hostiam / videtur autem quod sic / quia in antiqua Romane ecclesie consuetudine / quando papa celebrat / Cardinales sacerdotes assistunt ei ad altare stantes et signa que ipse facit faciunt. Et sic quidam dicunt eciam verba canonis sub misse pronunciantes. Cum ergo verba sacerdotum non in vacuum proferant / videtur quod omnium illorum verba sacerdotum ad eandem hostiam consecrandam referantur / ad eiusdem taliter benedicendam. Et sic videtur quod plures unicam consecrant hostiam.

Adhuc autem cum episcopus celebrat ordines omnes sacerdotes de novo ordinati circa altare in quo celebrat episcopus disponuntur et omnes simul cum eo signa faciunt ad corporis domini confectionem. Et videtur quod eadem hostia simul a pluribus in una et eadem missa consecretur. Ad hoc in consecracione crismatis plures sunt consecratores / cum episcopi si sunt presentes vel eciam presbiteri si plures episcopi non habentur. Et hoc fit propter crismatis excellenciam. Cum ergo excellencius in omni gratia sit corpus Christi / videtur quod non sit incongruum in una et eadem missa plures esse simul corpus domini conficientes.

Ad hoc in ordinacione et consecracione episcopi / plures sunt cum uno episcopo consecrantes. Nichil autem excellencius est / quam corpus domini. Ergo videtur quod non tantum possint simul unam hostiam consecrare quinimmo videtur quod plures debeant et simul consecrant. Si autem hoc forte concedatur / tunc constat / quod non omnes simul et uno et eodem momento verba consecracionis possunt terminare. Si autem unus ante alium verba proferat / et statim prelatis ab uno quantumque verbis hostia transsubstanciata / tunc videtur quod pro nichilo sit / quod alii pronunciant. Adhuc autem cum hoc accidit quod eadem verba iterius dicantur super unam et eadem hostiam / hoc autem quocienscumque fit iniuria fit sacramento. Et hoc omni modo est evitandum quia iniuriam facere sacramento non est theologicum. Consequenter itum queritur / de quodam verbo quod dicitur in Decreto / qui indigne manducat et bibit reus erit corporis et sanguinis domini Jhesu. Et dicit glossa / quod indigne manducat et bibit indevotus. Indevotusque autem est / qui aliter celebrat sacramentum / quam institutum est. Queritur quis est ille qui aliter celebrat / quia hoc glossa non determinat. Ad hec et similia secundum predicta meliorem dicendum videtur quod plures sacerdotes simul nec debent neque possunt simul unam conficere hostiam / quia per hoc secundum Augustinum iniuria fit sacramento. Ad hoc autem vanum est pluribus facere quod melius uno potest fieri. Vanum autem non est in operibus nature et multo minus esse debet in operibus gratie. Ad id autem quod obicitur / de Cardinalibus presbiteris qui domino pape assistunt / dicendum quod poterit ob-

De ritu ecclesie Romane

+ Hec eciā dcā in impositōe manꝰ qn ordiat' cpc qz affirm magnā
porꝰ suscipit qn ordine pluēs ꝯ coordiatoreꝯ ut gra largior ul

secūm assistunt / et nō ꝓpt' consecracōm / q a plꝰ fieri de-
beat / Ad id qd obici'/ qn faciūt sic et pnunciant vba / dām
qꝰ qt uno indicio fieri nō debet / nec enim fit iniuria sci
sacro / Ad id qd obici' de epo ordīes celebrante cū assist
sacerdotes de nouo ordiati / dām qꝰ illa vba nō pnunciat sed
assistunt ꝓpter reuerenciam sacri / et ꝓpt' doctrina / et io signa
q faciūt ꝯ fut ad mutacōz signorꝫ / q fac' cpc et ut illi sa-
cerdotes adiscat signare et sint in exercicio officij qd susceperunt
Ad id qd obici' de ꝯseruacōe crismatis / dām qꝰ nō est simile
qz ibi nulla sba inꝯsicriat' / sꝫ tm̄ significa / Et qz scisias
illa dr̄ omnia scificatas c altaria et ecclias ad ꝯsinadas
et manꝰ impositorꝫ ad spatū receptiuos / Ideo ꝯueniens est
qꝰ cpc in imperatōe illiꝰ scitatꝰ plꝰ ꝯet coadiutoresꝰ
+ ut gra largior impetrē ad regime qd ibi suscipit auaꝫ
Sic aut nō est de corpe dm̄ / ibi n̄ vnꝫ mutatu opat'
in ubo creato ad tnssubstanciacōm sbaꝫ / Et h' nō plꝰ valꝫ
in uno qꝫ in plꝰ / Et io ab vno tm̄ dꝫ ꝯfici sacm̄
fuit tm̄ quida aliqn / q dixerunt qꝰ vna hostia a plꝰ
ꝯsecrat' in casibꝰ inductꝯ in obiectōe / Et dicꝯ qꝰ pluꝰ int'
sacerdotes pnunciaꝰ et ꝓferēs form sacri opat' tnssubstancia-
cōm et nllꝰ aliꝰ nec tm̄ ut dicūt aliorꝫ scanda' interio
qz scm̄ est ea qd intendunt / Sꝫ h' nichil vide' esse / quia
qz scm̄ est ea qd intendunt sꝫ scande' interio / sꝫ porꝰ io qz sacro sit in-
nō sit ꝓpt' h' qꝰ scande' interio / sꝫ porꝰ io qz sacro sit in-
nua sicut dixiꝰ / Ad h' at qd vltꝰ qrit' / dām qꝰ sic
et glo indeuotꝰ est q alr celebrat sacm̄ qꝰ a ep̄o et
scꝯ prīꝰ est institutū / et h' est si forte nō ieiunꝰ vellꝫ
celebrare / aut sine sacrꝯ uestibꝰ / aut in loco nō ꝯsecrato
aut eciā indignꝰ ex ordine ul ex uita inmūda / Ex ordine
quidē sic si ordiens ex comunicato ul symoniacꝰ ul ꝑ simo
niam ē adeptꝰ / Indignꝰ aut vita est / sic ad aliud petoꝫ
reuerencia teneretꝰ scandalū faciēs in celebrando sacrosca
mistria / Quiꝰ ꝯficiat rcatū merit traditorꝫ / et celebra
cōe qz symoniacꝰ eum vēdidit / et in indigꝰ recipiēs corꝰ dm̄
eum ꝯtūm in se est inimicꝯ tradit / Sic fecit Judas / Judas
eum de cupiditate corpe et sangune ex cupiditate sanauit
et recipiēs buccellam a dno dijaꝰ eū possedit / Vn̄ Joh
xiii dr̄ post buccellam intrauit in eū sathanas / et ampli-
orꝫ ex tūc malicie est effectꝰ / Nūc tande dām est / de ritu
istiꝰ sacri / ex pte sumētꝯ / de quo ꝯa queluꝰ / si quiꝰ dēat
comunicare / et quociēs dēat comunicare / et quali sumere
De pmo qrit' / utꝫ aliquiꝰ in pctō mortali exūs debeat
sacra comunionē ede'. vide' at qꝰ sic / qz dr̄ Math ix Non
est opꝰ valentibꝰ medicꝯ / sꝫ male habentibꝰ / et h' dixit dūs
intrans ad petores et manducaꝰ et bibens cū eis / Et ꝯo
ex quo male habet qui est in pctō mortꝯ magꝯ ipe debet
simul sumere medicū sumꝯ et medicinam qua aliꝰ

De ritu

Ad quartum quia ipsum corpus assumpsit pro peccatoribus ergo etiam pe
catoribus videtur esse communicandum / Ad quintum quamvis sit fictus
tamen non dicimus malefacere / quia sumunt baptismum / quia licet non te
baptismus in eo operetur gratiam tamen recedente fictione operabitur /
Ergo a simili quamvis aliquis sit in mortali peccato non
debet dici malefacere sumendo corpus domini / quia cum penitentiam aget
de peccato / operabitur in eo gratiam sumptum corpus domini / Ad sextum
quia inde dedit corpus suum cum aliis apostolis / Et dicunt
sancti quod hoc fecit ut animum suum tanto beneficio a tradicionis
renovaret proposito / Ergo a simili etiam hoc sacramentum dandum
est peccatoribus / Ut a proposito peccati revocentur ut videtur / Ad primum
credatur in contrarium quod / quod beatus augustinus dicit quod non debet sumere
corpus domini / nisi qui confortatus bona est conscientia / Ad quartum at
nunc hoc de hoc vir dicit audacter dico / quod etiam si contritus
sit aliquis / et non sit confessus et penitentie satisfactionem non con
solvit non audeat eukaristiam accipere / Ad quintum at hoc
videtur dicere apostolus / quod dicit probet semetipsum homo / et sic de pane
·io edat et de calice bibat / Dicit autem augustinus quod homo se probet
examinatum desempto accipiendo / ergo communicare non debet
qui de se examinata bone conscientie non accipit / Ad hoc et
similia / Dicendum absque omni dubio / homo existens in mortali peccato
eukaristiam accipere non debet // Eukaristia enim domini figura est archae
sunt i Re v / Ipsa etiam quia manum indignus extendit ut
excipet eam bovibus recalcitrantibus ea calcitrasset / dixit est
et mortuus / Si autem fuit in figura corporis domini / multo magis
spiritualiter moritur qui indignus accipit corpus domini / Et ideo os
suum peccator ad corpus domini non porrigat / Ad quartum autem quod obi
citur de eo quod in civitate dominus publicanis et peccatoribus se exhibuit
preparabatur ad interiorem / Exteriori enim reverentia pro qua aliquis
a peccatoribus recipitur / sic receptus fuit a zacheo luce xix / Sed
interius nemo dominum recipit / nisi digne ad quem paratus sit
i corinthios x / Non potestis mense domini participes esse / et mense demo
niorum / Ad aliud autem dicendum / quod verum est quod corpus a peccatoribus
catoribus et pro peccatoribus recepit / et vasis mundis et aliis per
didit / ut in vase immundo nunquam collocat / Et ideo non est simile
de exteriori receptione et interiori / Ad aliud dicendum / quod hoc inde
tu apostolis corpus suum tradidit / quia cum prodere non debuit / ut vo
luit / Si renovare intendit / Sed tamen iudas ad dampnationem suam
corpus corporis domini accepit / Et simili sacerdos si aliquis peccator cuius
peccatum occultum est publice inter alios os porrigit / debet sacer
dos illi corpus dare domini / ne eum prodat / ipse tamen ad suam hoc accipit
dampnationem / sic et iudas / Et sacerdos in hoc casu facit quod dominus
fecit / quia illa benignitate quod ei cum aliis porrigit peccatorem
quantum in se est revocat a proposito peccandi / Ro iii Ignorabis

quod benignitas dei ad penitentiam te adducit / secundum duriciam autem
tuam et impenitens cor thesaurizas tibi iram in die ire / Ad
hoc autem quod obicitur in contrarium / dicunt doctores / quod sufficienter con-
fortatus est bone conscientie testio / quod contritus est de omnibus peccatis cum
proposito de cetero non peccandi / confitendi ut sit confessus / vel satis-
fecit / quia in contritione / deus peccatum dimittit / et dimisso peccato
est homo in communione sanctorum / et tunc communicare potest / Confessionem
autem ut dicunt differre potest homo de causis / quarum una est / quia
forte confessorem statim habere non potest / vel quia tempus confessionis
erat statutum generaliter ad quod non venit / vel infirmitatis et necessitatis
articulus confessionem non exposcit / Ad hoc autem quod dicitur de in-
firmis / dicendum quod loquitur in casu in quo vel tempus constitucionis
vel articulus necessitatis confessionem exposcit / et pericula habetur
confessore / Ad hoc quod de apostolo obicitur / dicendum quod satis se pro-
bavit qui per contricionem viam iniquitatis in se non invenit / Propheta
proba me domine / et tempta me ure renes meos / et cor meum
et vide si via iniquitatis in me est / Secundo notandum est
quotiens aliquis debeat communicare / De hoc autem dicit Canon anti-
quus / quod ad minus ter in anno Natali domini pascha et pentheco-
sten est communicandum / et ad illa festa se debet preparare
homo / quia etiam ter in anno omnis masculus conveniret in templum ut
appareret coram domino / Concilium lateranense dicit quod semel in
anno ad minus est confitendum et communicandum / Augustinus autem dicit quod
omni die communicantes non reprehendit / si ex devotione facit / Raro
etiam communicantem non reprehendit / si ex humilitate dimittit / Beatus
autem gregorius in dyalogo quendam sacerdotem laudat / quod omni die ex
devotione celebrabat / Beatus autem Jeronimus in vitas patrum laudat abbatem
/ quod post susceptum ordinem numquam ex reverencia sacramenti celebrare ausus
fuit / Et in hiis omnibus videtur mihi et dico quod medium tenere est
bonum / quia medio tutissimus ibis / aliquando celebrando / et aliquando intermit-
tendo / nisi officium exigat ut omni die celebretur / De hiis
autem qui indigne omni die communicat / puto in quod acriter reprehendendi
sunt / quia nimio usu faciunt vilescere sacramentum / Et porro ex levitate
indiscreta putantur hoc desiderium / quam ex devotione caritatem / Ultimo
autem omnium querendum est / de hoc sacramenti duplici manducatione sacramentalis
et spiritualis / Sacramentalis quidem est qua sumitur usque ad perceptionem sacramenti
/ hoc est usque ad percepcionem veri corporis christi / Et hoc quidam mo-
do etiam sumitur etiam ab indignis / sicut a iuda supra fuit / Et
hec quidem sacramentalis superior fit secundum confessionem Berengarii qui
ore sumitur et dentibus atteritur / corpus domini / contra quod attricio et
masticatio ad species tamen sacramentales refertur / sicut in articulis in
tercio quomodo sumitur tractatum est ostensum / Spiritualis autem superior sive
manducatio fit qua percipitur sacramentum usque ad quod spiritualis perceptio
Et hec fit dupliciter aliquando cum spiritualis est cum sacramentali / Ali-
quando autem sine illa quando sacramentum articulus necessitatis et non contemptus

religionis effudit. Licet autem sit gratia in hoc sacramento per-
cepta multum in premissis determinatum est, tamen ad modum omni die
percipere sacramentum spirituali manducatione est laudabile quia illa
scriptum est Ecclesiastici xxiiii: Qui edunt me adhuc esurient et
qui bibunt me adhuc sitient, nec umquam de illa dulcedine
satiabitur in hac vita sed dicit cum illo: Satiabor cum apparuerit
gloria tua. Hec de eucharistia propter honorem Ihesu Christi a nobis
scripta sunt ex quibus multa alia possunt intelligi. Et si quid
lectori in dictis displicet, parcat simplicitati, quia et si
non subtiliter tamen utiliter multa in eis dicta inveniet etc.

4

Quare septem petitiones orationis dominice sint convenienter et debite
ordinate, quia ubi quod nos eterna [illegible] petere illud quod primum est
scilicet nomen dei quod est sanctum. Luce primo: Et sanctum nomen eius. Et
regnum eius sempiternum est. Psalmo: Regnum tuum regnum omnium
seculorum. Et Danielis vii: Et regnum eius non dissipabitur, et potestas
eius in eternum. Item voluntas eius que impletur. Ysa. xlvi: Omnis
voluntas mea fiet. Item sic prius est recedere a malo [illegible] omnis
consequi bonum, quod innuitur [illegible] ordinantur petitiones ad
consequendum bonum, que ad amovendum malum. Item ad hoc quod homo aliquid
petit ut donetur, scilicet proprie donum dei et [illegible] scilicet
ea que propter nostra nobis dantur, quod ubi impetrent [illegible] pe-
titiones [illegible] non respondeat donis spiritus sancti. Item Luce xi in
oratione dominica solum ponit quinque petitiones sicut patet ibi. [illegible]
super [illegible] Matheus ponit septem. Item [illegible] invicem
ut caritas benevolentie eius [illegible] iustitia sua nos perim-
at [illegible] sua nos [illegible] ipse [illegible]
[illegible] nos ut dicitur i Johannis iiii super [illegible] quod premittit
petitionibus pater in celis [illegible] ad [illegible]
[illegible] nomen dei quod sanctificat ab homine [illegible] omnis sancti-
ficat. Aut quod sanctum est [illegible] quod sanctificat. Et si dicatur
[illegible] quod non sanctificat in se [illegible] est sanctum in nobis
[illegible] non est in nobis quod non sanctificat in nobis
quod non est in nobis [illegible] nullo [illegible] est in nobis
[illegible] ut [illegible] neque ut [illegible] in [illegible]
[illegible] neque ut [illegible] in [illegible] neque [illegible] in mo-
[illegible] neque ut [illegible] in [illegible] neque ut [illegible] in [illegible]
neque sic [illegible] in [illegible] sed in [illegible] et [illegible]
[illegible] dominicam [illegible] oratio dominica [illegible]
[illegible] est [illegible] ad [illegible] recte [illegible]
ordinis [illegible] posset [illegible] in ista oratione dominica posita est

Cum enim oratio est quasi interpres desiderii nostri apud Deum, illa solum recte orando recte petimus que recte desiderare valemus. In oratione autem dominica non solum ponuntur que recte desiderare possumus, sed et eo ordine quo desideranda sunt, ut ea sit informativa totius nostri affectus. Manifestum est autem quod primo cadit in desiderio finis, deinde ea que sunt ad finem. Finis autem noster Deus est, in quem noster affectus tendit dupliciter. Uno modo prout volumus gloriam Dei. Alio modo prout petimus gloriam regni eius. Quorum primum pertinet ad dilectionem qua Deum in se ipso diligimus. Secundum vero pertinet ad dilectionem qua diligimus nos in Deo. Et ideo prima petitio ponitur: sanctificetur nomen tuum etc., per quam petimus gloriam Dei. Secunda vero ponitur: adveniat regnum tuum, per quam petimus ad gloriam regni eius pervenire. Ad finem autem predictum ordinat nos aliquid dupliciter: uno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem bonum quod est utile in finem. Est autem aliquid utile in finem beatitudinis. Uno modo primo secundum meritum quo beatitudinem meremur Deo in omnibus obediendo. Et quantum ad hoc ponitur petitio: fiat voluntas tua etc. Alio modo instrumentaliter et coadiuvans nos ad merendum. Et ad hoc pertinet illa petitio: panem nostrum etc., sive hoc intelligatur de pane sacramentali, cuius cotidianus usus proficit homini, in quo etiam omnia intelliguntur alia sacramenta, sive etiam intelligatur de pane corporali, ut per panem intelligatur omnis sufficientia victus, sicut dicit Augustinus ad Probam, et quia Eucharistia est precipuum sacramentum inter alia, et panis est precipuus cibus inter alios cibos. Unde Matthei vi dicitur: panem supersubstantialem, id est precipuum, ut exponit Jeronimus. Per accidens autem ordinamur in beatitudinem per remotionem prohibentis. Tria autem sunt que a beatitudine nos prohibent. Primum quidem peccatum, quod directe excludit a regno Dei, secundum illud i ad Cor. vi: neque fornicarii neque idolis servientes regnum Dei possidebunt. Et ad hoc pertinet quod dicitur: dimitte nobis debita nostra. Secundo temptatio que nos impedit ab observantia divine voluntatis. Et ad hoc pertinet quod dicitur: et ne nos inducas in temptationem, per quod petimus ut non temptemur, sed ut a temptatione non vincamur, quod est in temptationem induci. Tertio penalitas presens que impedit sufficientiam vite. Et quantum ad hoc dicitur: libera nos a malo. Et ideo ut dicit Augustinus in Enchiridion, in hiis petitionibus petuntur cetera in hoc vita [illegible]. Et quia quelibet petitio sit in intentione obtinendi, alias enim frustra fieret. Intentio autem finem respicit qui prius intenditur, deinde illa que sunt ad finem. Propter quod petitiones in oratione dominica debent ordinari, primo illa que respiciunt finem, deinde ea que sunt ad finem. ~~Et ideo [illegible] in [illegible] fiat~~ [illegible] quod duplex est via, una operationis, alia contemplationis

Prima via itaque orationis incipit a fine optato scilicet deo / via
operacionis ab eo quod est remotissimum in [illegible] finis
Primo ergo execucionem operum iustitie qua acquiritur finis
primo inchoamus et ad exclusionem mali et exter-
minacionem viciorum / et deinde procedimus et ultimo ad
operacionem et insercionem virtutum / que continue et per incrementum
se habent ad finem. Alter autem est in oracione ubi enim quod
aliquid cadit in intencionem prius et primo determinandum
est ordo petendi ipsum. Et quia ergo deus quod est in execucione
operum iustitie inchoandum est a malorum eradicacione
et deinde procedendum est ad opera meritoria ad que sequitur
premium / Alter tamen est in oracione in qua effectandum est ordo
in quo procedimus ab illo quod magis intenditur et affe-
ctatur ad illud quod minus. / Et similiter [illegible]
minus / servat ordinem retrogradum procedendo a fine [illegible]
primo / et dicit quod hoc [illegible] malorum est cavendum, ideo primo
petit liberari a malo. Unde Sed libera nos a malo / Et quia
sine temptacione non est vita hominis super terram Iob vii Mi-
litia est vita hominis super terram / ideo post liberacionem a malis petit
ut in temptacionem non inducatur. Unde Et ne nos inducas etc.
Et quia quamdiu hic est in hac vita semper est in aliquo peccato [illegible]
Iohannis [illegible] Si dixerimus quod peccatum non habemus nos ipsos
seducimus / et veritas non est in nobis / ideo petit homo
ut sibi debita id est peccata dimittantur. Unde Et dimitte nobis etc. Et cum
fuerimus liberati a malo / et vicerimus temptaciones
et cum debita nobis fuerint dimissa / Sed quia per se stare
non possumus nec vivere nisi nobis [illegible] / ne penuria
expectantes deficiamus in via / ideo petimus panem
cottidianum. Unde Panem nostrum etc. Et cum homo fuerit liberatus
a malis / et roboratus in bonis petit ut fiat voluntas
Char dei. Unde Fiat voluntas tua etc. Et quia [illegible] vita perfecta fieri
non potest / [illegible] petimus ut regnum adveniat in quo
homo poterit sanctificari in celis / quia nunquam de cetero poterit
a sanctificacionis gratia separari. Unde Sanctificetur [illegible]
dicta plane intelliguntur ordinate peticiones sunt ordinantur
Unde duas petit iustitie que sunt declinare a malo / et facere
bonum iuxta illud Ps. Declina a malo et fac bonum / Et
primo petimus ut deus det nobis gratiam faciendi bonum / et hoc
tribus peticionibus. Secundo quod det nobis gratiam vitandi
malum et hoc in aliis tribus peticionibus / et in Et dimitte nobis etc.
Et quia de iure bonorum quedam sunt spiritualia que pertinent ad
animam et hec primo petuntur / Quedam autem sunt temporalia que
pertinent ad sustentacionem corporis / ad que et hec petuntur

xo i primeir num ... Et patet ordo iste ex verbis domini Mat.
vi dicentis primum querite regnum dei et iusticiam eius et hec omnia
adiicientur vobis. Bona autem que pertinent ad animam sunt
tria, quorum autem quoddam pertinet ad futuram vitam ut gloria
et istud primo petitur cum dicitur Sanctificetur nomen tuum etc. Quod aliud
pertinet ad animam in presenti scilicet perseverancia in bono et
gracia et ista petimus secundo cum dicitur Adveniat regnum tuum etc.
Petitur ergo primum bonum quod est ad animam pertinens in futuro
cum dicitur Sanctificetur nomen tuum i. in nobis clarificetur ut te vi-
deamus facie ad faciem quod in futuro adimplebitur, ubi
sancti amplius non peccabunt ut peccare poterunt. Et licet
peticio est et simplex, quia tales dei veritatem vide non pot-
... tunc intenter et obstaculum veritatis ... peticionum
requiritur humilitas petentis quantum petendo fiducia ob-
tinendi in quo petendo est ... cum ... homo
rogat defectus suos ... postulat et
humiliter ... aut de fiduciam ... ob-
tinendi et ... in fide quantum ad plenitudinem
credendorum ... effectum ... quibus
nemo petendo ... effectum ...
fiducia obtinendi ... petentis ad petendum ...
humilitas et fides ... ad impetrandum ... Jacobi
i° postulat in fide nil hesitans. Deus enim superbis resistit
humilibus autem dat graciam Jacobi iiii. Ita ergo ... sancta ...
orandi sufficiens quantum ad numerum petendorum quantum ad
ea que petenti sunt necessaria, et ... salvatoris
non est ... petendi quantum ad ... vero
... quantum ad sufficientiam ... petendorum ...
bona que oculus non vidit nec auris audivit nec in
cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se, ut dicitur
Ysaie et ... Corinthios. Sic itaque primus ... peticionibus
peti ... bonum futurum nobis in patria quod manifestabit ...
... veritas summa, ... et summa bonitas. Felicitas vero ... in
presenti iam tactum est ad indigenciam vite temporalis pertinet ut
... in ... dicitur panem ... c. ... etc.
quibus non videtur ... ad presentis vite indigentiam pertinet
In illa itaque vita eterna ... nos ... esse noveri-
dei sanctificatam et regnum eius et voluntatem eius ... ...
et corpore ... ... illa. Et ...
... possimus ... ubi est ... peccatorum ... nos unde
ad ... vel ... mala ...
... ubi supra

Ex premissis omnibus notabilibus patet questionis responsalis
septem petitiones dominice orationis sunt sufficienter et debito
ordine a Christo tradite. Patet hec conclusio quantum ad 1 ex
notabilibus posita. Secundo patet: Nullum imperfectum et
inordinatum est a Christo positum; sed dominicalis oratio
est a Christo posita, ergo est sufficienter et ordinatissime tradita.
Patet insuper et arguitur per 3 Augustinum ad Probam: Si recte
et congruenter oramus nichil aliud dicere possumus quam quod
in ista oratione est positum. Ergo sequitur quod omnes orationes
alie in hac dominica oratione comprehenduntur. Patet ex questionibus
Quo ad quod puto primo et 2a patet ex conclusione et ex no-
tabilibus. Sed ad rationes quas oppositum. Ad primum
dicendum ut dicit Augustinus in libro de sermone domini in
monte, cum dicimus Sanctificetur nomen tuum, sic petimus quod
ne sit sanctum dei nomen, sed ut sanctum ab hominibus habeatur,
id est ad dei gloriam in moribus propagandum. Et cum dicitur
Adveniat regnum tuum, non ita dictum est quasi nunc non
regnet, sed ut Augustinus dicit ad Probam, desiderium nostrum
ad illud regnum excitamus ut nobis veniat
atque in eo regnemus. Quod autem dicitur Fiat voluntas tua, recte
intelligitur obediatur preceptis tuis sicut in celo et in terra, id est
ab angelis ita ab hominibus. Unde hee tres petitiones
2 complectuntur in vita eterna, alie vero 4or pertinent ad
necessitatem vite presentis, ut dicit Augustinus in Enchiridion. Ad
2m dicendum quod licet oratio sit interpres desiderii, ordo
petitionis non respondet ordini executionis, in quo prius
est finis quam ea que sunt ad finem, et consecutio
3 boni quam remotio mali. Ad 3m dicendum quod Augustinus
in libro de sermone domini in monte adaptat septem pe-
titiones donis et virtutibus dicens: Si timor dei est quo
beati sunt pauperes spiritu, petamus ut sanctificetur in
nobis nomen dei timore casto. Si pietas est qua beati sunt
mites, petamus ut adveniat regnum eius ut mitescamus
nec ei resistamus. Si scientia est qua beati sunt qui lugent, oremus
ut fiat voluntas eius, quia non sic lugebimus. Si fortitudo
est qua beati sunt qui esuriunt, oremus ut panis noster
ideo cum dicit hoc sacramentum suis tradidit Matthei xxvi° et Marci xiiii° et Luce
xxii° dixit, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, ut secundum gratiam coram
deo inveniret, Et hoc significatum est Ruth ii°, ubi statim booz dixit
ad ruth filie non vadas in alium agrum ad colligendum, nec recedas
ab hoc loco, sed iunge puellis meis et ubi messuerint sequere, mandavi
enim pueris meis ut nemo molestus sit tibi, sed si eciam sitieris, vade
ad sarcinulas et bibe aquam de quibus et pueri mei bibunt, Statim
in gratiarum actionem cadens in faciem suam et adorans super terram dixit
unde mihi hoc, ut invenirem gratiam ante oculos tuos, ager enim in quo
gratia illius refectionis colligitur terrenum et divinum est dominicum corpus, nec ad
alium agrum euntes inveniemus gracie edulium, sed iuncti puellis et pueris

nec boez qui in quo est dtus inspr, virtutes colligimus cibum, et ad passionales
qe formas et figuras sacramentales significatur, bibimus aquas refrigerij
sempiterni, statim in gratuitatem adductes, et ditetes quo gratiam invenimus
spalez, hanc aut non inveniunt qui in agro corporis et vitiis non quiescunt, sed potius
omnem gratiam privati inanes relinquuntur, hec sunt novalia patrum, de quibus
psalmus xxv dicit, multi tibi in novalibus patrum. Pres enim omnes in Christi corporis
novalibus gratiam salutis invenerunt, quia nulla malarum stirpium in hoc novo festo
vinculum sustinuit, gratia quo nove societatis coram deo specialis in sacramento
invenitur, et ideo eucharistia vocatur. Tercio aut constat quod specialiter deo est ac-
ceptum, quod specialis gratie est ostensivum unde est terre, ait vero luce ipso jo vi
ubi hec gratia sacramentis significatur in panibus quinque quibus dominus turbas saciavit
ad Christum, accepit ihesus panes et benedixit ac fregit, ubi g dicit quod accepit
quia hoc sacramentum specialiter acceptavit, inter omnes gratias quas hominibus exhibuit
oz enim specialis gratie nomine habere, quod in gratia ipsi Christi est acceptissimum
unde psalmus, acceptabis sacrificium iusticie oblationes et holocausta tunc imponent super altare tuo
Sacrificium enim iusticie est quod omnem pro nobis perfecit iusticiam, et quod specialiter
in gratia deo est acceptum, Sacramentum est eucharistie in quo oblationes sunt corporis
cum sanguinis et spiritus et divinitatis et et holocausta agni omni tempore inflammati
caritatem et caritatem perfecte, sicut dicit levitici xxvi Cum agnus totus in igne
caritatis se accendit, et odorem suavissime gratie apud deum, et tunc illa gratia
ponentes etiam nunc vitulos, hoc est omnem caritatem peculiarem mactantes
imponimus super altare sacramenti in igne caritatis nostra sibi offerentes ut accepta
sint in tali sacramenti acceptatione, De hiis aut qui sunt gratie non continent
dicit dominus malachie primo Non est mihi voluntas in nobis et munus non accipiam
de manu vestra, hoc est, quicquid offertis non acceptabo, quia sine hominis oblationis
gratia non est acceptum, et hoc est quod sequitur, ab ortu solis usque ad occasum quia
magnum est nomen meum, in gentibus et in omni loco meo nomini offertur
oblatio munda, munda aut digna est deo et accepta, Quartum aut est quia
nichil est in hoc sacramento in quo est gratia, omnia enim que in ipso sunt, sunt corpus et anima
et deitas, Corpus aut ex purissimis sanguinibus est gloriose virginis, que
spiritussancti gratia sunt induti, non unquam originalis vel actualis macula
peccati infecti, Anima aut a deo patre et filio et spiritu sancto ad imaginem dei
perfectissimam creata de nova, et deitas eterna, in tunc iudiciam nichil
unquam nunc potuit intrare, Sape vero propter puram iudiciam nullam ingra-
natum intravit in illam, et sic mirabili et nova gratia, hic convenit antiquum
et novum et eiusdem, antiquum quidem est in antiquitatis prime gratia assumptum
quod in immunitate culpe ex assumpsit corpus, cuiusmodi voluntarie assumpserit
penam, sicut quod dicit jo iii, Qui de celo venit super omnes est, dicit et glosa ibidem
non quod de celo corpus attulerit, sed quia hoc quod ad immunitatem culpe de altitudine
nature pure assumpsit, et hic corpus plenum gratia fuit propter duas causas, Quarum una
est, quia corpus altitudinis nature divine in gratia fuit, Alia aut quia corpus
materia spiritussancti formatum, totum fuit gratie promptuarium, et hoc significatur
iudicum vi, Ubi ros in terram descendens et granum et vellus implevit, Ros est
gratie, et granum ipsa venter virginalis, et vellus agni immaculati in corpore christi
implevit, et expressum vellus granum implevit, quia de corpore redundans
gratia implevit virginis uterum, et implevit ecclesiam, cuius ille venter fuit fi-
gura, Patet ergo quod nulla gratia fuit in eo quod fuit antiquum, novum aut
hoc est anima fuit plena gratia, De hac enim dicit johannis primo, Non ad mensuram

dat deus spus hoc enim aia no ad instar sctitt in domo accepit spum
sctm / hec enim felix aia est de qua dr pu vltio Multe filie qgrega-
uerunt diuicias / tu sola supegressa es vniuersas / et io non eciam plena
fuit vmbra gracie / Clima aut qd est deitas no tm est gre plena
quam et fons gracie / hic est enim fons copie omnia per gram infundens
de quo dr Cantic iiijo Fons ortorum puteus aquarum viuencium que fluunt
impetu de libano / libanus enim candidus est / a quo impetu deitatis
eius fluunt indeficientes riui gracie / Sic ergo omne qd est in hoc sacro
gracia est plenissimum / Et hoc significatum est gen xviij / vbi magnus
prudarcha deus pr vxori sue hoc est sapie sue dixit Accelera tria
sata farine simul commisce et fac subcinericios panes azimos pro cibandis
angelorum / vsui preparatos / Summa enim corporis et aie et deitatis sunt pulcri-
et io tria sata esse dicuntur / in quo corporis sit pulcritas et aie / gre et diuinitatis
candor eciam / ex his aut fit manna sue sapie preparatus vnus subcinericius
panis xpc ihs / Subcinericius nempe inuisibilis deitatis et vsui angelorum ad omnem
delectacionem preparatus / qd patet et ps Panem angelorum manducauit homo cibaria
misit eis in abundanciam / Nichil ergo n gre plenitudo inest in hoc sacro
qd et corpus in nobis efficit gram communionis / et aia gram redempcionis / et dei-
tas omnis gre acceptacionem / et io multo bona gra / hoc est eucaristia dicitur
hoc sacrm / Cuius causa quam supra posui / quia est gra super gram / et continens
grciarum / Confert enim hoc sacrm gram communionis / et supra hanc gram
expiacionis / et supra has duas gram redempcionis / et supra has tres affert
gram viuificacionis / et supra has quatuor dat gram refeccionis spiritualis
et supra has v sit gram eterne beatitudinis / Et ex his patebit quod affert
continens gra et sctitatis / et ex corpore quidem affert gram communionis omnium
xpi membrorum / ex sanguine aut dat gram expiacionis / ex aia gram re-
dempcionis / et ex spiritu qui dat gram viuificacionis et virtutis / ex deitate
aut affert gram refeccionis / et ex toto signo sacramenti dat gram
eterne beatitudinis / et de vnicacione quidem corporis dicit apls i Cor xo Panis
quem frangimus nonne communicacio xpi corporis est / quod dicit sic est qd patet et
apls i Cor xijo / Sicut in vno corpore multa membra habemus singulariter
omnia aut membra non eundem actum habent / ita vnum corpus sumus in cristo / Sicut
enim in vno corpore cristi naturali et non omnium membrorum sunt vna in corpore cristi
omnis boni et omnis gre communitatis / ita in corpore mistico / per corpus
xpi verum / omnes in omnibus graciis cristi et omnium fidelium communicamus
ps Participem me fac deus omnium timencium te / et custodiencium mandata tua / doc
vnde vero dr de fidelibus actus vo Et erant illis omnia communia / et per-
mittitur quod non erat quisquam egens inter illos / sed vere sit in illis / qd dicit
apls i Cor xo / ex equalitate sicut scriptum est de manna Exo xvjo / Cum
multum non abundauit et qui parum non minorauit / omnibus enim in hac com-
munione non abundauit et qui parum non minorauit / omnibus enim in hac co-
mmunione corporis xpi / omnia que sunt corporis sunt communia sicut et membra corporis xpi vni-
communione corporis xpi / omnia bona corporis communicamus / hoc est sanctorum communio / quam in simbolo credo
omnia bona corporis communicauit / hoc est sanctorum communio / quam in simbolo fide
confitemur dicentes Credo in sanctorum communionem / qd in communionem corporis xpi / omnia
que sunt xpi et fidelium ipsa nobis omnibus efficiuntur communia / sicut dr ij Cor ixo
Vestra abundancia illorum inopiam suppleat / vt et illorum abundancia vestre
inopie sit supplementum / hec enim sunt promptuaria huius sacri / de quibus
dr promptuaria eorum plena eructancia ex hoc in illud / Et hoc est qd

com̄ [illegible]

in consummati iocunditate sanctorum / De plenitudine ista accipientes in gratiarum
actionem dicit ps. / Memoriam abundancie suavitatis tue eructabunt et iusticia tua ex-
habentes enim istam mensuram abundancie istius communionis christi et omnes sancti exultent
ipsi de plenitudine illa eructant suavitatem / et exultat iusticia abun-
dantissima ad omnem plenitudinem gratiarum / Super hac communionis plenitudinem
in qua gratia confert etiam gratiam expiacionis ab omnibus peccatorum periculis / non
enim unquam expiatur quem sanguis christi non expiavit et emundavit. Unde ps.
dicit / lavabis me et super nivem dealbabor / Et premisit / asperges me
domine ysopo et mundabor / ysopus autem herba est sanguinis vel pulmonis purificati-
va sanguinem christi significans / qui nos omnes expiat a maculis peccatorum
Unde apostolus dicit de omnibus expiatis / laverunt stolas suas et dealbaverunt eas in san-
guine agni / quia quicquid in conspectu operis vel efficacia corporis vel affectibus
et sensibus anime, vel cogitacionibus spiritus sunt non expiatur, nisi sanguinis christi
aspersione / Et hoc est quod dicit Job ix°. Si lotus fuero velud aquis nivis, et
fulserint velut mundissime manus mee / tamen sordibus intinges me, et abhomina-
buntur me vestimenta mea / quia quamvis nitores virtutum theologicarum naturales vel
purgantes vel purgatorias sive animi purgati sicut distinguit plotinus / Et si re-
stimita consummacionis virtutum fulserint velut mundissima · periculis heroicarum
virtutum decorata / tamen nisi sanguis christi expiet · nos sordescimus et sordidi sumus
dicente apostolo hebr. ix°. Sine sanguinis effusione non fit mundacio / hoc
est etiam quod significatur Exo. xxix°. ubi omnia precipiuntur mundari in sanguine. di-
cente aaron / hic est sanguis testamenti quod mandavit nobis deus / Testamenti
enim sanguinis · sanguis est expiacionis ingressus omnia mundantur dicente apostolo / ipse
vivo / Sanguis christi emundavit conscienciam nostram ab operibus mortuis ad serviendum
deo viventi / hec ergo gratia expiacionis est super gratiam communionis in hoc sacramento
Cumulatur autem et hec in sacramento per gratiam redempcionis / que est in eius precio / quod
pro nobis offertur in hoc sacramento / hoc enim ut dicit beatus ambrosius / est admirabile pre-
cium / cuius pondere tota est redempta mundi captivitas / tartharea confracta
sunt claustra / aperta est nobis ianua regni / et nos omnes sumus liberati / Ysaie
liiii° / Ecce deus noster / ecce merces eius cum eo / et opus illius coram illo / merces
magna qua omnes redempti sumus / ps. apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemp-
cio / magna precium autem plus ponderis intulit in thesauris patris quam totum abs-
cinna precium autem plus ponderis intulit in thesauris patris quam totum abs-
tulit thesaurum gentium / hoc est precium de quo zacharie xi° quod ad statuarium hoc
est precium infinitum thesauri factorum intulit pro nobis christus in redempcionem nostre
captivitatis / unde Jacob in figura christi dicit de eo Gen. xxxi° / Ego dapnum omne
reddebam / si quid furti perierat a me exigebas / plus enim quam dapnum pro
nobis solvebat anima christi / quia et nos ab obligacione captivitatis redemit / A nobis
vite eterne iniciata est beatitudinem / Sic enim in redempcionem pro nobis christus animam
suam posuit / Johannis xv° / maiorem hac dileccionem nemo habet, quam ut animam suam
quis ponat pro amicis suis Et item Jo. x°. Bonus pastor animam suam ponit
pro ovibus suis / Et hoc precium redempcionis quottidie offerimus ad aram
in devocione / ut ab omni obligacione redimamur / Unde apostolus i Cor. vi°. Em-
pti sumus precio magno / glorificate deum et portate in corpore vestro / Empti
autem sumus non alio nisi quia redempti sumus anime christi precio / Et hoc est quod dicitur
i Petri i°. Non corruptibilibus auro et argento redempti estis a vana
vestra conversacione paterne tradicionis / sed precioso sanguine tamquam agni immaculati
christi / loquitur de sanguine in precium redempcionis / Ad hanc redempcionem
david clamat in psalmo dicens / Redime deus israel ex omnibus angustiis

xiii

suis. Hac ergo gratiam super duas dictas habet hec sacramentalis. Adhuc autem et hijs quartam
cumulant gratiam vivificationis ex spiritu Christi qui sicut in aliis hominibus vehiculum est
vite et virtutis, restituens in nobis omne quod deperditum est vite spiritualis, ex
inedia famis antiqua, per quam manducati non habentes istud edulium
vita divina deperdita est in nobis. Hoc enim totum deperditum spiritus Christi refundit
in sacramento corporis Christi vivifici, quod totum est plenum spiritu sancto Jo. vjo. Qui
manducat me vivit propter me, et quod a spiritu hec vita procedat dicit ibidem
Spiritus est qui vivificat, tanta autem non potest estimari. Sic eciam de mor-
tuis qui corpus Christi acceperunt dicit Ezechielis xxxvij. Egressus est in ea
spiritus vite et vixerunt. Spiritus enim perpetue vite spiritus dei est, que abun-
danter nobis spirat sacramentum, unde apostolus dicit Ro. viii. Qui suscitavit
Ihesum a mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem
spiritum eius in nobis. Mortalia enim corpora sunt que continuam perdicionem habent
in vite principiis, que deperdicio continue reparatur per vivificationem et ve-
getacionis eius sacramentum. Sic de castissima papa patre, que huic vivificationis
modum excogitare potuit dicit Ezechielis viij. Sapa vitam filiis suis inspi-
ravit. Inspiravit enim omnibus filiis suis vitam in pane filiorum vivi-
fico in quo est summus, a quo vite spiritus procedit. Sic enim ut dicitur ipso dicit
suos cibat pane vite et intellectus omnes vegetans ad vitam eternam
dicit Jo. xo. Ego vitam eternam do eis et non peribunt. Per cibum enim con-
iungit eis spiritum qui eternam vitam spirat in eis, et ideo perire non possunt.
Et hec est quarta gratia qua cumulat super tres anteriores. Habet autem et quintam
ex refectione deitatis. Hec enim est que nos reficit, et ipsum hoc confert incre-
mentum refectionis. Unde I Cor. iii. Neque qui plantat est aliquid, neque qui
rigat, sed qui incrementum dat deus. Hec enim est pastura intime refectionis
de qua dicit Gen. l. Nolite timere ego pascam vos et liberos vestros. Nichil enim
intus mentem reficiat nisi supra in corpore domini virginis deitas, de qua dicitur
in psalmo. In loco pascue ibi me collocavit. Alibi enim pascua non inveniuntur.
Unde et licet pascua sunt exhibentis tam in unita deitate, in qua anima
pascitur continuat, quam in humanitate que deitati est unita, dicit Jo. xo. Ingredietur
et egredietur et pascua inveniet, intus enim ingreditur in deitatem, et extra
ad sensum in humanitate que deitati est unita Eze. xxxiiijo. In pascuis u-
berrimis pascam vos. Uberrima pascua sunt refectiones sacramenti, saporem
deitatis habentes. Hoc est quod dicit Ysa. lviij. Sustollam te super altitudinem
terre, et cibabo te hereditate Jacob patris tui. Altitudo enim terre est excel-
lencia corporis Christi in qua cibus est et refectio, per hoc quod corpus deitati
est unitum, et hec hereditas Jacob et omnium ab inicio patriarcharum, quia
omnes in fide et benediccione huius sacramenti sunt vegetati et refecti. Hoc
est quod omnes invitans dominus dicit Matth. xio. Venite ad me omnes qui labo-
ratis et onerati estis et ego reficiam vos. Reficit enim quod deperditum est per
gratiam huius edulium, quia comedentes ipsum semper sunt in desiderio huius refectionis.
Unde Eccli. xxiiij. Qui edunt me adhuc esurient, et qui bibunt
me adhuc sicient. Preter omnes dictas gratias est quod significat nostre
fruitionem eterne beatitudinis, sicut dicit beatus Dionysius in primo capitulo celestis ie-
rarchie, et hoc totum premittit ecclesia in quadam collecta dicens. Presta ut
quod specie gerimus verum veritate capiamus. Sicut enim Christus in specie sacramenti immu-
tacionem sacramentaliter se influit nobis ad gratiam, ita sub deitate influet se no-
bis in omnibus beatis ad gloriam. Et hoc est quod dicit Johannis xvijo. Ego

claritatem quam dedisti michi dedi eis ut sint unum sicut et nos unum sumus, ego in eis et tu in me ut sint consummati in unum. Claritas enim quam pater dedit perficiendo filio est claritas qua claret in omnibus membris corporis mistici. In omnibus enim illis fulget et lucet claritas Christi, et ideo cum ab aliis removeretur fere (?) sceleratus (?) hoc corporis membrum traditor Jo. xiii°, statim dixit Christus: Nunc clarificatus est filius hominis, et non quievit (?) ad ipsum gentiles claritatem eius accipiendo, sicut dixit post Christus: Venit hora ut clarificetur filius hominis. Nichil enim claritatis habere possumus nisi claritas filii dei clareat in nobis. Sic ergo influendo se nobis spiritualiter et sacramentaliter nobis suam dat claritatem, quam sibi pater dedit in membris perficiendis. Et sic unum sumus cum ipso corpus, dicente apostolo i Cor. xii: Vos estis corpus Christi et membra de membro. Hoc enim modo pater per consubstantialem filio deitatem suam est, claret in ipso homine sibi personaliter unito (?), et claret filius in patre sibi una et eadem substantia deitatis clarissimam. Et si hoc ergo modo Christus claret in nobis et pater in Christo, tunc et pater claret in nobis, et sic sumus in unum patris et filii claritate consummati in gracia, que signum est eterne claritatis in gloria, qua clarissimi per influxum in nos deitatis patris et filii et spiritus sancti. Joh. xiiii: Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Apud nos enim manet, quando in nobis sibi claram constituit mansionem. Sic complebitur quod et apostolus i Cor. xv: Erit deus omnia in omnibus, et hoc est quod et Job xxviii: Non adequabitur ei aurum vel vitrum. Aurum enim et quamvis splendeat corporali eterno splendori adequari non potest, vitrum etiam omne et quamvis preciosum in lapidibus preciosis transpareat, quod illud quod intus est, vel in parvo vel in magno abscondit, quod non adeo relucet sicut quasi nudum existeret, non potest adequari illi celesti glorie, que erit in nobis quando tam clare erunt mentes nostre et corpora nostra, quod quicquid in nobis est de deo et dei claritate in nullo penitus per corpulentiam nostram abscondatur. Et hoc intendit dicere glossa ibidem in glosa dicens, quod in beatis uniuscuiusque mentem ab alterius oculis corpulentia non abscondet, et hic divina, ut de Dionisio (?) sit eucharistia, que cum deus pater ... in nos hic fluit, et a nobis sic recipitur ut sibi incorporemur, depingit (?) in nos futurum influxum sue clarissime deitatis, que undique gloriose fulgebit in nobis non abscondetur (?), si (?) sua claritate omnino clari efficiamur. Hec enim est de qua Sapientie vii° dicitur: Hec est speciosior sole, et super omnem dispositionem stellarum, luci comparata invenitur prior. Luci enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malicia. Hac claritate incorporata nobis solis (?) fiet sermo qui scriptus est Matth. xiii: Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Nec mirum, sic enim Christo incorporati, in quibus nulla est peccati obscuritas, sicut incorporati ei, de quo dicitur Sapientie vii, quod candor est lucis eterne, et speculum sine macula dei maiestatis et imago bonitatis illius. Et in hoc est addictio (?) quanta (?) est videre deum in tot beatis, sicut videre lumen in pluribus lucernis diversis participantibus ipsum secundum dispar uniuscuiusque dignitatem, et hec est significatio quam non (?) in eucharistia putamus, propter quod eucharistia vocatur. Sextam autem claritatem habemus nobis esse divinam (?), quia omnis gracie est continentivum (?), continet enim eum qui vas est omnis gracie plenissimum, propter quod et a pluribus sacrarium dicitur sacramentorum, quod enim omnia sacramenta sunt, et continet divisim et particulariter istud simul complectitur continendo vas et auctorem graciarum, et hoc fit (?) Ecclesiastici l°: Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Corpus enim Christi vas est auri preciosi deitatis

Coll. 2o In ipso sunt omnes thezauri sapiencie et sciencie dei absconditi
quod esse non posset nisi in se perfecte totum contineret splendorem deitatis. Totus
enim omnium sanctorum splendor in ipso ab eterno splenduit, totus in ipso contem-
1m platur, et totus in agro sue humanitatis germinat, totus ab ipso processit, totus
in ipso eciam particulariter a sanctis accipitur, totus in ipso esse cognoscitur
et omnes in animacionem. Et de hoc quidem legitur, quod splendor omnis sanctitatis ab
eterno effulsit, dicitur in psalmo: In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te. hoc
est ex fecunda mea deitate fili te genui, radiatum in omni splendore
sanctitatis, antequam lux creata oriretur in celis vel in terris. Hic autem filius in omnibus
splendoribus in sacramento continetur eucharistie. Et ideo de ipso potest dici quod dicitur Eccli.
xliii: Medicina omnium in festinacione nebule, quia ad literam hostia de qua
corpus domini conficitur nebula vocatur, quia festinat in magnam medicinam, quia
panis qui sub nebula conficitur festinanter absque mora transit in corpus Christi
transubstantiatur, in quo omnis medicina est, quia in ipso ab eterno est omnis decor sancti-
tatis, quod omnem panem sanat. Sic autem potest exponi quod dicitur iii Reg. viii: Dominus dixit
ut habitaret in nebula. In hac enim nebula statuit habitare ad nostram sa-
lutem, et quia sic omnium sanctorum splendor est, in quo non est mirum si in eadem
imagine resplendet illis qui digne ipsum percipiunt. ii Cor. iii: Nos
omnes revelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem
transformamur a claritate in claritatem tamquam a domini spiritu. Continet ergo
2m hoc sacramentum cristum in omni splendore sanctitatis. Continet iterum Christum in omnis
sanctitatis plenitudine, unde ipse filius sapiencia patris dicit Eccli. xxiiii: In ple-
nitudine sanctorum detentio mea. In Christo enim corporaliter est plenitudo sanctitatis.
Et ideo filius dei celsus deitatem per unionem detinet in ipso homine, qui in hoc
sacramento conficitur et continetur. Unde autem hic ille sic assumptus specialiter dicitur Psalmo: Beatus
quem elegisti et assumpsisti habitabit in atriis tuis. Hic est ille homo
specialissima et privilegiata benediccione beatus est cuius tu deus assumpsisti na-
turam, et quem ad hanc sanctitatis plenitudinem elegisti. Hic enim tibi unitus habita-
bit in atriis tuis, in eminencia omnium bonorum, quibus ipse pre omnibus perfruatur
in omni plenitudine tua continens sanctitatem. Et ideo de cristo secundum perfectam racionem dicitur quod
secundum imperfectam participacionem scriptum est de primo angelo. Ezech. xxviii: Tu signa-
culum similitudinis plenus sapiencia et perfectus decore et deliciis paradisi dei
fuisti. Pre omnibus enim est signaculum similitudinis, qui est ipsa in nullo differens
imago patris, parem in toto coequalis in omni plenitudine deitatis et sanctitatis.
Hunc autem in plenitudine copie et effluencie istud continet sacramentum
plenitudine mystici corporis, quia numquam deficiet dicente domino Matth. xxviii: Ecce
ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummacionem seculi. Est autem nobiscum
in sacramento, plenitudine autem superaffluencie dico, quia ipse totus inde effluit
in omne, et totum corpus misticum. Unde potest dici Ephe. iii: Impleamini in
omnem plenitudinem dei, et iterum per pauca dicitur ibidem: In edificacionem cor-
poris Christi donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnicionem filii dei in
virum perfectum secundum mensuram etatis plenitudinis cristi, hoc est dicere, omnia
que fiunt et in ministerio ecclesie ad hoc fiunt, ut edificacio mistici corporis perficiatur
et impleatur proporcionabiliter ad plenitudinem sanctitatis vel corporis donec sic
omnes qui sumus membra eius occurramus cristo deo nostro in unitate fidei
pure, et igniti in nobis sanctitate cristi, in virum illum perfectum cristum in toto
suo corpore, et participemus mensuram etatis in gracia, et sanctitatem plenitudinis
ita quod in gracia et sanctitate perfecti habeamur equaliter, ut de cetero simus parvuli et
imperfecti. Sic ergo in plenitudine copie et affluencie sanctitatis est in hoc
sacramento continetur, et ideo bona gracia vocatur. Adhuc autem totum quod est
3m sanctitatis et gracie in agro sue humanitatis nobis germinavit, que sanctitatis ordinem,

percipiens patriarcha magnus, ammirans dixit Gen. xxvii°: Ecce odor filii
mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus, et subiungit de
incremento corporis mistici ad plenitudinem veri dicens: Crescere te faciat
deus meus et donet tibi de rore celi, et de pinguedine terre habundanciam,
ac si dicat: faciat te crescere deus in membris, sicut crevisti in te ipso, et
hoc facies, quia deitate tua dabis eis de rore celi, qui gracia est, et de
pinguedine terre, hoc est tui terreni corporis, quod omni societate impinguatum
est abundancia. Hec autem abundancia roris et pinguedinis que continetur
in agro corporis Christi, nobis de plenitudine huius ministratur sacramenti
et ideo plenitudo gracie et bona gracia vocatur. Hoc est quod dicit psalmista: Dominus
dabit benignitatem, scilicet roris et pinguedinis de corpore suo in sacramento
et terra nostra in membris omnibus dabit fructum suum, in modo fructus qui cre-
vit in agro dominici corporis. Hoc modo sicut dicit Ysaias xlv°: Aperiatur terra
suscipiens rorem gracie et pinguedinem devocionis, et germinet salvato-
rem. Que enim melior terra esse potest quam corporis Christi coniuncta, et sanguine suo
impinguata, quam terra illa, que ad litteram fuit terra nostra, multa pinguedo adeo
terram fecundat, sicut rigacio huius sanguinis, multo autem et infinito magis
fecundat sanguis salvatoris. Unde Job xvi°: Terra ne operias sanguinem
meum, neque inveniat in te locum latendi clamor meus. Ecce enim in celo
est testis meus et conscius meus in excelsis. Vult enim quod sanguis in terram
fusus a fructu vacuus non lateat, et clamor quem offerendo se ipsum in ho-
locaustum pro nobis non lateat, quin eius effectum exaudicionis veniat ad au-
res patris, qui testis est et conscius omnium eorum que gessit, que omnia fecit ex patris
obediencia. Hec autem omnia in sacramento eukaristie et singulis missis repre-
sentantur, et omnia nobis de agro dominici corporis succrescunt. Totum eciam
hoc quod salutis nostre est ab ipso processit. Unde Joh. i° dicitur: De plenitudine
eius omnes accepimus graciam pro gracia, ut ab ipso acciperemus, non esset in ipso
ut aliquid eciam de hoc quod in ipso est accipere possemus, non sibi communicare
vo[luit] de vere communicatores non in communicatorem sacramento. Totus enim ibi percipitur
et emanat de ipso in omnes, propterea cum ipse dominus omnia sua communicare
vellet suis et nichil abscondere ab ipsis, ultimo se ipsum in cena apostolis in
sacramento exhibuit dicens: Accipite, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur
ait xxvi°, ac si dicat: gracie plenitudinem que in me est in vase sacramenti
corporis mei percipite, et que illa percipietis reconciliacionem et remissionem, que
ex ipso manat gracia redemptionis.   xxiiii°: Effluet aqua de situla
eius et semen illius erit in aquas multas. Situla est, fit corpus Christi
et Christus de quo aqua glorie et gracie plene effluxit, que quasi semen in
cordibus fidelium infusa in aquas graciarum plurimas redundavit. Sicut
enim dicitur Hester x°: Fons parvus in lucem ... crevit in flumen ma-
ximum, et in aquas plurimas redundavit. Sic gloriosa virgo plena
gracia effecta est, et Stephanus plenus gracia et spiritu sancto Act. vi°. Et unus
quisque sanctus sibi proporcionalem plenitudinem accepit, ita quod in spiritu
et gratulacione dixerunt: Repleti sumus mane misericordia tua, et exultavimus
et delectati sumus. Hec plenitudo gracie videtur et cognoscitur, quia nunc in
hoc sacramento non plenitudo gracie percipitur. Unde Joh. i°: Vidimus gloriam eius,
gloriam quasi unigeniti a patre plenum gracia et veritate, quicumque enim videt in ipso

km

non vacua sed plena est gratia de plenissimo fonte gratie emanans. Unde Hester xv° exclamans dicit: Valde mirabilis es domine et facies tua plena gratiarum. In quo enim facie inspiratur mirabilis et plenus gratia invenitur. A facie enim deitatis campsit gratia, per faciem humanitatis propagatur: in nativitate operatur virginitatem, in vita decorat conversationem, in verbo ostendit gratie veritatem, in miraculis probat gratiam potentem, in morte gratiam ostendit efficacem. Et sic omnibus facies est plena gratiarum. Et hic totus in omni thesauro gratie plenus continetur ubique, probans quod gratia et veritas per ihesum christum facta est, et dicit Jo i°. Omnibus ergo hoc sacramentum eucharistie recipientibus gratie plenitudo et vas omnis gratie communicatur, et ideo sacramentum eucharistie digne vocatur. Hoc autem sacramentum est in genere doni et muneris invenitur. In dono enim tria considerantur, scilicet proprietas donantis, proprietas doni, et proprietas eius cui fit donatio. Proprietas autem donantis in dono isto triplex est, scilicet magnificentia in donantis largitate, hilaritas in ipsa donatione. Magnificus enim est qui tantum thezaurum dedit. Unde Exo xv°: Quis similis tibi in fortibus domine? Magnificus in sanctitate. Tunc enim in hoc dono dedit quantum ipse in corpore et anima et deitate. Et sicut dicit Hester i°: largitus est munera iuxta magnificentiam principalem. Principibus enim fuit tam magnificum tale donum ante quod dederat, sed prima respectu huius doni fuerit. Magnificum autem donum est sibi in corpore et anima et deitate, nichil privatum retinere quod non nobis exhibeat. Unde dicit Deutero. xxxii°: Date magnificentiam deo nostro, dei perfecta sunt opera. Perfectum tunc fuit opus donationis quando nichil sibi privatum retinuit quod non nobis donavit. Tunc ei dicitur laude pro liberalitate sicut dicit psalmus: Elevata est manus tua super celos, quia quicquid in celo fuit gratie et glorie totum nobis dedit. Unde hanc magnificentiam cernens psalmista dicit: Omnia a te expectant ut des illis escam in tempore, hoc est donum alimenti divini. Aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione. Et predicat cunctis hactenus dedisti panem et adhuc inedia destituti expectamus omnes ut largam manum magnificentie aperias, et nos ex dono quo te ipsum das in escam in benedictione impleas. Et hoc est quod in cantico ait propheta dicit: Cena magna que ex habundantia omnibus dei magnificentia est preparata. Sic Asuerus Hester i° dicitur fecisse grande convivium ex magnificentia dei preparatum Hester ii°. Iussit convivium preparari permagnificum cunctis principibus et servis suis, et per medicum dedit requiem universis provinciis suis ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem. Magnum enim dona Christus in hoc convivio cunctis dedit, corpus in cibum, sanguinem in potum, ac etiam in pretium dei tamen in condimentum exhibendo. Sic ergo magnificentia divina domus hic significatur et magnifica liberalitate psalmus: Magnificentiam glorie sanctitatis tue loquentur et mirabilia tua narrabunt. De hilaritate autem in donando qua hilariter donavit hoc donum non est qui possit digne exprimere. Si enim aliqua tristicia cordis in dando retentus esset, non totum in dono se ipsum dedisset. Propter quod dicit eccli xxxv°: In omni dato hilarem fac vultum tuum, et in exultatione sanctifica decimas tuas. Hoc enim solum datum est quod omne datum est, quia in hoc dato nichil privatum sibi Christus retinuit humanitatis sive et deitatis, nobis omnia dona offerens. Et hoc donum est figuratum per omnem decimam ab omnibus tam in lege nature quam in lege moysi oblatam. Per omnes illos decima sacerdotibus, qui victum et totum libatorem tenebant, offerebatur novem retentis partibus, que imperfectionem et indigentiam libationis significabant, et decima oblata que perfectionem, per quam per summum sacerdotem facta est libatio sit. Hec autem perfectio non est in

tertium vero in parvula

in corpore et sanguine domini, quem omnibus fit decima. Hic ergo rex et sacerdos
nobis dona sua offerens, que omne datum in se habent et per omnem decimam
significantur, in omni hilaritate hic exhibuit. Omnino enim cor eius exhilaratum
est, cum nimia caritas eius se sumpsit a membris cruciari ad perfectam membrorum
incorporacionem sibi factam in communionis dono. Adhuc autem omni hilaritate
perfusus est ille magnificus in liberalitate rex, cum a se vidit tantum donum
procedere. De proprietate enim magnifici est delectari et hilarescere in magnis donis
et gestari in magna dare potest. Hoc autem optime significatum est in paralipomenon
xxx°, ubi loquitur scriptura de pascha quod celebravit Ezechias rex, qui regem
Christum significat, et phase eius significat donum sacramenti corporis et sanguinis Christi, ubi sic dicitur: Si-
gnificata est ergo plurima sacerdotum multitudo, et omnis terra iuda hilaritate
perfusa est tam sacerdotum et levitarum, tam universe frequencie que venerat
ex israel. In hac ergo hilaritate ad quam quasi sanctificantur sacerdotes et inferi-
oris ordinis ministri, exultat tota frequencia populi et communitas huius dono
domini ihesu christi. Et hoc est quod dicitur ecclesiastici xxx°: Divitis et pauperis cor
bonum in omni tempore, vultus eorum hilaris et largitorem est, et eorum quibus largi-
tur hoc donum, unde est cor hilarescere in iocunditate mutue communionis. Huius
enim tristicia fuit in passione imminente, cum maxima fuit hilaritas in istius
communionis collacione. Unde Jeremie xxxi° dicitur: luctum autem tristicia in hilaritatem gau-
dium et quasi sile. Cuius enim non hilaresceret in tantorum bonorum collacione
dicens quod scriptum est proverbiorum xvi°: In hilaritate vultus regis vita, et clementia
eius quasi imber serotinus. Omnis enim vita et omnis clemencia et omnis imber
gratie procedit a sacramento. Dicitur enim proverbiorum xix°: Sicut ros super herbam ita et hi-
laritas regis, quia hilaritas eius omnes perfudit gratia sue largitatis. Cum in-
laritas regis, quia hilaritatem datorem diligit deus, non pro-
per apostolum suum dixit ii ad Corinthios ix°: Hilarem datorem diligit deus, non pro-
fuit in tantis suis donis non esse hilarem, et item Romanos xii°: qui miseretur
in hilaritate. Unde et ipse in tot misericordie indiciis nobis exhibitis
in hilaritate. Unde et ipse in tot misericordie iudiciis nobis exhibitis
non nisi hilarem esse potuit, et hoc optime significat Rut iii° ubi dicitur: Cumque come-
disset booz et bibisset, et factum esset hilarior, isset quod ad dormiendum
ubi notandum quod booz interpretatur qui robur intelligitur, eo quod sicut robustus omnia perfecit
nostre redempcionis et sanctificacionis opera in cena cum suis, sua donans
in potu et cibo factus est hilarior, et sic iniit dormitum in cruce, et se-
pultus. Unde et propheta omni negocio dixit: In pace in idipsum dormiam
et requiescam. Sic ergo et magnificus est in largitate et hilaritate in donis
Attendit etiam in donante affectum in quo dat, ut scilicet ex intimo amore
det dulciter affectum in donando. Hoc patet ex hoc quod dicitur luce xxii°: Cum
donaret corpus suum in communionem discipulis, Desiderio inquit desideravi pascha
manducare vobiscum, antequam paciar. Desiderio enim desiderabat cum ex
intimo affectu se suis communicabat, et gaudens mortem sustinebat
qua non volens a suis recedebat, sed in dono quod dedit, in optima
communione suos remanebat. Unde et sui ad ipsum in hac communicacione
magno inestimabili affectu sunt affecti, ita ut Job xxxi° sub unitate
dicitur: Si non dixerunt viri tabernaculi mei: De carnibus eius quis det ut
saturemur. Hoc enim verbum possent Christi fidelis dicere. Super hoc iob dicit, quod viri
tabernaculi Christi apostoli fuerunt et discipuli, qui ex intimo affectu
suspirantes in desiderio ad dixerunt: De carnibus in communione sacramento
cuius quis det ut saturemur, ita ut velut non equivaleamus plenam

cuius refectionem facit cibus ille si quis ipsum spiritualiter degustet
ad plenam caritatis affectum. Unde Crisostomus ubi supra dicit in originali super
Johannem: ut leones ignem spirantes, ita a mensa recedimus illa. Ipse
enim est qui per suum dilectum discipulum dixit: Qui habuerit substantiam huius mundi et
cum viderit fratrem suum necessitatem patientem, et clauserit viscera
sua ab eo, quomodo est caritas patris in illo, quia deus nullomodo est
caritas in eo. Unde Christus omnes suos fratres videns necessitate famis
deficere, non clausit eis viscera, sed in visceribus caritatis affectum
corporis sanguinem et viscera spiritus et animam et deitatem nobis
communicavit. Fecit enim quod in spiritu Thobiam docuerat, Thobie iiii:
Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Et hoc quasi dives in misericordia et
copiosus, quia totus nobis datur in communem, patrone liberalitatis
se probans heredem, de quo dicitur Jacobi i: dat omnibus affluenter et non im-
properat. Sic ergo et magnifice et hilariter et affectuosissime dilectus in
dono isto fuit. In ipso autem dono huius sacramenti quatuor notanda
esse docentur, scilicet doni nobilitas, doni sufficientissima copiosi-
tas, et doni utilitas, et quarto doni huius ad donatorem conformi-
tas, propter quam tunc se memoriale fecit eius in dono. Et de nobilitate
est preciositas et electio doni, quia nobile preciosum est et electum. Hoc
est enim illud donum de quo dicitur Aggei ii: Dabitur enim ei fidei donum
electum, et sors in templo domini acceptissima. Quamvis enim multa sint
dona fidei, tamen hoc donum pre omnibus donis fidei est donum in quo
tota sunt fidei fundamenta, quia in hoc dono et fides confirmatur
et fideles sanctificantur. Et ideo ex omnibus est donum electum et ma-
gnum fidei sacramentum, quod donatum est fidelibus. Et est illud donum tam-
quam sors fidelium acceptissima, in qua omnes acceptantur in templo dei
in quo donum offertur, et ad cuius oblationem totum ecclesie templum
sanctificatur, dicente patre ad filium Ysaie lx: Et munera tua acce-
pta erunt super altare meum, quia in hoc dono omnia alia munera
fiunt accepta, in quo filius offertur patri, et in filio sic nobis
dato omnes nos ipsi dono communicantes acceptamur. Dicente Ysaie
lx: offerentur super placabili altari meo, et domum maiestatis
mee glorificabo. Hoc enim dono nobili et electo ac precioso tota
domus divine maiestatis glorificatur et exaltatur. Propter quod Aggei ii
dicitur: Magna erit gloria domus istius novissime plus quam prime,
quia nullum tale donum in templo synagoge fuit, quale donum est istud
donum in dono templi ecclesie fidelibus donatum. Unde i Petri i dicitur:
Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis a vana vestra
conversatione paterne tradicionis, sed precioso sanguine domini nostri Jhesu Christi tamquam
agni immaculati. Et Crisostomus dicit in originali super Johannem:
Sicut homo aurum suum emit, et sponsam quam honorare vult munerabit et
ornat, ita deus nos et sanguine emit et sanguine munivit
et ornavit. Et Ambrosius in libro de sancta virginitate loquens de beata
Agnete dicit: Ab alio amatore preventa sum, qui mihi satis meliora
te optulit ornamenta. Iam corpus eius corpori meo sociatum est
et sanguis eius ornavit genas meas. Hic enim est de quo dicitur
Cantica v: Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex mi-
libus. Quod est donum istud in candore tibi immaculati confecti
ex adipe candidissimi frumenti et rubore preciosi sanguinis

et vini sui corporis expressi. Unde Gen. xlix° secundum litteram lxx legitur: lavit
vino stolam suam, et in sanguine uve vel olive pallium suum. Hoc igitur
donum nobilitate sue preciositatis est ex omnibus electum. Hoc est donum
quod sui preciositate a multis est absconditum, et amicissimis datum,
de quo dicitur Prov. xxi°: Munus absconditum extinguit iras, et donum in
sinu indignationem maximam. Omnem enim iram dei et indignationem
hoc preciosissimo dono extinguimus. Hoc enim munus omnes qui deum
placare volumus, offerimus tam pro vivis quam pro mortuis. Unde dicitur
Sophonie iii°: Filii dispersorum meorum offerent munus michi. In die
illa non confunderis super cunctis adinvencionibus tuis, quibus prevaricata
es in me, quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbie
tue, et non adiicies exaltari amplius in monte sancto meo. Ac
si dicat: tam preciosum munus michi offeres, ut timui, si a me tibi
datum, quod remittam tibi omnes tuas adinvenciones preteritas, et non
imputabo tibi eas ad confusionem, et adeo vincet te magnificencia
et preciositas muneris, quod ultra de te magna non senties, nec in superbia
magna loqueris, nec exaltaberis in corde, magna de te senciens, sed
de me magna dicens, qui tantum te munere magnificavit. Hoc enim
tantum est munus, quod omnem nostram vincit iactanciam, et dignum deo
est sua nobilitate. Hoc est munus sufficientissimum sui copiositate,
quod de suis copiosis abundanciis largitus est nobis deus. Et hoc est
quod dicitur ii Cor. ix°: Potens est autem deus omnem graciam abundare
facere in nobis, ut in omnibus omnem sufficienciam habentes abundetis in
omne opus bonum. Sicut dicit philosophus, quod in commutabilibus unum est, quod
fideiussor est omnis necessitatis, et id ad omnia sufficiens est, ita
et in donis gracie unum est, quod ad omnia sufficit, et id omnis ne-
cessitatis spiritualis est fideiussor, de quo omnia sibi sufficiunt, et hoc est
donum in quo totus est, a quo procedit spiritus sanctus, de quo intelligitur
hoc quod dicit Thobie x°: Omnia in te uno habentes non debuimus te di-
mittere a nobis. Unde Eccli. xxix°: Graciam fideiussoris ne obliviscaris,
dedit enim pro te animam suam, quia sicut est commutabilium divinorum. Corpus
dedit in cibum, animam in redempcionem, sanguinem in ablucionem, et dei-
tatem in omnibus virtutibus accepcionem. Optimus est pro omnibus necessitatibus nostris
fideiussor. Ipse enim est qui pignus pro nobis omnibus sufficiens ponit.
Prov. xx°: Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni,
et pro extraneis aufert pignus ab eo. Vestimentum enim dominici corporis
a domino tollimus, qui pro nobis alienis pignus posuit et fideiussor
extitit, et pignus anime sue accipimus, ut nosipsos redimamus, et
ideo ipsemet dicit: que non rapui tunc exsolvebam, quia ipse pro omnibus
nobis pignus fuit et solvit que non rapuit. Et sic hoc donum fide-
iussor omnis necessitatis est. Sicut et dicitur ii Cor. iii°: Non quod sufficien-
tes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficiencia nostra
ex deo est, quia ex nimiis copiis doni ad omnia sufficientes sumus,
que omnes in hoc dono continentur, in quo concluditur omnis boni plenitudo.
Unde dicitur Rom. x°: Quia dives est in omnes qui invocant illum, quia
omnibus seipsum dando sufficiens est et copiosus. De hoc enim dono
vero est quod dicitur Gen. xxv°: Cum filio suo dedit summa patriarcha

omnia que habet / et filius in largitate propria / omnia in illo nobis do-
nauit Ro. viii / quo et non omnia nobis cum illo donauit / vnde dicit
cum ysaia lxiii° dicens / misericordiarum domini recordabor / laudem domini
super omnibus que reddidit nobis dominus secundum multitudinem bonorum domui
israel que largitus est eis secundum indulgenciam suam et secundum multitudinem
misericordiarum suarum / omnem enim nunc ostendit / quod in vno dono
omnibus nostre indigentie sufficienciam exhibuit / Sic ergo omnibus in isto dono
est sufficiencia / Est autem hoc donum et vtile / omnem in se habens vtilitatem
Si enim sicut dicitur Io. xiiii° / spiritus erudit ad id quod vtile est in re-
cipiendo sanctificationem eius / quante putas vtilitatis est donum huius sacramenti
quod omnem in se exhibet ad corpus et animam vtilitatem ysaie xlviii° / dicit
Ego dominus docens te vtilia / et gubernans te in via / quam nescis / hoc
enim christus in omnibus facit / tamen in hoc sacramento precipue hoc facit / in quo
homo ad omnia que vtilia sunt sibi accipit erudicionem / De hoc enim loquitur
Ecclesiastici xx° dicens / Est datum quod non est vtile / et est datum cuius retribucio
est dupplex / Datum enim mundi fallit / et non est vtile / datum autem christi
precipue quod dedit in dono corporis sui / vtile est et duplicem remunerationem
quia perficit in vite spiritualis deperdite restauracionem / et perficit et rede-
pcionem / Et sic valde vtile hoc donum inuenitur / vnde de hoc dono
ibidem post pauca subiungitur / Est qui multa redimat modico precio
et restituens ea in septuplum / Modicum autem precium dicitur corpus christi / non
ideo quod modicum sit / sed quia cum magne vtilitatis / hoc tamen multa redit
quia redimit omnia nostra / et restituit in septuplum / Affert enim
ex corpore christi dulcissimam participacionem / ex sanguine autem sanctificacionem
ex anima vero reconciliacionem / et ex spiritu vite spiritualis in nobis restau-
racionem / et ex deitate omnis virtutis perfectionem / et ex ipso sacramento christi recor-
dacionem / et ex modo percipiendi sacramentum affert eterne beatitudinis ymma-
ginem / Et sic omnia restituit in septuplum / hec est ergo vtilitas huius sacramenti
Ex hoc autem hoc donum tantam habet conformitatem ad donantem / vt in
ipso donans ipsum totus sit et totus habeatur / vnde christus xxvi° / Et hoc facia-
te in meam commemoracionem / et apostolus prima Cor. xi° / Quocienscumque panem
hunc manducabitis et calicem domini bibetis / mortem domini annunciabitis
donec veniat / propter quod hoc donum istud memoriale amantis donum vocatur / quia
in ipso recordacio et reputacio domini habetur / vnde psalmus Adhereat lingua
mea faucibus meis si non meminero tui / faucibus enim lingua
adheret / quando querit temporales faucium delectaciones / contemptis spiritualibus
quando autem habet spirituales delectaciones / iam non faucibus adhereret / Et hoc
affectat et dauid / quod si non recordatur sui memorialis amantis domini / lin-
gua sua faucibus adhereat / quia a recordacione domini non nisi faucibus refri-
gitur / psalmus lxi° / Recordamini precibus domini / et ierusalem ascendat super cor vestrum
Sunt autem tria quorum hoc sacramentum facit recordacionem / scilicet dulcissime
caritatis / in qua is qui in sacramento sumitur / et animam pro nobis posuit
et se nobis in sacramento exhibuit / amarissime passionis quam pro nobis
sustinuit / Institutus ex hoc modo ad preceptum / per que nos in celum
ingressum instruxit et reconciliacionem nostram ad patrem perfecit / De primo
dicitur Ecclesiastici xlix° Memoria iosie in composicionem odoris facta est opus pi-
gmentarii / ipsias mutuo in quo est sacrificium et incensum domini / et sic
christus qui seipsum obtulit in igne caritatis / totus factus incensum
domini in odore suauitatis / sicut opus pigmentarii / qui pro nobis pigmenta

conficit suauitatem et sanitatem. Dicit glossa eccli xxxxiiii. Et in huius
rei memoriam deuotamus ad aram hoc sacrificium vendendi corporis
ac preciosi sanguinis domini nostri iesu christi. Osee vltimo memoriale eius
sicut vinum libani valde odoriferum et in omni suauitate flagrans
et dulce ad gustum et valde rubicundum, que omnia dilectionem domini
significant tam odore virtutis flagrantem, et dulcissimam omnibus cordibus
fidelium, et in omni corde leticiam generantem, et iudicio dilectionis
maxime in effusione sanguinis nobis demonstratam, que sicut dicitur
Cantic. viii. Fortis est ut mors dilectio, et de eccli xlix dicitur In
omni ore quasi mel indulcorabitur memoria eius, et sicut musica
in conuiuio vini, hoc est melos musicum est in iubilo cordis, et
vinum nos ad caritatem inflammans in affectu dilectionis, stringens
nobis dilectum in amplexibus mutue communionis, ad quem amplexum
duo brachia sunt, quia ex dilectione pro nobis est, et ex dilectione se nobis
tradidit in pretio. Unde beatus Bernardus. Super omnia te michi reddidit
amabilem, domine ihesu, calix quem bibisti opus nostre redemptionis.
Propter quod in recordatione huius dicit sponsa Cant. i. Fasciculus mirre di-
lectus meus michi, inter vbera mea commorabitur, scilicet ad recorda-
tionem, et statim subiungit. Botrus cipri dilectus meus michi in vi-
neis engaddi, quia et multiplicitas passionis christi, et dilectio que per
vinum significatur, christum nobis reddunt memorabilem ad amandum
Cipri enim est vinum valde ardens, et species multiplicatas dul-
ces in amorem, hoc autem maxime deprehenditur in conuiuio vineas
engaddi, quod oculus solis ab antiquis vocatur, et fons edi interpretatur, quia
ad literam illuc sol recto radio respicit et fontem petulantie edi, hoc
est vinum calidum amoris, petulantiam efficiens ex loco illo manare
facit, et in hac propter amorem sui sponsa recordationem facit. Sic
ergo memoriale est dulcissime caritatis. Est autem et memoriale
amarissime passionis, quam pro nobis sustinuit. Propter quod Exodi xii
lactucis agrestibus intincta caro assa igni sumi precipitur, ut memoria
passionis sit ex succo amaro, et memoria passionis extingue ca-
ritatem, nec crudum enim nec coctum aqua sumitur, sed tamen assum igne. Cru-
dum enim cor est, quod nulla decoctione pietatis et caritatis ab humore
concupiscentie est transmutatum. Elixum autem est aqua, quia aqua
fluens concupiscentie molle intus ab omni pietatis amore destituit. E-
lixa enim sicut dicit philosophus intus sicca sunt humiditate naturali destituta
et exterius humore aque feruentis infusa, assa autem igni intus sunt
humida et exterius sicca per ipsam carnis mortificationem, hoc ergo
dicitur Tren. iii. Recordare paupertatis mee transgressionis absin-
thii et fellis, paupertatis michi, qua omnibus spoliatus, nudus sum
suspensus transgressionis qua in sensu dolore omnes omnium passiones
longe excessi. Treno. i. O vos omnes qui transitis per viam, attendite
et videte si est dolor sicut dolor meus, absinthii et fellis, quibus
commixtis aceto et ysopo intus in gustu sum amaricatus. Et
inde pro omnibus his Trenorum iii dicitur, memoriam memor ero et tha-
bescet in me anima mea. Ysaie xliiii. Reduc me in memoriam et
iudicemur simul, narra si quid habes ut iustificeris, ac si dicat
Compara passiones tuas in doloribus ad meas, et iudica me domini

nulli debitorem ad te homines omnia deberent per compulsionem
et tu narra si quid habes quod contra posset et videbis quod non habes
nisi ut diligas et gracias agas Job voluit contendere cum eo non audebit
ei unum pro mille. Sic ergo est memoriale passionis. Est autem memo-
riale donum amoris qui dicit Johannis xiiii. Si tamen dixissem vobis
quod vado pacem vobis loquar et id carnis pro nobis obtulit frequentabis
hostiam quia per ipsius sanguinem introivit iesus in sancta pro nobis et cum
cristo habemus ingressum. Hebreos ix. Cristus assistens pontifex futurorum
bonorum et post pauca per proprium sanguinem introivit pro nobis in sancta
eterna redemptione inventa. Romanos v. Per ipsum enim ascensum habemus
ad patrem et gloriam in gratia ista in qua stamus. hoc attendens paulus
ad hebreos x dicit. habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in san-
guine cristi qui inciavit nobis viam novam et viventem per velam
idem carnem suam et sacerdotem magnum super domum dei accedamus Cum
vero corde in plenitudine fidei aspersi corda a consciencia mala et
abluti corpus aqua munda teneamus spei nostre confessionem indeclina-
bilem. hoc est enim quod non debet esse oblivio quod pro nobis obiit et sanguinem
quo pro nobis introivit ad hoc quod secure intrare possimus nobis frequentandum
in devocionem reliquit. psalmus. Si oblitus fuero tui oblivioni detur dextera
tua Sic ergo primum memoriale attendit ad amorem secundum edificat
ad fidei veritatem tercium autem mirabiliter elevat ad spei firmitatem unde
hebreos vi. fortissimum habemus solacium qui confugimus ad tenendam propositam
spem quam sicut anchoram habemus tutam ac firmam. Sicut enim an-
chora figit navem ita hec spes in nobis fluctuantem reddit mentem
et expectacionem salutis reddit immobilem. hec ergo in ipso dono sunt conside-
randa Domum autem in accipiente tres continet condiciones scilicet quod sit effectuo-
sum propter quos domini vel perficiens effectus quod ex parte suscipientis in dono
servetur debitus modus et quod donum sit permanens et non evanescens
sicut quidam ludus Effectum enim continet donum quo suscipienti aliquid con-
ferat proporcionem continet donandi ut conformiter sibi appetens et conferens accipi-
at. Permanenciam autem vult habere ne indigencie accipientis deficiat
Multi enim dicunt ea que effectum domini non habent quia nichil conferunt nisi no-
civitatem. unde ecclesiastici xx. Datus insipientis non erit utilis tibi oculi enim
eius septemplices sunt exigua dabit et multa improperabit et apercio
illius oris inflammacio est. Omnis autem dans insipiens est qui non
dat nisi ad decipiendum. Sicut dyabolus promittens regnum et mundus promit-
tens fortune bonum et caro promittens delicias et universaliter horum
oculi sunt septemplices quod septem capitalia continent vicia in donis suis
et apercio oris in representandis ad accipiendum inflammacio mala est
vel ad ambicionem vel cupiditatem vel ad carnis concupiscenciam Et ideo post
pauca ibidem dicitur. hodie feneratur quis et cras expostulat et odibilis
est homo huiusmodi. Tunc enim isti feneratores dant nobis dyabolus et mundus
et caro cras hoc est post modicum tempus expetunt cum usura mortis et infini-
tum penis eternis Et ideo tales in datis suis nobis debent esse odibiles
hac de causa distinguendum est in donis sicut dicitur ecclesiastici xx. Est
datum quod est utile et est datum cuius retribucio est duplex quia data
ad decipiendum non sunt utilia sed multum nociva. Quia sicut aves laqueo
et pisces esca in hamo ita per talia insipientes decipiuntur unde Senece

xxiiii. Ercatur in odiu facte sunt et in inmscipulam pedibus insipientis
Datus autem scilicet duplicem retribucionis utilitatem / quia et hic ad graciam
et in futuro valet ad gloriam propter misericordiam et veritatem diligit deus
graciam et gloriam dabit dominus / hoc est quod dicitur Jacobi j° / Omne datum optimum / et omne
donum perfectum desursum est / descendens a patre luminum / apud quem non est
transmutacio neque vicissitudinis obumbracio / Datum enim optimum
est / quod fortune bonis et naturalibus est melius in se ipso / Perfectum autem est
quod omnem boni dona scilicet effectum / Istud autem donum scilicet quinque multiplicem
effectum / scilicet unum scilicet essencialem / alios autem effectus scilicet adiunctos Substancialis
autem effectus est restauracio deperditi in spirituali vita / quod hoc incurrit ex longa
abstinencia cibi spiritualis / Adiuncti effectus sunt in causando et figurando
In causando quidem dicitur hoc donum unitivum confortativum / et caritatis
intensivum In significando autem dicitur sacramentum veritatis et sacramentum representacionis
celestis convivii / Primus quidem effectus qui essencialis est / quod donum istud medi-
cinale spirituale est restaurativum / sicut cibus corporalis medicinam restaurat
corporalem / et hoc est dei donum de quo psalmista Pasti in conspectu meo mensam
adversus eos qui tribulant me / Impinguasti in oleo caput meum et calix
tuus inebrians quam preclarus est / In eo enim quod dicitur quod mensam
domini prevenit refectionem innuit In eo autem quod dicitur adversus eos qui tri-
bulant me innuit quod hec mensa confortat contra eos / et illa que medica
in spirituali inducunt virtute In eo autem quod dicitur Impinguasti in oleo ca-
put meum / innuit crassitudinem dulcedinis huius doni / que delecta-
biliter nutrit Et in eo quod dicitur calix inebrians quam preclarus est innuit
fervorem calidum et dulcem qui spiritualiter inebria infundit ad sui obli-
vionem et transitum in divinam delectacionem in optima ebrietate De ad-
iuncto autem effectu inquantum est unitivum dicitur Jo vj° Qui manducat car-
nem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in eo De confortacione autem
dicitur in psalmo panis cor hominis confirmat Et de incendio caritatis dicitur Canticis
Comedite amici et bibite et inebriamini karissimi Et quod dicitur inebriamini karissimi
quia talis multa in ante dictis diximus / De effectu autem qui est scilicet in
significanda veritate eo quod quidquid figurale fuit in veteribus sacramentis hic
ostenditur in veritate dicitur Jo j° Gracia et veritas per ihesum cristum facta est
Et iterum ibidem Vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre plenum gracie et veritatis
In veritate enim reficit hoc sacramentum / et non in umbra typi antiqui Sic
enim veritas de terra orta est / hoc est de terreni corporis et sanguinis dono
et sacramento / In significando autem celestis convivii sacietatem dicitur luce xiiij° Beatus qui
manducabit panem in regno celorum / Nullo ergo destituitur effectu quia
scilicet omnia que desiderant instructionem in significando / et gracie refectionis deside-
rium in causando / Est autem advertendum in hoc sacramenti dono quod hylla-
rius dicit in nono libro de trinitate quod scilicet hoc donum naturalem veri ad cristum
perficit unionem / Et naturalem vocat unionem nature unionem naturalem / quia per
hoc sacramentum est in nobis per utramque manet naturam / et nos in ipso per
corpus et animam / que sunt due nature sunt in nobis / Ipse enim naturaliter unitur
nobis per qualitatem et deitatem / et nos in ipso manemus spiritualiter per
spiritualem manducacionem / et corporaliter per ~~corporalem~~ manducacionem / Sicut
ostendit superinducta auctoritas / qui manducat carnem et bibit sanguinem meum etc.
Jo vj° Sic ergo hoc donum nullo effectu destitutum verum est donum

Jn dono aut scdo ɔsideratur, q sit ei cui donat' conveniens et proporcio
nab/ Non enim idem est dandum militi et rustico, nec idem nobili et igno
bili, nec enim idem puero et seni/ Dicit enim phus q opera et lechitus
pulcherrima magnificencia sunt puerilis doni, que tn seni exhibita
parvis ɔtempto quam dona videntur. hoc significat' ast xxv° ubi d' dedit
unicuique scdm ppriam virtutem, hoc est scdm pprie virtutis proporcionem/ Tercio
donum ɔgruite est existimacionis q unicuique ppriam et a se desideratum sequitur
gram et delectacionem, Sape xvj°, voluntati uniuscuiusque eorum deserviens
ad quod quisque volebat ɔvertebatur. Et paulo ante dixit angelorum esca
nutristi ppulum tuum habentem in se, omne delectamentum et omnem
saporem suavitatis habentem/ Philipp iiii° habeo aut omnia et habundo Jn de
actis v° de aplis et ɔplis d' q neque erat egens inter eos, quod ex
gra communionis quam hoc factum fit omni indigencie replebantur
eo q ipsum donum omnibus est proporcionatum, ut in eo quilibet quod ɔcupit ve
niat et non deficiat luce xxij° cum misi vos sine sacculo et pera,
numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt nichil/ Communitatis enim
quam habebant ad invicem, que in hoc facto exhibetur et significatur omnem
omnium replevit indigenciam/ Quarto in dono bono ɔsideratur e quod sit
perpetuitas ad eo qui accipit et in vita et in morte, ne sic evanescat
sicut dona ludentium mundi vanitate Eccl xj° d' dacio dei per
manet iustis et profectus illius successus habebit ineternum/ hec est enim
vera dacio que in iustis permanet in viaticum, et in vita in refectionem
et in iudicio in redempcionem, et in patria in eterne beatitudinis fruicionem
Vbi enim successus donum istud habebit ineternum/ hoc modo pater celestis
novit bona data dare filiis suis luc xj° psalmus vl Reddet ei bona
et non mala omnibus diebus vite sue, quia omnibus diebus vite mee
et in gra et in gla donum istud perseverabit, vel in re gre ɔtenta
vel in re gle significata Thobie xiij°/ Bonis omnibus per eum reple
ti sumus Jo x° de hoc dono d' pater quod dedit m maius omnibus est, hoc
enim maximum fuit q perseverans nobis donum donavit Per hoc enim
ipse et ad omnia sunt et maxime sufficientes unde psalmus d' memoriam fecit
mirabilium suorum misericors et miserator dominus escam dedit timen
tibus se, hoc enim omnibus mirabilibus est mirabilius q se nobis donat
et in se ɔsistens permanet q' sumitur in cibo et integer perseverat
q perseveraat in nobis in omnem sufficienciam corporis et anime et vite et
mortis et gre et glorie et nichilominus est donator et donum enim
illorum secundum ɔpae xxxiiij° panis datus est ei, aque eius fideles sunt
quia non deficiunt sicut panis mediacionis mundi vel carnalis delec
tacionis/ Ponitur aut hoc factum a scdis patribus in genere tibi et po
tus, sicut et ipse xpc d' Jo vj° caro mea vere est cibus et s' rel'
Et sic in hoc facto quatuor in communi notabilia occurrunt, cuiusmodi
sit cibus, 2° qualis sit potus, 3° qualis totus xpc sub cibo
continetur et potu, quarto vero qualiter sit sumendus et quid in eo
recipiatur/ Jn primo aut scilicet cuiusmodi sit cibus ensiforma novem in genere
ostendit novum scilicet tibi nobilitas ex genere, tibi suavitas ex sa
pore, tibi multitudo ex virtute, tibi ad cibandum ɔformitas ex simi
litudine, tibi in cibum perdurabilitas ex stabilitate, tibi ad

cum uen[?] 3m pisto[?]

nobilitas ex connaturalitate / et cibi cum cibato summa adhesibilitas
ex cibati per cibum assumpcionem / hec enim novem in isto cibo vero et
bono concurrunt / De primo notandum quod nobilis esse dicitur / ideo quia est re-
gius / quia est filius ordinatus et quia de ipsius promptuariis summi
regis assumptus / De primo hoc modo dicitur Gen. xlix° Aser pinguis panis
eius prebebit delicias regibus / Non enim ignobilis est cibus illius
Aser qui beatus interpretatur / et delicias dat regibus vere prebet / Regibus inquam
illis qui in regno Christi cum decore virtutum conati regium honorem
optaverunt / Hic est cibus qui viro fidelissimo militi exhibitus est
a David cum recederet ad exitum ii Regum xi° ubi sic dicitur Egressus
est Urias de domo David / secutusque est eum cibus regius / Uri-
as lux mea dei interpretatur vel incendium meum deus / et sunt eos in
quibus decor fulget regius in luce sapiencie / et igniti radiant
lapides virtutum in igne affectus in caritate / hii sunt de domo
et palacio regis David / quia pertinet ad curiam regalem ad regimen
ordinati / In palacio enim celi cogitacione et aviditate / et inten-
cione et desiderio conversantur dicentes cum apostolo Phil. iii° Nostra conversa-
cio in celis est / exivit David qui aspectu est desiderabilis in con-
templacione veritatis et manu fortis in omni honestate virtutis / hos
per manum summi regis missus sequitur cibus regius ad regalem di-
gnitatem preparatus / hoc optime figuratum est iv Regum ultimo ubi dicitur / Cum monarcha
summus Evilmoradach qui tunc monarcha fuit elevavit caput
Joachim qui dei exaltacio interpretatur regis Iude de domo carceris / et
locutus est cum eo bona / et posuit thronum eius super thronos regum / qui
erant secum in Babilone / et mutavit vestimenta carceris eius / et come-
debat panem coram eo semper cunctis diebus vite eius / et cibaria eius cibaria
perpetua dabantur ei a rege Babilonis statuta per singulos dies
usque ad diem mortis sue / Rex enim Babilonie rex mundi huius est
deus et iudex / qui Joachim cum quem deus gracia sua surgere facit in altum
de domo carceris strictissimi / in quo multi captivi tenentur in peccatorum
vinculis / elevatum benigne alloquitur / et vestit eum conversacionis regii
decore / et de mensa regali cibaria facit exhiberi in refeccionem huius
sibi cunctis diebus perpetua que vegetet interius Sic ergo ille cibus
est regius quia regibus preparatus / Etiam ideo regius / quia filiis regis
summi ad regnum vocatis est debitus et ordinatus / Unde Mat. xv°
a domino dicitur / non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus ad
manducandum Hii autem filii de quibus dicitur Joh. i° qui non ex sanguinibus
neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri / sed ex deo nati sunt
a spiritu enim formati in similitudinem divinitatis facti sunt filii dei quibus
divinus cibus est preparandus / Et hec est causa quod vocatur panis angelorum
qui filii dei dicuntur in gloria secum regnantes / Ps. Panem angelorum
manducavit homo / homo scilicet ad similitudinem angelorum provectus Sapientie
xvi° Angelorum esca nutristi populum tuum quia habentem in se omne delectamentum
et omnis saporis suavitatem / substancia enim tua in dulcedinem tuam
quam in filios habes ostendebas in dulcedine panis regis celestis

filius dei est paratus cibus ille, et ideo est regius Est autem cibus
regius, quia de ipsis summi regis promptuariis est assumptus Sicut
dicitur psalmo Inebriabuntur ab ubertate domus tue et torrente voluptatis tue
potabis eos. Abundans enim est cibus et regalis in domo summi
regis nec aliud est in ea nisi splendidum et regale, sicut est cibus de
quo dicitur ecclesiastici xxxi Splendidum in panibus benedicent labia multorum
et testimonium veritatis illius fidele Splendet abundantia et de-
core regio omnia que in domo sunt regis, et ideo in panibus splen-
dorem habet, quem omnes gustantes panes illos benedicunt magnifi-
ca gratiarum actione, et testimonium veritatis de omni regio cultu inesse
que fidele est et verax in perpetuum, propterea et filius prodigus qui pro-
pter stultitiam suam penuria consumpserat sapuit in semetipsum reversus ait luce
xv° Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego
autem hic fame pereo, surgam et ibo ad patrem meum, et dicam ei fac
me sicut unum ex mercenariis tuis, abundans enim omnibus est domus
et omni abundantia regalium ciborum adimpleta, psalmo promptuaria eorum
plena eructantia ex hoc in illud. Sic ergo dicitur cibus regius. In ipso autem attende
Tres figure cibi celestis — ille cibus mysticus est cibus et non sacramentum tantum, verumtamen in aliquibus aliis
in veteri testamento figuris prefiguratus. In quantum figuratur in vino, in ani-
malibus enim prefiguratur in vitulo in agno et in hedo qui leguntur cibi
fuisse et angelorum et patrum. In quantum autem prefiguratus est in manna
et in pane subcinericio, nec in aliis cibis de facili invenitur prefiguratum
in cibo simplici. Cuius causa est, quia in vitulo prefiguratur Christi officium
quod est Christi cultura qua excoluit corda omnium hominum, terram quondam pri-
lavitam divine plantationi et seminationi preparando, Et quantum ad refe-
ctionem talis operis, voluit in cibo vituli signari, ideo prefigurari. In
agno autem signatur quantum ad innocentiam et patientiam, et ideo prefiguratus
spiritualem refectionem voluit prefigurari in cibo agni. In hedulo autem
prefiguratur quantum ad incarnationis et passionis carnem, que est peccati
quia venit in similitudinem carnis peccati, qui peccatum omne tulit, et ideo vo-
luit cibo edi prefigurari, quia et hedus similitudinem carnis et hircus
habet, scilicet fetorem hircorum et carnis non habet. In hiis prefiguratus est in cibis
patrum ille cibus de quantitate, id est, quod de Christo ideo quod eius cibus meum sit
pietatis est et una et obedientia patris, et quo ad hoc tamen voluit pre-
figurari in manna, quod de celo venit, in quo signatum obedientia patris de
celo et saporem habuit olim dulcem et pinguis, et in dulcore ne-
quid prefiguratur naturalis bonitatis eius pietatis que eius cibum afficit neque
Cum pinguedine prefiguratur unctio ipsius, quia ad nos venit, quando terra bona
multiplicibus defectibus nostris opposuit In grano autem frumenti frugis
in cibis patrum quantum ad robur gratie quod prestat hoc sacramentum Tam ma-
gnus enim cibus uno et eodem signo non potuit prefigurari. Refert enim
Plinius qui similam sapere fecit, quod omnis saporem in cibo patrum quantum de
egipto fuit delectamentum salutare In vitulo quidem signatur an-
gelorum esca Gen. xviii° ubi dicitur quod tribus angelis venientibus ad ta-
bernaculum abrahe in ipso fervore diei, et facientibus promissionem
de nascituro filio, quem tunc risit et gaudium esse facturum dicit, quod ipse
abraham cucurrit ad armentum, et tulit inde vitulum tenerum et optimum
deditque puero qui festinavit et coxit eum, tulit quoque butirum et lac
et vitulum quem coxerat et posuit coram angelis. Abraham enim

puter fidei, et prima credendi via summum patriarcham significat. Armen-
tum autem est totum fidelium congregationum, ex quorum grege sumptus
est vitulus quia ex illorum corporali sorte secundum legem concupiscentie
assumptus est in cibus iste etc. Vitulus autem qui ingredi non portandi
alicuius servitutis. Hic est vitulus de quo psalmista: Placebit deo super vitulum
novellum cornua producentem et ungulas. Ille enim vitulus super omnes
deo placet vitulos, qui ad illius vituli non optimi similitudinem
in albo angelorum sunt formati, quasi tamen angeli in comparatione dele-
ctabiliter resistunt et cornua producunt virtutis et veritatis, quibus et vi-
cia et falsitatem omnem ventilant et ungulas duas fissas prude-
tissime censure et districtionis, quibus se et affectus suos protegunt
ne terrenis delectationibus inquinati mollescant. Hic est vitulus tene-
rrimus quem numquam induravit mali consuetudo, teneritas se prebens ad
fidelium manducationem. Hic est vitulus optimus omnium bonitatem excedens
sanctorum, ita ut in comparatione ipsius alii non dicantur boni. Ut est xix^o Ne-
mo bonus nisi solus deus. Hic est vitulus puerorum patriarche, hoc est
ordini sacerdotum assignatus coquendus in igne passionis et caritatis
et devotionis, quibus ignibus nobis in cibum convenienter preparetur
ut commutantes simul passionibus affecti in caritate, et tota mente
devotionem accedamus. Hic cum butiro sue deitatis nobis proponitur et cum la-
cte humanitatis dicente Ysaia vii^o: Butirum et mel comedet ut sciat reprobare.
Et in Can. iiii^o: Mel et lac sub lingua tua. Ille est vitulus sa-
ginatus quem occidit magnus paterfamilias Luce xv^o quod filium suum
salvum recepit, et simphoniam et chorum exultare fecit, quia in re-
conciliatione nostra ad deum. Hic vitulus omni pinguedine gratie saginatus
occisus stat, cui totus cetus prophetarum et sanctorum quasi in simphonia
concorditer cecinerunt, et omnes in tripudio communi istius solemnitatis lau-
daverunt. Iste est vitulus cui multi vituli sunt postea adducti in agre(?)
uniciorum(?) dei refectionem, ad laudem vituli domini nostri ihesu cristi. Osee xiiii^o
Reddemus vitulos labiorum nostrorum, hoc est votorum nostrorum, cum utiles
labores offerimus. Hic est vitulus de quo dicitur i Reg. i^o: Adduxit eum secum
Anna in vitulis tribus, et tribus modiis farine et amphora vini.
Anna enim gratia interpretatur, que puerum a deo postulatum in vitulis tribus
hoc est perfecta virtute et veritate et devotionis secum ad sacerdotem adducat,
et tribus modiis farine, que tres sunt mensuras innocentie. Hoc est
quod nulli nocuit, quod bona pro malis rependit, quod lesus a ledente vin-
dictam non expetiit, sed indulgentiam impendit, et anfora vini que
est mensuram gaudiorum internorum in sanguine cristi. Sic ergo preciosi-
tas et nobilitas istius cibi in vitulo significatur saginato. Significatur
et in agno qui occisus est ab origine mundi Apoc. xiii^o. Hic enim et cibus
fuit sanctorum liberans eos a percussione angelorum. Significatur autem in
agno quantum ad innocentie et pacie et obedientie simplicitatem. Unde Exo.
xii^o: Erit autem agnus sine macula, masculus anniculus, absque omni ma-
cula peccati sicut etc., masculus hoc est perfectus, et anniculus, super quem
omnes celestium luminum fuerunt complete revelationes. Hic enim est
annus perfecte celestis illuminationis, annus benignitatis divine. Ps. Benedices
corone anni benignitatis tue. In corona enim in ipsis illuminationibus transivit,
quasi umbra veritati cessit. Hic est agnus sine macula, de quo dicitur Jer. xi^o:
Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Et Ysaie liii^o

Sicut ovis ad occisionem ductus et sicut agnus coram tondente se
sine voce est / quia innocenciam suam per omnem modum paciencie et obe-
diencie probavit ostendens quia ipse est agnus dei qui tollit peccata mundi. Jo. i°.
Unde Apoc. xiiii°. Vidi supra montem Syon agnum stantem et cum eo c xl iiii-or
milia habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus
suis / qui multi agnelli humiles et mites et obedientes hunc agnum
imitati sunt et secuti qui se ipsos deo immolaverunt / De quibus et Apoc.
vii°. Agnus qui in medio throni est reget illos et deducet eos
ad vite fontes aquarum / Agnus enim quia mansuetum animal est et multum
gregale animal est / et delectatur in grege agnorum / in quo ipse est dux
et ductor omnium mansuetorum. Ysaie xl°. In brachio suo congregabit agnos
et in sinum suo levabit / In edo autem significatur quantum ad causam
incarnacionis et passionis / unde Exo. xii°. precipitur quod iuxta ritum
agni tolleretur et edus in cuius sanguine et tibi filii israel liberarentur.
Unde et mater Rebecca Gen. xxvii° dixit Jacob filio suo Affer mihi duos
edos optimos / ut et velle noverat patrem suum / et coxit inde pul-
menta / Duo autem edi sunt / unus quo ad similitudinem peccati in corpore Christi
alter ad causam peccati in corpore nostro / qui quando cocti sunt igne divino
devocionis et caritatis / mirabiliter delectant fauces dei / et ad audiendum
inclinant / Hic est edus quem Manue et uxor obtulit domino
angelo Judicum xiii°. In cuius flamma angelus in celum ascendit / An-
geli enim dei in penitentis peccatorum reficiuntur / et ascendentes in celum
coram deo vota penitentium apponunt / referentes gratias pro conversione penitentie
Sic ergo cibus ille figuratus est in animalibus / et hec refecio que assignata
est a nobis / Dicit enim eximius tanti sacramenti cibus / una et eadem figura
simplicium potuit figurari / sed pluribus propter plures eius gratias figurari
digne decebat / In granis autem prefiguratus est in duobus scilicet in manna
quod ad modum seminis coriandri cadebat / et in frumento. In manna
autem quinque de causis figurabatur scilicet quantum ad originem quia celeste
fuit manna. In sapore quia diversos sapores habuit / et in loco quia
transeuntibus per desertum tantum dabatur / et in miraculo quia miraculose
venit / et in defectu quia gustatis fructibus terre defecit / De pri-
mo huiusmodi convenientia est / quia et ipse e celo venit / et multitudo gratiarum
in Christo multiplici sapore in manna iudicatum fuit / desertum autem
in quo exhibitum est desertum mundi est quod a perfecta recepcione divine
dulcedinis desertum est et incultum / Circumstancia autem nativitatis Christi
videt miraculo manne / et defectus eius in patria est quod proximum
huius vite libris formis / et plenitudinibus cibi divini non indigemus
cum deus per se ipsum se nobis in aperta specie instillabit / Hec ergo de
causis in manna est significatum / et in memoriale huius gracie coram
deo est reservatum / hec vero in qua urna aurea habuit manna. Primum
ergo istorum est quod origine cibus iste est de celo / hic est de altitudine
humane nature / in qua Christus naturam nostram accepit immunem a culpa. Jo. iii.
Qui de celo venit super omnes est / et qui vidit et hoc audivit testatur.
Ps. Panem celi dedit eis / cibaria misit eis in abundancia / et melius
est panis iste de celo / quia de celo humane nature fuit assumptus / de
celo autem sancte trinitatis fuit assumens / et de altissimo virtute celeste
fuit facta assumpcio. Ysaie [illegible] [illegible] extollas te super altitudinem

tre, et cibabo te hereditate iacob patris tui. Altitudo autem tecti similis
est vite humane prout instituta ad innocenciam culpe fuit in primo sta-
tu hominis. De quo statu Christus naturam veram assumpsit, que deitati est
vnita, per quam vnionem plenitudinem omnis gracie accepit. Et in
eukaristia hoc est tota gracia que fidelibus indicat esse potest. Hoc autem
per corpulenciam scilicet hereditatis patrum indutus fuit, a quibus carnem de-
scendit. Cum de se et cibus talibus sibi sic incorporatis dicitur Johannis iii°
Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est
in celo. Qui per naturam diuinam de celo sede [illegible] descendit, et in ipso
remansit. Per naturam autem humanam de celo in qua creatus fuit homo, assu-
mendo passibilitatem descendit, et in ipso consumpto ad immunitatem
penitus permansit, et cum omnibus electis sibi incorporatis in vtroque celum
reascendit. Sic ergo conuenit manna et cibus ille quantum ad originem.
Conuenit eciam in saporum diuersitate. Sicut manna diuersos sapo-
res habet corporales, ita diuersos sapores habet iste cibus spirituales.
Vt enim Philo in libro suo quem fecit exponendo pentateucum historiam
quod manna masticatum se conuertebat ad saporem desideratum a come-
dente, ita tamen quod mutabat in eo sapor dulcis et pinguis, vt ex dul-
cedine reficeret naturam, et ex pinguedine conuerteret cibum, et ex sapore
ad quem conuertebatur satisfaceret appetitui comedentis. Et hoc est quod vt
dicit Philo intendit Psalmus Manducauerunt et saturati sunt nimis, et
desiderium eorum attulit eis dominus, non sunt fraudati a desiderio eorum,
quia ex dulcedine attulit saturitatem, pinguedine demulcens gu-
stum, et ex sapore desiderato attulit desiderium. Sapiencie xvi° Paratum panem
de celo prestitisti illis sine labore habentem in se omne delectamentum et omnem
saporem suauitatis. Et paulo post voluntati vniuscuiusque deseruiens eos
ad quod quisque volebat conuertebatur. Ita eciam spiritualis panis iste quem
ad aciem deuotam, omni vas est gratum, omnem saporem gracie exhibet,
et preter hoc dulcedinem diuine vite, et pinguedinem deuotionis ad
nos gustum exhibet spiritualem. Et sicut aures diuersorum verba dei audiencium
diuersas in verbo dei audiunt inueniunt, per vniuscuiusque facultate illu-
minaciones, ita fauces diuersorum hunc cibum gustum gustancium diuersas
gracias inueniunt refectiones. Job xii° Nonne aures verba diiudicant et
fauces comedentis? Quasi dicat sic. Secundo fauces aliena amaritudine
non sunt infecti. Infirmis enim omnia amara videntur, sicut dicit Philosophus
quia colerica et fellea amaritudo palatum inficit febricitancium, et
sic infirmi ex amaritudine peccati non diiudicant verum saporem huius cibi.
Actuum viii° In amaritudine fellis et obligacione iniquitatis video te
esse. Hoc signatum est Exodi xxix°, vbi de agno domino offerendo in vespera
sic dicitur, quod iuxta ea que diximus in odore suauitatis sacrificium domino
est oblacio perpetua. Dicuntur autem hii qui peccati sunt in naturalibus, quod odor
scilicet est sapore suauissimo, vt hoc esset oblacio perpetua in omnes
generaciones, nisi vniuscuiusque saporem spiritus quem querit in agno isto in-
ueniret. Hinc est quod in Canticorum primo dicitur: Odor vnguentorum tuorum super omnia aro-
mata, quia omnis vnccionis et pinguedinis gracia est in eukaristia continens
omnem infinitam, et ad omnem refeccionem sapor omnia vincens aro-
mata. Sic ergo conueniencia est eukaristialis cibi et mannatis in di-
uersitate saporum. In loco ac exhibicionis vtriusque gracie conuenit

Non enim dabitur manna nisi in deserto, ubi aliud delectabile et re-
ficiens non fuit ad esum. Et sic non sentitur dulcedo gratie et sapor
eucharistie, nisi ab hiis qui se in desertum corde transferunt, ut mun-
danas non senciant delectationes. Unde dicit Bernardus: Delicata est divina con-
solatio, non datur admittentibus alienam. Et hoc est quod dicit psalmista: Pingue-
scent speciosa deserti, exultacione colles accingentur. Hec enim speciosa
deserti, que seipsa deserta faciunt, ne in eis quicquam colat mundus
de tumultuosis et caducis delectacionibus, et colles tam altorum
cordium frequenter exultacione divine consolationis accinguntur. Ad hoc
desertum invitat dominus apostolos vi°: Venite seorsum in desertum locum, et re-
quiescite pusillum. In hoc deserto bis pavit dominus turbas, et alibi
pavisse non legitur. Actuum xiij°, et ad Romanos, Johannis vj°: Patres vestri manducave-
runt manna in deserto et mortui sunt. Hoc est desertum de quo dicit Ysayas xxxij°:
Erit desertum in Chermel, et Chermel in saltum reputabitur. Cher-
mel enim agnus tener interpretatur, quia desertum istud delicias immi dei et
agni cum gratia tenimi(?) exhibitum et Chermel reputabitur in saltum, quia
ibi omnia exiliunt frutecta, saltus vocatur, quia in talibus conveniunt
deliciis nitor salit omnibus utilis, cum increacionis et exhibicionis
modo, utraque enim miraculo dei est exhibitum, naturalibus potenciis
adhuc existentibus infirmis et invalidis. Unde Exodi xvj°: Ecce ego plu-
am vobis panes de celo, egrediatur populus et colligat que sufficiunt
per singulos dies. Portas celi aperuit dominus et pluit illis manna
ut ederent. Sic et dominus solus sua voluntate et verbo cibum nobis eukari-
stie ministrabit, Johannis vj°: Panis quem ego dabo caro mea est, ac si di-
cat ego dabo et non alius, quia non nisi deus huiusmodi cibum manati glo-
riosum saporem in se continentem divinitatis virtutem potest dare. Unde et Exodi
huiusmodi cibum presentis manati et ostendens, quod nec illud nec istud dare po-
tuit nisi solus deus. Dicit Johannis vj°: Amen dico vobis non dedit vobis moy-
ses panem de celo, sed pater meus dat vobis panem verum de celo. Panis
enim verus est qui de celo descendit, et dat vitam mundo. Ille enim panis
quem Moyses oratione a deo impetravit, et non de thezauris suis dedit,
sed deus non ad vitam eternam sumentes eum vegetavit, quamvis e celo de-
scendit. Sed ille panis qui sicut ille de celo descendit, quem
pater illum non de thezauris humanis, sed de divinis suis promptuariis
pro celestibus contulit. In hoc verus est, quia refectos a se vegetat ad
vitam eternam, et ideo utrumque miraculo bonitatis dei est exhibitum. Et in hoc
verum est, quod dicit psalmista: Novum miraculum veteri conformans, Memoriam fecit mira-
bilium suorum misericors et miserator dominus, escam dedit timentibus se, quia
ne inferiores reputarentur antiquis patribus, qui angelorum esca
nutriti sunt, quinimmo ut superiores in infinitum reputarentur, dominum
angelorum nobis in escam prebuit. Unde Johannis vj° dicit: Operamini non cibum
qui perit, sed qui permanet in vitam eternam, quem filius hominis dabit
vobis. De quo pane per pauca quidem ignorantes verum dixerunt: Domine
semper da nobis panem hunc. De quo et dominus exponens dicit: Ego sum
panis vite qui venit ad me non esuriet. Patet ergo quod utrumque ab ipsa
dei dulcedine per miraculum est ministratum. Tercio autem processit, quia de
illud quod miraculum fit quod sola fit dei voluntate nulla potencia
nature cooperante. Est autem differencia in defectione. Manna enim desierit

filiis israel in terram promissionis intrantibus et de fructibus terre pro-
missionis gustantibus, unde Iosue v° Defecit que manna postquam
comederunt de fructibus terre, nec usi sunt ultra cibo illo filii israel, sed co-
mederunt primo cum fructibus terre chanaan. Ita etiam in hoc transitu
mundi utimur eucharistie sub specie panis et vini velati, sed cum ad pa-
triam venerimus, ipsam veram veritatem gustabimus in vera specie dei que
est fructus terre chanaan hoc est transmutate, quia ibi gratia transmutatur
in gloriam. Et hoc est quod dicit dominus Io xvi° Hec in proverbiis locutus sum
vobis, sed venit hora cum iam non in proverbiis, sed palam de patre meo
annunciabo vobis. Similitudinibus enim sacramentalibus utentur tamen quantum
ad manifestacionem et percepcionem aperte veritatis, hoc est illud quod
dicit apostolus I Cor xiii Cum venerit quod perfectum est evacuabitur quod
ex parte est, hoc enim perfectum quod deum sicut est percipiamus. Similitudi-
nibus autem panis et vini sensibilibus modo manducantur propter
statum imperfectum. In omnibus ergo quibus dicitur competit manna eucharistie
et tales convenientia in divinis concordia vocatur. Sic ergo per manna
eucharistia designatur. Quid autem ... ista, tamen in cibo sui generis
nobilissimo accipitur in pane de frumento. Huic enim fructo Christus
se comparavit Ioh xii° Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum
fuerit ipsum solum manet. In granis enim quatuor considerantur que eligun-
tur color scilicet figura quantitas et ponderositas specie, si consistunt esse nobilia. Hec
autem omnia in grano frumenti inveniuntur. Est enim intus coloris nivei et
extrinsecus coloris rubei. Et sic meliora dicuntur a pluribus esse grana. Et
hec duo competunt ut rubor referatur ad preciosum sanguinis et niveus
color referatur ad candorem vite innocentis. Cant v°, Dilectus meus
candidus et rubicundus, electus ex milibus. Candidus innocentia, et
rubicundus paciencia passionis. Et figura autem grani frumenti columpnaris
est, rotunda quadratio ut dicit euclides est quod linea a centro equaliter
distans quoniam elevatur. Et figura enim a centro undique equaliter distans
ubique equaliter ... et ..., et est fidei fundamentum. Sic ... in-
telligitur esse factum Apoc iii° cum dicit faciam eum columpnam in tem-
plo meo, hoc etiam dicitur eccli xxiiii° Thronus meus in columpna nubis,
est enim columpna immobilis una de vii hore de vii sacramentalibus
graciis. De quibus dicitur prov ix° Sapientia edificavit sibi domum excidit
columpnas vii. Quantitas autem competit, quia magis est inter grana
que in panem qui hominis est panis assumuntur. Ordeum enim cibus est
iumentorum, avena autem cibus altilium, siligo autem infirmitas ad fru-
mentum, quia in terra bona siligo permutata nobilitatur in triticum et in
terra mala frumentum permutatum degenerat in siliginem. Et ideo perfectum granum
... est granum frumenti zacharie ix° Quid est bonum eius aut quid pulchrum
eius, nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines. ... pul-
critas autem ... hoc ... adeps aliorum granorum esse ..., ps
adipe frumenti saciat te, hoc enim purum est et adeps omnis grani nu-
trientis. In quibuscumque granis illa quatuor inveniuntur illa sunt nobilia
et ideo ... corpori domini apta. In nullo autem ita inveniuntur sicut in
grano frumenti, et ideo de nullo grano nisi de grano frumenti corpus domini
potest confici. Patet ergo quod in gradu cibi panis ista quatuor nobilissimo
cibo competunt. Unde gen xxvii° dicit frumento et vino stabilivi eum

Cuia tota domus iacob hoc est ecclesia fundata est sup hoc sacramentum
frumenti et vini / quia in eo vita est vita frumenti et vini / Unde ecce ergo
dr de patribus hoc sacramentum desiderantibus / tunc oculus iacob in terra fru-
menti vini et olei / quia fructus est huius sacramenti quam in sacramento dat cordis
firmitatem / vinum autem spiritualem iocunditatem / et oleum presentis pinguedinem / et
hec sunt super que tota consistit ecclesia / Sic ergo patet quod ille cibus in genere suo
quantum ad significationem et complectionem est egregius / hoc enim granum est pin-
guissimum dulcissimum inter omnia grana / unde ille sanctus qui degustavit
illud clamavit et dixit / Sicut adipe et pinguedine repleatur anima
mea / et labiis exultationis laudabit os meum / quia adeps gratie di-
vinitatis et pinguedo devotionis ita repleverat animam ipsius / quod tota
prorupit in exultationem laudis / hoc est triticum quod in purissimo purissim
germinat / et granum quo deus incorporatur / et ideo totum ad horreum domini
pertinet colligendum / Colligite primum zizania / et in fasciculos ad
comburendum / triticum autem congregate in horreum meum / Omne enim istud
pertinet ad horreum celi / et ad mensam dei / Et quia ipse cui incorporandi
sumus purissimus est / ideo congruit ut non nisi de purissimo grano con-
ficiatur cibus corporis eius / hoc est triticum et vinum cum autem antiqui
inedia famis consumpti petebant dicentes Treno iiii° / Matribus suis
dixerunt / ubi est triticum et vinum cum exalarent animas suas in sinum
matrum suarum / Inedia enim longa consumpti / prelatis matribus suis / hoc est
prelatis dixerunt / ubi est triticum corporis cristi / et vinum sanguinis eius
quod solum sacramentum est pignus salutis eterne / Et hoc dixerunt eo tempore / cum
ex inedia destituti exalarent animas suas / viatico carentes in sinum
hoc est in gremio prelatorum hoc sacramentum non exhibentium / quia non nisi
figuram habebant et non veritatem / nullum ergo in genere granorum inveniri
potest adeo nobile et adeo dulce / et minus ventosum / quod qualiter fieri possit
granum frumenti Et ideo dicit psalmista / A fructu frumenti vini et olei sui multipli-
cati sunt / Hec ergo est causa / quod de genere granorum non nisi de grano frumenti
hoc sacramentum confici potest / Secundum ordinem induta superiore diximus
nunc deus ostendit de saporis suavitate / que in hoc cibo et spirituali eum
gustantibus invenitur / Et quamvis in premissis capitulis de hoc dicta sunt
tamen quantum ad cibum bonum pertinet saporis suavitas / ecce hic alia quedam
et alia quam superius dicta sunt scribemus / Licet ergo in complectendo saporem
hoc sacramentum / et saporem in significando / et in ambobus habet admirabilem
spirat suavitatis odorem / In complectendo quidem licet sit saporis / licet enim sapo-
rem puritatis ex corpore / saporem dulcedinis valde amabilis ex san-
guine / saporem autem omnis virtutis ex anima / qui est sapor aromaticus
licet et saporem subtilitatis / et subtilis in nos potestatis / ex spiritu hu-
mano qui est in ipso / et saporem omnis gratie / qui est sapor gratiosus ex
deitate / et tamen licet in omnibus saporem celestem / ex unione humanorum per-
sona deitatis / Quamvis enim possit dicere ysaias in dictis ubilibet suo / Sicut sapores
corporales sunt dulcis pinguis ponticus stipticus acutus et acetosus /
salsus amarus et aquosus / qui insipidus vocatur / tamen quia probatum est
quod sapor est sequela complexionis / ratio sequitur / quod possit esse res commixta
vel composita propter hanc complexionem / ita quod licet unumquodque sibi attributum sapo-
rem / cum ergo quedam sunt in parte pura et in parte impura / et in parte
corrupta / et in parte non corrupta / ideo pauca inveniuntur in omni
puritate suum saporem exhibentia / Sed domini nostri illud purissimum corpus

sicut naturalis splendor inter omnia, omnia corpora sue puritatis exhibet saporem.
Et sicut de malo Ysaie xxiiii et Jeremie xlviii dicitur in malo quod non est transfu-
sus de vase in vas, ideo gustus eius permansit in eo, et odor eius
non est immutatus, ita per contrarium in bono dicitur de dominico corpore, quod in
vase uteri virginalis, manibus spiritus sancti formatum in aliud vas commu-
tationis non est transfusum, et ideo gustus puritatis eius permansit
in eo, et odor qui est saporis quedam evaporatio non est immutatus, omne
enim incorruptum est quod est in ipso, sicut ipse dicit in psalmo: Non dabis sanctum
tuum videre corruptionem. Sicut autem ab omnibus phisicis quod impuritas
odoris ab aliquo in potentia repletur et sapor similiter. Considerentur
enim omnia principia huius corporis sacratissimi, materia enim purissimus sanguis
est uteri virginalis, virtus in eo diffusa virtus altissimi est, ut dicitur
Luce i°: virtus altissimi obumbrabit tibi. Operans spiritus sanctus est, sicut
ibidem dicitur: spiritus sanctus superveniet in te, assumens hoc corpus filius dei
altissimi. Sicut dicitur Luce i°, anima de novo a maiestate trinitatis creata, et pu-
ritati corporis infusa, et omni gratia repleta, quid ergo impuritatis in hoc
corpore congregari potuit prorsus nichil. Unde Sapientie viii, ipse qui est
sapientia patris dicit: Puer eram ingeniosus et sortitus animam bonam
et cum essem magis bonus veni ad corpus incoinquinatum. Bene enim
puer qui sic testa recenti imbibitus servavit puritatis odorem, et bene
animam bonam sortitus, quia omnis gratie vas sortitus est animam, et bene magis
bonus erat omnibus, qui verus erat deus, de quo dicitur Luce xviii°: Nemo
bonus nisi solus deus, et optime subiungitur quod venit ad corpus ab omni con-
taminatione incoinquinatum, quia de potentia sanguinis a puro spiritu
et in purissimo vase uteri virginalis est confectum. Licet ergo purissimum
ex omni parte saporem sine pure suavitatibus sicut ipsum est prius degustet,
licet ad saporem dulcedinis valde amabilis ex sanguine. Naturale enim
est quod omnis sanguis dulcis est saporis, causa cum sanguis est ultimum
nutrimentum eorum que habent sanguinem, et nichil nutriat nisi dulce, ergo
quod omnis sanguis qui incorruptus est dulcedinis habet saporem. Certe
ergo puritas dulcedinis est sanguis sacramenti huius, qui a tam dulci
fonte manavit, et a tam dulci fonte hauriente in tam dulce vas
est transfusus. Fons enim huius sanguinis est sanguis in visceribus gloriose
virginis contentus, hauriens hunc fontem spiritus sanctus est, vas in quod trans-
fusum corpus dominicum est, ex quo aqua manavit in sacramentum, et ex sa-
cramento in corda fidelium, que omnia nichil amaritudinis habent admix-
tum. Unde Canticorum ii°, ubi sponsa de fructu arboris vite loquitur: Sub umbra
illius quem desideraveram sedi et fructus eius dulcis gutturi meo. Et hoc
de per sanguinem a cruce distillantem. Unde Sapientia Salomonis Proverbiorum
et dicit: Comede fili mi mel quia bonum est, et favum dulcissimum
gutturi meo. Sanguis enim dulcis de dominico corpore in nos distillans
est tamquam favus dulcissimus in quo mel de cera distillat. Sapor
autem aromaticus omni virtute fragrantem habet ex anima, quia omnibus virtutibus
est et erat ipse plenissima. Unde per ortum deliciarum figuratur Canticorum iiii°, ubi
sponsa spiritum sanctum alloquitur, et a se fugat spiritum malignum dicens:
Surge aquilo et veni auster, perfla ortum meum et fluent aroma-
ta illius. Ab aquilone enim panditur omne malum, qui est frigidus
diabolice suggestionis, constringens aromata, ne saporem et

odorem virtutis effundunt. De hoc quod dicit quod fugiat hec est recedit
et de medio tollatur, quia ille requilo est omnino ab orto mentis
deliciarum qui est anima cristi. Sed veni auster qui est ventus calidus et
humidus ex calore aperiens, et ex humiditate laxans aromata, et sic
spiritualissima aspiracionem caliditatis, caritatis et devocionis humiditatis, pietatis
consolacionis resolvens et laxans et spirare faciens ortum istud, ut aromaticus
eius sapor et odor in omnem fluat exterius, ut omnes hoc imbuantur
sapore, unde ibidem dicitur, odor tuus super omnia aromata. Sicut autem in ante-
habitis diximus, odor est indicium saporis, et respiracio odoris ex sapore
facta. Ex quo autem humanitas cristi, qui est in hoc sancto et pulsans ad
vitam, et aliis efficiens operaciones ad cognoscendum, Unde hoc precedentibus
saporem subtiliter, quia talem enim naturam subtilium in composicione et spiritua-
lium sapores et odores valde sunt subtiles et facile penetrantes, tali
enim spirituali et spiritu pleno sapore se transfert deus in omnem animam, et in
saporem suum convertit, Hebreos iiij dicitur quod est penetrabilior omni gladio ancipiti
compaginum quoque ac medullarum, et discrecior cogitacionum, et intencionum
cordis, pertingens ad divisionem anime ac spiritus, Quoniam enim hec spiritus
subtilis penetrat et omnia sapore deitatis informat. Et hoc est quod dicitur Sapiencie
vij Per naciones in animas sanctas se transfert, amicos et prophetas dei
constituit. Cum enim dicitur quod in animas sanctas se transfert, non enim nisi subtilitatis
et spiracionis in tanquam spiritus vita hoc est humore sicut in proposito
est sapor et expiracio ipsius tamen naturaliter est causa odoris, ne aliquis
dicat quod subtilitas ad odorem non pertineat, quia communis subtilitas non
sit sapor, cum diffusio est omnis saporis subtiliter in nos pene-
trans, et bene noti ad hoc quod in nos transferatur et moveatur
per hanc subtilitatem in nos penetrantem, dicitur de sapiencia que est filius
dei, Sapiencie vij, Omnibus enim mobilibus mobilior est sapiencia, at-
tingit autem ubique vapore virtutis dei, et emanacio quedam claritatis
omnipotentis dei sincera, Talis autem vaporis spiracio et emanacio
sincerissimi spiritus subtiliter in nos penetrans, nos ad omnem sui spiritus
informat saporem et odorem, Saporem autem gloriosum valde habet
ex deitate, in qua sicut dicitur Iohannis j, Vidimus gloriam eius gloriam
quasi unigeniti a patre, plenum gracia et veritatis, hoc sapore omnibus prefert
omnibus delectabilibus, ut aliquid est quod comparari possit delectacioni huius
sacietati, sicut dicitur in psalmo, Delectare in domino et dabit tibi peticiones
cordis tui, Si enim delectacio et ut dicit appasius diffusio nature pro-
prie magis ... inestimabilem convenit esse delectacionem, super
gustum deitatis omni gracia et omni bono refert psalmus, Delectaciones in dex-
tera tua usque in finem. Et Ysaie lv Comedite bonum et delecta-
bitur in crassitudine anima vestra, hic enim delectabilis sapor omne
satisfaciens desiderio sanctorum, sicut dicitur Proverbiorum xiij, Desiderium si compleatur
delectat animam. Ex unione humanorum sensuum omnium cum deitate sa-
porem habet inexplicabilem in se, qui est sapor celestium gaudiorum
quem omnia que sunt in cristo gustantibus hoc sanctum infundit
et hic est sapor vite eterne, de quo dicitur Proverbiorum ultimo Gustavit
et vidit quia bona est negociacio eius, hec est enim vinea gau-
dium eterni gustui inferens, et saporem bonorum eternorum, Ecclesiastici xxiiij
Quasi libanus non incisus, vaporavi habitacionem meam, libanus
enim mons optimus et delectabilibus plenus, et ideo non ...

omnia spirat bona, et sit coniunctionem summe deitatis cum humanitate
in qua celestia omnia eternis sociata sunt, et omnia que in celo sunt sa-
piunt et spirant. Et attende quod licet isti sapores non sunt de saporibus
corporalibus qui ad saucium corporalium gustum deprehenduntur tamen diversas con-
veniencias que ad nos esse per declinant. Ad nutrimentum enim sensus
exigitur puritas, quia impurum in nutrimento sumptum abicitur a natura
aromaticus autem assumitur ad appetitus excitacionem, quia cum fastidio
et abhominacione cibus sumptus abicitur magis quam utiliter sumatur. Sub-
tilitas nutrimenti requiritur ad penetracionem ad interiora. Delectabilitas
autem ut nutrimentum expansa et dilata undique super nutrientem cibum
diffundatur et undique capiat, et capiatur a cibo nutrimento. Et quia
nichil efficiat operacionem valentem sine virtute celesti, quicumque cibus in sa-
pore virtutis celestis bona celestia ingerens, ut quodlibet predictorum ad suum
perfectum deductum efficiatur. Et in hoc deprehenditur mirabilis altitudo sapientie
divine, que in uno cibo omnia congregavit, que ad perfectionem requiruntur
nutrimenti. Et hoc signum est Genesis xlv°, ubi sic dicitur: Venite ad me et ego dabo
vobis omnia bona egipti, ut comedatis medullam terre. Omnia enim
bona mundi qui in egipto huius mundi habitamus, sunt in corpore domini
sacramento, et tota medulla terre hic est eterni corporis, per saporem et
nutrimentum est in eo. Medulla enim purior est quam in corpore et dul-
cius et magis odorifera et subtilis humiditatis quam per ossa pe-
trata et delectabilior in gustu et virtutis maioris ad lumbendum
per pinguedinem quam in se licet insipidam. Hos ergo sapores spirituales
licet in campestribus. Licet autem sapores duos in speciali, scilicet saporem panis
et saporem vini, quia quamvis aqua in calice vino admisceatur, non
tamen apponi debet ut vini tollat et deleat saporem, sed potius ipsa
aqua tota transire debet in saporem vini, quia aqua est insipiditatis
populus, qui tota transire debet in saporem spiritus divini, sicut infra ostendetur.
Sapor ergo panis de frumento assumitur ad significandum cordis et istius nu-
trimenti confortacionem. Sic ergo dixit ipse patriarcha Genesis xviij°, ponam
buccellam panis et confortetur cor vestrum. Confortat autem principium vite
et virtutis frumenti nutrimentum et refectionem, quia per substanciam suam fit
nutrimentum, et per spiritum quo illud frumentum plenum est, diffundit spiri-
tum, qui virtus et vigor est et vector in membra, et hoc magis facit
panis in sacramento, qui puritatem sensus nutriens licet perficit, et fons est
omnis spiritus amministrans virtutem et fortitudinem. Unde enim dixit
patriarcha, confortetur cor vestrum. Et in psalmo psalmista dicit: panis cor hominis con-
firmat. Actuum xxvij° dixit paulus, Rogo vos accipere cibum pro salu-
te vestra, quia nullius vestrum capillus de capite peribit. Cibus enim salutis
saluberrimus omnibus et confortat in gracia, et salvat a periculo. Unde etiam
in Regum xix° Helias in fortitudine panis, quem sibi amministravit
angelus, ambulavit per desertum xl diebus et xl noctibus, usque ad mon-
tem dei Oreb, quia per desertum huius mundi xl diebus et xl noctibus
penalibus ambulamus, donec ad montem divine visitacionis et vi-
sionis perveniemus. Sapor autem vini in significacionem assumitur ut sapor
celestium gaudiorum in nobis efficiatur, sicut dicitur in psalmo: vinum letificat
cor hominis, et Iudicum ix° dicitur: Numquid vitis non possum deserere vinum meum
quod letificat deum et homines, et ut inter ligna commovear? Sicut
autem diximus, quamvis aqua pro nobis in sacramento assumatur, tamen sapor aque
in sacramento non sentitur, quia populus unitus sanguine domini, non saporem
convertit ad insipiditatem, sed potius gaudium spirituale accipit saporem

Sic Joh. ij° dicitur aqua a cristo conversa in vinum nichil tenuit de aque
insipiditate sed tota conversa est in vini saporem, unde ibidem dicitur Servasti
vinum bonum usque adhuc. Sicut enim vitis sepe compluta
per radices bibit aquam et ex illa generat vinum, quo privatur cum
a quibus tollitur, propter quod Isaie v° dicitur de vinea sterili et infructuosa: nubibus mandabo ne
mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Propter quod empe-
docles de natura vini loquens dixit, quod vinum est aqua putrefacta in
vite putrefactionem per digestionem accipiens. Sic ergo in naturali exemplo
et cristi miraculo probatur quod aqua in sacramento cum vino mixta non dicitur in
sapore aque remanere, sed potius saporem vini accipere, quia de insi-
pidis dicit apostolus iij°: Quia tepidus es incipiam te evomere ex ore meo.
Tepidus autem ibi pro insipido ponitur. Vinum autem assumitur in significando
tres propter hoc quia vere se viti comparavit, tunc enim propter hoc quod est dictum quod vi-
num in iocunditatem animum convertit et cor dissolvit in gaudio et bona
spe futurorum bonorum. Hoc enim tamen facit vinum quando proporcionabiliter
sumitur. De quo Ecclesiastici dicitur xxxj°: Vinum in iocunditatem creatum
est, et non in ebrietatem, ab initio exultacio anime et corporis. Vinum
moderate potatum sanitas est corporis et anime sobrius potus. Hoc enim
maxime de vino eukaristie intelligitur, quod animam iocundam facit, quod
corpori et anime exultacionem spiritualem infundit, quod sanitatem anime et
corporis tribuit. Hoc quod dicitur Ecclesiastici xxx°: Iocunditas cordis hec est vita
hominis, et thezaurus sine defectione sanctitatis. De secundo autem hoc est de
gaudio superinducto probat auctoritas quod vinum letificat cor hominis,
quia leticiam eternam de eterna iam sacramentaliter degustatam infundit.
Hoc est vinum de quo dicitur Proverbiorum xxxj°: Bibite vinum quod miscui vobis. Proverbiorum
xxxj° Date siceram merentibus et vinum his qui amaro animo sunt, bibant
et obliviscantur egestatis sue et dolorum suorum non recordentur amplius.
De spe autem quantum bonorum tribuit futurorum bonorum dicit propheta quod vinum
bone spei facit hominem. Et hoc est vinum de quo dicitur Canticorum vij°: Guttur
tuum sicut vinum optimum dignum dilecto meo ad potandum, labiisque
et dentibus eius ad ruminandum. Guttur enim gustatus hoc vinum diu
in se revolvit saporem, in se revolvens rei spiritualem dulcedinem
et hoc labiis cordis, hoc est intellectu et affectu revolvitur, ut gemine
rumineretur, et dulcedo beatitudinis in eo spiritualiter perfecte sugatur. Tunc ergo
de causis duos in hoc sacramento sapores significantes a cristo habendos
petivit scilicet et vini. Modo autem tercio loco quod sit hominis cibi lautitas ex
preparacione desideremus. Est lautissimus hominis refeccionis modus in quattuor
scilicet in efficacia virtutis, in altitudine sapiencie huius cibum contemperantis,
et in condimento delectatorio, in abundancia communicacionis. Primum
attribuitur potencie patris, secundum attribuitur sapiencie filij, et tercium attribuitur bonitati
spiritus sancti. Quartum autem maiestati attribuitur totius trinitatis. De potencia enim
patris petivit lex et sacerdotalis preparacio. De sapiencia enim filij inventa est, et de boni-
tate spiritus sancti condita, ut expense esse poterat, ut de maiestate et
magnificencia totius trinitatis. De potencia quidem patris dicitur Hester xiij°:
Domine deus rex omnipotens, indicione tua cuncta sunt posita, et non
est qui possit resistere voluntati tue, si decreveris salvare Israhel. Tu fe-
cisti celum et terram, et quicquid celi ambitu continetur. Dominus omnium es, nec est
qui resistat magnificencie tue. Ac si dicat: Ideo redempcionis me
cibum et pigmentis imple. Humane fragilitati sine infiniti potestate
Sed tibi domine deus rex, michi est impossibile, quia indicione tua cuncta

tibi hic est maior
est inventum

sunt posita, quia tu verbo simplici tibi creaturo fecisti celum terram et omnia
que in eis sunt contenta, et eorum verbo creaturas in id quod voluerit
quia dominus universorum ipse est, cuius magnificencie cuncta obediunt
et nichil resistit. Et hoc est quod dicitur Sapientie xii°: Subest tibi cum vo-
lueris posse, quia communis fides in omnibus articulis suis omnipotencie
dei innititur, in sacramento tamen altaris, in quo consistit fundamentum fidei et
tocius ecclesie, tamen maxime innititur potencie. Et hoc est quod in signum
huius sacramenti dixit ad Sarram angelus Genesis xviii°, ubi sibi promissio
seminis facta est, et confessio tibi angelorum de fecundo sanne satis
que magis fuit, et non nisi ab omnipotencia dei fieri poterat, quia deo
numquam erit difficile quod dicat non erit. Facile est enim deo creaturas
mutare vel suscitare quas fecit, et de cibis nostris communibus, hoc est
pane et vino, corporis sui et sanguinis nobis dulcem cenam parare.
Hinc est etiam quod Luce i° angelus dixit, cum de conceptione et confectione
dominici corporis et sanguinis agebatur: non erit impossibile apud deum
omne verbum, et respiciens virgini cum hoc fieri possit dixit: virtus
altissimi obumbrabit tibi. Quod exponens Origenes dicit virtutem
altissimi esse virtuosam potenciam patris, que umbram et yma-
ginem suimetipsius perfecit in Maria virgine, de creatura vetustatis
corrupte novum hominem secundum deum creatum perficiens, et hunc
non ad ymaginem sed ipsam ymaginem faciens per unionem, in
quo perfecta resultaret potencia patris per unionem. De sapiencia
autem huius cibum contemplantem dicitur Romanos xi°: O altitudo divitiarum
sapientie et scientie dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investi-
gabiles vie illius. Quis enim digne investigare valeat qualiter
ex antiquo corpore incorruptum sit innovatum, qualiter nova anima vivifi-
cata, qualiter utrumque eorum deitati sit sociatum et in unam personam sit
unitum et assumptum, qualiter in carne infirmitates carnis portaverit
et qualiter in cruce mortuus sit, et qualiter in corpus et sanguinem sub spe-
cialia esculenti et poculenti naturam mutavit, et sic se homini
in cibum prebuerit. Hee enim vie sapiencie dei sunt abscondite. Dicit
Proverbiorum xxx° sapiens confitens hec esse sibi abscondita sic: Tria
sunt difficilia michi et quartum penitus ignoro: viam aquile in celo,
viam colubri super petram, viam navis in medio mari, et viam
viri in adolescentia. Viam enim aquile acute videntis et alte volantis
et de longe escam odorantis in celo viam vocat altissime sapiencie
divine, et profunditates preter omnes considerationes alto quidem conspectio vo-
lavit super cherubin, in quibus est sciencie plenitudo, quia misterium
illud nec ipsa cherubin et angeli ad plenum cognoscunt, et de
longe prescientia sua escam hanc qualiter sit odoratus. Via autem navis
est via veritatis in doctrina et virtutis in vita, quia sicut per navem
ita per crucem salvat eos qui hoc mare mundi navigant, cuius
misterium ad altitudinem sapiencie humane extollit. Via autem colubri
qui exaltatur pro nobis, ut morsus venenosi serpentis evaderemus,
est via medicine salvatoris, et precipue huius, in quo sicut in pi-
xide continetur omnis medicina, et hoc est super petram solidissime
veritatis fidei in qua fundatur ecclesia, que etiam humanam vincit sa-
pientiam. Via vero viri perfecti in omnibus virtutibus et graciis in ado-
lescentia invenitur, est introitus sapiencie, in hunc quidem facilem et invenibilem

que infantilis et puerilis esse solet, et non habet perfectiones viri perfecti
in prudencia et actibus virtutis, hec ergo sapiencia omnem humanam sapienciam
excedens, hec omnia providit et composuit in sacramento, hec est mulier evangelica
que xiii° Matthei fermentum efficacissime deitatis abscondebat sub farine
satis tribus, hoc est purissima natura corporis, et purissima natura anime, et pu-
rissima natura corporalis spiritus, tamen sub tribus satis abscondens donec
totum fermentaretur. hoc est a divinitate penetretur, et divine virtutis et sapiencie in-
tima sua recipiat influxum et totum sit deitati sociatum, hec eciam sapiencia
per Saram principem et uxorem magni patriarche significatur Genesis x-
viii°. Sara uxori sue dixit Abraham accelera tria sata farine simile
commisce et fac subcinericios panes, hec enim sapiencia summi patris que tria
sata deitatis et anime et corporis commiscuit hoc est sociavit ut undique
simul sint, tamen et commixtionem que mutet ad illorum non sociatum,
accelerat autem quia in momento operata est, non per momenta temporis, et
infima facit nova, et facit nobis panes eterne refectionis, sub cineribus
nostre mortalitatis decoctos, simila autem purissima fuit, quia in dei-
tatem nichil furfuris cadere potuit, anima autem nunquam commaculata
fuit et corpus sine omni contagione conceptum et natum, et per totam vitam
conservatum, unde et Levitici ii° dicitur de simila purissima sibi fieri fecit
sacrificium. De bonitate autem sancti per quem ille cibus est conditus,
bonitas quia ipse patris et filii delectacio et condimentum dicitur Sapiencie xii. O
quam bonus et suavis est domine spiritus tuus in nobis, omne enim
condimentum est in ipso, et sine ipso cuncta efficiuntur insipida, Et in
huius rei figuram dicitur ad sponsam in Canticorum viii° Dabo tibi poculum
ex vino condito, et mustum malorum granatorum meorum, vinum
enim sacramenti potus est non sapore bonitatis spiritus sancti conditus, mustum
autem malorum granatorum est pietatis delicatissime pietatis corporis
domini quod sicut granatum grana in se continet gracia spiritualium virtutum
et refectionum que ex ipso per passionem expresse, tamen mustum ma-
lorum granatorum continetur in sacramento, ipso in dulcedine sua hoc sacramentum
passe paravit dulcissimus deus, hoc significatur in Regum iiii° iiii° dicitur
quod amaritudo colloquintidarum per farinam in ollam missam ab Heli-
seo tota in dulcedinem versa est, ita quod non fuit quicquam amaritudinis
in olla, farina autem illa dulcissima et delicata dulcedinem
fit et condimentum spiritus sancti, olla autem vas sacramentale fit, colloquintide
autem amarissime fuit tribulationes et passiones amarissime, que
tamen omnes nobis dulcissime fiunt, condimento farine hoc est bonitatis
sancti spiritus. De abundancia autem divine maiestatis que datur in
maiestas expensis dicitur i Paralipomenon xx. Ego totis viribus meis preparavi impensas
domus domini, et domum in qua infallibiliter moratur, domus sunt
species sacramentales, quas per affectionem vite celebratam se inhabitat
deus, huius domus impense sunt natura divina et humana, in anima et cor-
pore et sanguine et spiritu, et omnibus bonis quibus plena est natura
divina, et que non ad mensuram data sunt Christo, quas expen-
sas nemo pretendere potuit, nisi magnus ille rex qui maiestatem
tocius sit trinitatis, unde Hester i° bibebant autem qui invitati fue-
rant aureis poculis et aliis atque aliis vasis cibi inferebantur, vinum
quoque ut magnificencia regia dignum fuit erat precipuum po-
nebatur. Invitati enim ad hoc sacramentum sunt omnes fideles Christo
in sacramento, cum apostolis et discipulis communicantes, qui omnes

aurea bibunt pocula, quia omnis eorum refectio in splendore deita-
tis ministratur et cibi refectionis eorum aliis et aliis vasis gratie
inferuntur, quia in corpore cibus, in sanguine potus, in anima pignus
redemptionis, in spiritu vita, in deitate omnis gratie gustus infertur
et vinum eternorum gaudiorum abundantis in ydria persone divine
que est filius et spiritus sanctus, quia in ipso fonte omnium gaudiorum hau-
stum nobis in hoc sacramento promittitur. Hoc est quod de maiestate dei dici-
tur Luce xiiii°: Quidam homo fecit cenam magnam et vocavit multos.
Hec est enim dei magnifica maiestas que dicitur quedam singulari dignitate
ipso humanitate sine benignitate fecisse dicitur preparationem. Magnam quidem ma-
gnifica preparatione cenam, quia ultima est et post eam alia refectio
in sacramento fidelibus non parabitur, sicut ista post prandium agni typici pre-
parata fuit. Sed alia post istam in gratia fidei de certo non parabitur, vo-
cena vocatur. Hec cena sita est in Ester primo ubi sic dicitur: Assuerus rex
fecit cenam magnam omnibus principibus suis et omnibus magistra-
tibus in medie et persis et omnibus purpuratis et pretoribus suis et
consulibus et prefectis. Assuerus enim interpretatur augmentator, et signat Christum
qui omnibus fidelibus continuum accipit incrementum. Hic rex fidelium
sue magnificentie demonstrat decorem in hoc quod tam lautam et
magnam fecit in sacramento cenam omnibus principibus qui sunt servi in
domo sua nati, que domus est ecclesia. Magnates autem sunt viri magni
in virtute, quorum pietas et multa iudicia defecerit. Purpurati autem
sunt martires, purpureo sanguine conformiter Christo rubricati. Pretores a-
utem sunt rectores ecclesiarum iudices, decreta canonica et leges ad re-
gimen sancte ecclesie statuentes. Consules autem sunt doctores de secretis
scripture in dubiis fidelibus consulentes. Prefecti autem sunt plebibus in
ecclesia prepositi. Quibus omnibus hec cena magna est preparata, eximio et lau-
to preparationis modo, quem oculus non vidit nec auris audivit, nec
in cor hominis ascendit, que preparavit deus diligentibus se. Unde
Ysaie lxiiii°: Oculus non vidit absque te, que preparasti expectantibus te.
Hec enim est cena de qua dicitur Apocalypsis iii°: Ecce ego sto ad hostium et pulso;
et si quis aperuerit mihi intrabo et cenabo cum eo et ipse mecum. Ille
enim rex cenat cum fidelibus et se tribuit in cenam angelis reve-
rentiam exhibentibus et sacerdotibus ministrantibus. Istius convivii fer-
culis et cibum Ysaie lxiiii°: Quis audivit umquam tale, aut quis vidit
huic simile. Rex enim suis cenat, se in cibum exhibens, sacerdotes
sanctificati ministrant, trinitas condit, et angeli celestes obsequuntur.
Hic cibus sanus est ex operatione, quia operatur sanitatem in homine
ipsum in communionem sumente. Est autem sanus tripliciter: scilicet ab infirmitate
preservando, causam infirmitatis expellendo, sanitatem perditam recuperan-
do, et sanitatem recuperatam conservando. In preservatione quidem ab infirmitate
dicitur Ecclesiastici xxxviii°: Deus de terra creavit medicinam, et vir prudens
non abhorrebit illam. De terra enim illa benedicta corporis dominici et
sanguinis de qua scriptum est in psalmo: Domini est terra et plenitudo eius
creavit nobis deus medicinam que preservat nos ab omni peccati infir-
mitate. Vir ergo prudens qui de futuris habet providentiam, quod si hanc
medicinam non preservatur homo ab infirmitate, et ideo non abhorret eam
quia licet sit apud imperitos horribile sumere humanam carnem vel
humanum sanguinem, tamen in hoc sacramento medicina est summe magis am-
plectenda. Et hoc est quod dicitur Ecclesiastici xxxviii°: Medicina omnium in festinatione

nebule / quia forma panis inter quem corpus domini continetur nebula vocatur / que medicina est preservans ab omni infirmitate / hoc est quod dicitur Job v° In sex tribulacionibus liberabit te / et in septima non tanget te malum / Sex enim sunt infirmitates quas timemus / Sunt enim sex que causantur ab infirmitate corporis et mentis / A corpore quidem tres luxuria gula et avaricia / Ab alia vero tres scilicet que est in corpore corrupto / scilicet ira et sanguinis accensione / accidia et corporis ponderositate invidia ex cordis pravitate / quia timet ne alterius prosperitate ipse impediatur / Superbia autem causatur ex sola spiritus altitudine et hec est septima in qua nos non tanget malum / a quibus nos corpus Christi preservat / Si enim cogitamus patientem humilitatem Christi in memoria passionis sue corpus domini sumimus / non tangit nos malum superbie / Si autem cogitamus Christi caritatem / in qua nos se in corpore et sanguine communicavit / non tangit nos malum invidie / Si autem cogitamus quam impiger fuit / unde omnia faciet que ad nostram salutem requirebantur in offerendo se pro nobis liberamur a malo accidie / Et si advertimus quam liberaliter sua et se nobis impendit liberamur a malo avaricie / Si autem ad cor reducimus paciam ipsius et mansuetudinem cum se pro nobis optulit / liberamur a malo ire / Si autem sumimus nos de sobrietate illius cene / liberamur a malo gule / Si autem cogitamus amaritudinem in lactucis agrestibus que amaritudinem et acerbitatem passionis sunt / liberamur a malo luxurie / hoc significatum est Job vi° Cordis eius particulam si super carbones ponas / fumus eius extricat omne genus demoniorum / quia omne genus demoniorum consistit in hiis septem hec est enim optima particula inter omnia sacramenta que nobis salvator exhibuit / et ideo illa posita super carbones devocionis ignitis cordis / statim fumat in affectu ad deum / et omnem vim inimici expellit a nobis / Fel autem valet ad ungendos oculos in quibus est albugo et sanabuntur / fel enim est fellea amaritudo exprobracionis Christi percientes quod extergit albuginem superbiam / quam nobis ante oculos vanitatis mundi posuit / ut non videamus lumen celi / quia Christi amaritudo reducit nos quod nos cognoscimus aut ad lumen celi oculos attollimus / et vanitatem mundi non curamus que nobis oculos obtexit Sic ergo est cibus ille operans sanitatem preservando nos ab omnibus malis / que nunc sunt in moribus / et in octavo in veritate vitalis etc. / Est etiam cibus ille sanans causam infirmitatis expellendo / omnis enim vere causa infirmitatis est triplex / quod enim ad infirmitatem movet extra nos est id quod dicitur in Joh. ii° concupiscentia carnis / concupiscentia oculorum / et superbia vite / et quod nos inducit in nobis / aut est timor mundanus vel humanus vel amor improbus / in quo superflue nosipsos amamus et hoc totum curat cibus ille / si enim Christi cogitamus in patiendo dolorem expurgatur concupiscentia mollicior carnalis Si advertimus patientem misericordiam paupertatem / concupiscentiam expurgamus oculorum Si autem advertimus illusum et exprobratum et derisum quod a cognicionis latronibus vilitatem / totum expurgatur quod in nobis est de vite superbia Trenorum iii° Recordare paupertatis mee transgressionis absinthei et fellis / Paupertatis inquam ne concupiscentia oculorum in mundi spectaculis te inficiat / Dulcitatis transgressionis in seu dolore nec dulcedo concupiscentie carnalis te illiciat

absinthii fellis in exprobracionibus desponsionis et illusionis ne prosperitas vite decipiat. Contra timorem autem valet recordacio gaudii quod pro nobis auctoritatem crucem sustinuit. Et recordacio mortis quam pro nobis sustinuit valet contra amorem superfluum ne nos tantum amemus quod pro ipso nichil sustinere velimus. De primo dicit ait Christus Nolite timere eos qui occidunt corpus et postea non habent amplius quid faciant. Heb. 12. Recogitabo eum qui talem a peccatoribus sustinuit contradictionem ut non fatigemini animis vestris deficientes. De amore autem dicit ait 12. Qui amat animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodit eam. De utroque simul dicit Heb. 12. aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Ihesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Sic enim fit quod apostolus 1. Cor. 11 dicit quociens enim manducabitis panem hunc, et calicem domini bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat. ¶ Est item medicina sanitatis, sanitatem deperditam restaurando. Perditur enim sanitas et vires anime. Sanitas autem corporis et vires perduntur per longam abstinencie mediam, ita quod consumuntur substancie humorum et vires, et sic per longam abstinencie mediam perduntur spiritualia spiritus et vires et spiritualia bona naturalis in spiritu. Trenorum 4. Melius fuit occisis gladio quam interfectis fame, quoniam isti extabuerunt consumpti sterilitate terre. Occisi enim gladio sunt peccatores peccato mortali, quod est peccatum actuale et mortale, in quo sanatur libido concupiscentie, fame autem per abstinenciam istius cibi laborantes intus destituuntur, et contabescunt bonum spiritus naturale et longa media famis, et omne bonum interius in tabem. Unde Ps. Propter iniquitatem corripuisti hominem et tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Quia propter iniquitatem operis corripitur homo, et correptus a superiori istius cibi spiritualis manducacionem suspendit, et tunc media consumptus spiritualia sua in tabem convertuntur, et destituitur in seipso. Per hunc autem cibum fit deperditi in spiritualia spiritualis boni restauracio et restituuntur vires, et sic redit ad statum et vigorem debitum. Sapientie 16. Non nativitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus domine pascit eos qui in te confidunt. Nativitatis enim fructus pascunt corpus, sed non animas, sed sermo dei hic est verbum dei, formam et figuram tibi et potum assumens, in sacramento pascit eos, qui in te confidunt, ad restauracionem boni spiritualis et naturalis et virium spiritualium restauracionem, quia per abstinenciam illius sacramenti tabescit anima. Hoc est in tabem quantum corruptam sicut aranee que labore venacionis munitorum, in quibus vana hominum mundi significantur, pro quibus homo laborat et tabescit, euiscerans se in semipsum labore. Unde enim tabescit efficitur in interioribus omnis homo qui hoc cibo diu privatur. Hoc oportet sic dici contra Ps. Collocavit illic hoc est in terra sententia esurientes et sicientes, et constituerunt civitatem habitacionis, et seminaverunt agros et plantaverunt vineas et fecerunt fructum nativitatis, esurientes enim sunt cibum corporis Christi desiderantes, et sicientes sunt qui desiderant sanguinem Christi. Isti constituunt se per dei gratiam in loco ubi est habitacio civitatis dei, hoc est in ecclesia, et ibi forme iusticie seminaverunt agros

ab agendo dictorum in quibus crescat frumentum panis corporis christi et plan
taverunt vineas in quibus crescit potus sanguinis christi et in
hiis fecerunt fructum dulcissimum gratie sacramenti quo cibantur qui de
fructu nativitatis quia ex eisdem et corporalis et spiritualis nascitur
et nutritur. Gratia enim christi nascimur et gratia christi in facto nutrimur
ps. Dominus regit me et nichil michi deerit in loco pascue ibi me collo
cavit. Ibi enim et substantia spiritualem restituitur et vigor virtutum prestatur
et renovatur spiritus omnium bonorum Act. ix Cum accepisset cibum con
fortatus est ita quod sicut dicitur in Reg. xix helias recreatus in forti
tudine cibi panis angelorum totum desertum transivit et ambulavit
usque ad montem in quo deo est conjunctus hunc est quod patriarcha
dixit Gen. xviii ponam buccellam et confortate cor vestrum quod sicut panis
per mediam longe sanguis erat tabescens Gen. xlii descendite
et emite nobis necessaria ut possimus vivere et non consumamur
inopia. Triticum enim quod ad imperium Joseph vendebatur in Egypto
omnes salvat a sterilitate famis hoc est triticum corporis domini quod de
christo per Joseph figuratur vendit communitate anime et corporis in mundo
salvat omnes a famis spiritualis consumpcione. Sic ergo restituit
de perditum in substantia et vigore spiritus sanitatem restituit deperditam
et reparat vigorem Gen. xlvii alebat eos omnes quam domum patris
sui prebens cibaria singulis. Sic alit nos christus et omnes in sa
cramento cibi spiritualis in quo est medicina perfecte sanitatis quia
omnia restituuntur deperdita per mediam antique famis. Est ad
ille cibus sanguis reparatam sanitatem et robur conservando. Sic enim
christus gratiam sacramenti dicitur de quo ecclesiastici xxxviii honora medicum propter
necessitatem etenim illum creavit altissimus. Necessitas enim videtur.
necessaria conservatio sanitatis unde ibidem dicitur A deo enim omnis om
medela et a rege accipiat donationem quia hec medicina sanitatis
a deo est sed ipsa proprie habet sacramentum in quo deus accipit dona
tionem a christo rege nostro qui omnem gratiam in sacramento posuit. Unde mo
enim studuit quo nobis gratiam nobis in omni sanitate conservatam preparat
et invenit sacramentum in quo ipse medicus et ipse medicina fit
habemus ps. misit verbum suum scilicet in sacramento et sanat eos et eripuit
eos de interitionibus eorum et hoc studium commendat ecclesiastici xxx
viii ubi dicitur disciplinam medici exaltabit caput illius et in
conspectu magnatorum collaudabitur. Hec est disciplina honora
bilem fecit nobis christum et in conspectu omnium magnatorum hono
rabilem fecit christum laudabilem in caritate qua nobis dedit
est etiam potum sanguinis christi quia sicut sanitatem restauratam conservat unctio vocatur
scriptum. Et quia sic sanitatem restauratam conservat vocari
dicitur in naturam nulla corpora sic in sanitate conservantur ut dicit
Avicenna sicut que ubique circumdata sunt nali et ipsa pinguedine
unctione hoc figuratum est Joh. xii ubi cum christus esset in cena mu
lier venit et effudit unguentum super caput eius recumbentis domus
repleta est ex odore unguenti quia tota ecclesia replenda erat
unctione sacramenti christi quod fracto alabastro corporis sui in passi
one sacramentaliter in totum corpus misticum christi distillavit ad

sanitat confirmacionem. Sic unguentum in capite quod descendit in barbam
barbam aaron quod descendit in oram vestimenti eius. Et sic sig
ficando dicitur Ecclesiastici xxxviii unguenta conficiet pigmentarius sanitatis
et unctiones conficiet sanitatis. Et sic confirmat sanitatem ne itum infir
mitatis perueniat quod prius reddat. Sic dicit david unxit me unctione
misericordie sue quod sic cuius signa mirabilia dei qui tantum studium confirmando
sanitatis habuit de nobis. Ecclesiastici xxxviii Dedit hominibus scientiam altissimus
honorari in mirabilibus suis. In hiis mitigabat dolorem. Ieremie xvii Sa
na me domine et sanabor salvum me fac et salvus ero quoniam laus
mea tu es. Nullus in hiis modis quod dicti sunt sanat et sanus
est nisi solus deus. Dicendum est de cibo hoc nutriente hic est virtus
quod habet ad nutriendum. Virtus autem cibi huius ad nutriendum in sex consistit
scilicet quod nutrit virtute celesti quod nutrit virtute vivifica quod nutrit ad
vitam quod radicem confert immortalitatis quod nutrit virtute vincente
nutrimentum et ad se convertente et quod virtute nutrit universali. Primum scilicet
ex origine, secundum ex naturali virtute, tertium ex communicata bonitate, quartum
scilicet ex eternitate virtutis, quintum scilicet ex superius plenitudine. Sextum autem
scilicet ex omni gratie plenitudine. Primum igitur notandum est quod nutrit cele
sti virtute que nobilior est omni virtute humana vel humanam sibi.
Unde Johannis vi Non Moyses dedit vobis panem de celo sed pater meus dabit
vobis panem verum de celo. Panis enim verus est qui de celo descendit.
Hic enim panis vegetare et nutrire scilicet ad vitam celestem. De quo dicitur
hic enim panis vegetare et nutrire. Sicut ad vitam celestem. De quo dicitur
Ysaie lv Quomodo descendit imber et nix de celo et illuc ultra
non revertitur sed inebriat terram et infundit eam et dat semen serenti
et panem manducanti. Sic erit verbum quod egredietur ex ore meo non reve
tetur ad me vacuum sed faciet quecumque volui et prosperabitur in hiis ad que
misi illud. Imber enim hic descendit de celo sanitatis et nix candissime
castitatis. Iste terram incendium fovit in utero beate virginis et
inebriavit terram illam et maledicti veteris abolicionem et infundit
eam ad huiusmodi terrenam fertilitatem et dedit semen serenti omni sacerdoti
et dedit panem manducanti omni communicanti huius sacro. Et est factum
est de verbo quod egressum de ore altissimi. Hic enim vacuum a fructu
et omni in se tamen non est reversum sed se incorporando fecit cuncti
per velint omnem familiam suam celesti virtute satiando quando
prosperatum est in hiis ad que misit illud quod continue semper tum
multiplicetur virtutem in nulla deficiens in seipso. Sic enim imple
tum est quod dicitur in psalmo Viduam eius benedicens benedicam pauperes eius sa
turabo panibus. Vidua non ecclesia est quam benedictionem in novo sponso suo
panibus et cultore Christo consecuta est. Ita ut omnes pauperes spiritu panibus
eius qui virtutis sunt celestis sunt saturati. Hic enim non nisi virtute cele
sti fieri potuit, ut familia Christi comederunt non panem virtute celesti
imperantem panis non de terra terribiliter non deficit sed pane de celo
comederunt. // Est autem advertendum quod etsi nutrimentum corporale corpa
animata non nutrit nisi virtute celesti quoniam elementa corporali hic
est calore naturali quod virtutem scilicet ignis nutrimentum digerat et perficiat
quod calor ignis est separare grossa a subtilibus et assumere sub
tilia que sibi conveniunt tamen ad equalitatem complexionis non nutriret nisi

Cibus celestis nutrit virtute celesti

in eo ossibus virtus celestis / quia omnis equalitas in complexione corporum
creatorum est ab equalitate celi in quo zo est equalitas in genere corporum
et ideo ut naturalem nobis sufficiens cibus optima celestem virtu-
tem possint in ipso quia innuerat quia esse ipso nutrimentum ipsi
de celo venisse. Dicit Johannes vi panem de celo dedit eis. Et ibidem
pater meus dedit vobis panem de celo verum etc. In psalmo inclina
celos tuos et descende / non tamen ut nobiscum in terra sis sed
ecce sicut ut nobiscum celestem cibum communicando virtutem celestem
ingeneras que ad celibem vitam invitat. Et est quod dicit Johel iii
In illa die stillabunt montes dulcedinem et omnes colles
fluent lacte. Montes enim sunt superiores celi continentes virtutes a quibus
celitus nobis stillavit dulcedo nutrimenti. Colles autem emine-
ntie humane in natura et persona christi in natura quidem in corpore et san-
guine et spiritu vivifico et naturali et in anima christi. In persona autem
una et divinitate et humanitate / hec enim omnia de celo humane nature
dicit venisse Johannes baptista Johannis iii qui de celo venit super
omnes est et hic omnium celorum virtutibus sed virtutem nutrimentum
cibus ille. Psalmo terra mota est etenim celi distillaverunt a facie
dei synai a facie dei israel / terra enim corporis domini mota est et commo-
ta de infimis in virtutes celestes quia celum quem dicti sunt fa-
cta de [illegible] est potentie in eam distillaverunt omnem suam virtutem
a facie principe dei synay qui in synai monte apparens man-
na dedit tamquam celi cibum dedit pueris et a facie principe
dei israel quem Genesis xxxii pascit a iuventute sua dicit
usque ad presentem diem unde israel pastor signat. Ideo tota die
usque ad presentem diem unde israel paste Matheus vi panem nostrum super-
substantialem clamamus ad ipsum dicentes Matheus vi panem nostrum super
substantialem da nobis hodie quem super substantiali virtute nobis
prestat nutrimentum ubi enim nos habemus super substantialem hebraicum
sermo sed sigilla quod interpretatur egregius panis enim celestis
est qui ad gregem communem non pertinet sed specialis hic
est qui ad celibem conventum per vitam toto desiderio et
spiritu qui ad celibem conversationem referunt dicentes cum apostolo philippenses iii nostra conversatio
in celis est / unde et salvatorem expectamus dominum nostrum ihesum christum
qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori sue
claritatis. Sic per nutrimentum celeste et celesti virtute nutri-
citur. Sic per nutrimentum celeste et celesti virtute intra
cavitatem quod dedit nobis / sic fit quod dicit de utero xxviii apperiet
dominus thesaurum optimum celum ut pluviam tribuat terre
in tempore suo. Optimus enim thesaurus est hec celestis virtu-
tis in nutrimento nostro gratie / et hic thesaurus est celum hoc est
virtus celestis ex quo sit ex pluvia ad fecunditatem irriga-
tur terra per celi virtutem que in guttis roris et pluvie de-
scendit in terram et ita irrigatur ad fecunditatem celestem tota na-
tura quem nobis est communicatum in nos sicut nutri-
mentum quem in nos defert virtutem
ad optimum thesaurum celestis sicut in nos defert virtutem
et irrigat animas nostras ad profectus celi de rore hoc est quod
dicit Deuteronomium xxxiii Oculus Jacob in terra frumenti et vini celi

candebunt totre / oculi est enim signum desiderii sanctorum ad sa-
mentum istud et vinum in quo celi iam accepta dulcedine celesti
rore tante gracie calligat et distillat, nobis celestis roris
virtutem Sic ergo cibus ille optime nutritivus est eo quod in se
habet celesti virtute que nutrit ad celi conformitatem et in celo
celo moram facit esse per celibatum cum sanctis et electis // Sic
autem nutrit celesti virtute ita eciam nutrit ipsa vel cibi veritate Et
ideo dicit Johannes vi c ad ma vere est cibus et sanguis meus vere est potus: Et
ideo dicit Johannes c ad ma ve est cibus ... de naturali cibo corporis cum et
hic ipsum de cibo isto conveniens dicit quod de naturali cibo corporis / cum et
cibus corporeus non nutrit id per se quod est in ipso verus et cibus
cibus corporeus non nutrit nisi per hoc quod est admixtum nisi cibum / Multa enim sunt ad-
vocata ille qui nil habet de admixtum nisi cibum / Multa enim sunt ad
mixta cibo corporali que non sunt de cibi veritate Et ideo natura
in nobis fecit instrumenta que non verum cibum a cibo vero separent
ita quod solus verus cibus ad nutrimentum membrorum reservatur
Sic enim stomachus a cibo separat grossum terrestria et grossa enim
emittit in secessum Sic epar etiam et bene agnoscit grossum separat
terrestria a vero cibo agnoscit per renes mittit ad vesicam Sic in-
tenstinum amarum a cibo vero separatum ad receptaculum fellis
mittit sic melancolicum feculentum cibi ad splen dirigitur
Sic eciam de ipsis venis aliquid terestre separatur quod non satis conveniens
est quod redundat ad venas magnas epatis in vesicam emittit
quod in urina a medicis ypostasis vocatur Sic eciam aliquid quod ipsis
membris non in veritate cibi infixum est per apostemata vel sudo-
res ut sinceris cibus ad membrorum nutrimentum in cibi simplicitate ve-
ritatis adhibeatur In isto autem cibo nil est nisi verum et sincerum / nil peni-
tus admixtum et ideo verus cibus et
dominico non vero cibo huius admixtum et ideo verus cibus et
potus vocatur Absit enim ab omnium fidelium cordibus quod aliquid sit
in isto cibo quod tamen non verus cibus sit similitudine cibi se tamen
cibum esse mutia Et ideo de omnibus sit illo cibo cibatur et potu
isto potatur dicit Johannes vi Ego sum panis vite qui venit ad me
non esuriet et qui credit in me non sitiet inetrum A deo n
hoc tibi veritatem quod totam altius tibi aufert esuriem / quia desiderium
sectorum iam ad aliud intendens spiritum non attenditur quibus per
necessitatem corporis cibus tiens per sustentatorem accipiatur appetitum
non esuriet neque sitiet amplius neque cadet super illos sol neque
ullus estus Sic enim veritate cibi intus reparantur quod esuries
in cibum alium non attendit et infunditur vero potu quod sitis
refrigerati refrigerium in ipsis non sentit Et sic utrique refrige-
ravit gracia et veritate cibique estus mundanum solis hic est mundani
honoris vel delictarum vel cupiditatis dominacionum huiusmodi siccitatis
in desideriis non cadit / neque aliquis estus concupiscentie carnalis et
hic totum efficit intendendo omni cibi veritate et potando omni vite
potus Et sic Johannes vi c ne intelligentibus iudeis veritatis huius cibi
in desiderio sanctorum petitur Domine semper da nobis panem huiusmodi quo sic
vere cibatur ut aliud cibum ad refectionem anime non querat hic est quod
et Helias iii Re xvii ydria farine non deficiet ydria enim est
sacculum farina autem cibus continens in ipso sacco veritati cibi nil

nutrit cibi
veritate

tus ad mixtu quia cibus qui verus est et non deficit in ipso vitas
eius non permittit redire famis medias si non sponte asinnetubs
abitia. Nulla enim causa est quod in modo corporali cibo sumpto iterum
esuries redeat nisi ille cibus a vitate cibi corrumpitur et destituitur
et quia destitutus a virtute vitatis cibi membra exinanita denuo
desiderant cibum Sed iste cibus numquam vitate cibandi per corru
ptionem aliquam destituitur sic cibat ut fames ad alium cibum non
redeat Sed desiderium saturans est. Nec in ipsis ille cibus continue
et in superiore saeculi iterata non comburitur iterat sed idem quod ante susce
ptus est continua. Et hic vult dicere Salomon Proverbiorum xiii Justus comedit
et replet animam suam venter autem impiorum insaciabilis quia
sicut dicit philosophus in ... decor veneris est et gloria in confusione
eorum qui terrena sapiunt numquam saciantur quia eternum cibum capiunt
qui semper petit a membris eorum. Igitur est quod dicit de sanctis in psalmo
Desiderium eorum attulit eis deus non sunt fraudati a desiderio
suo quia continue manens in eis verus cibus in omni cibi vitate
desiderium aliorum delectationum redire non permittit. Hic enim
cibus non mutatur Ille enim cibus est de quo consulit dominus Johannis
vi operamini non cibum qui perit sed qui permanet in vitam eternam Sic
ergo cibus hic nutrit et celesti virtute et ipsa cibi vitate. Nunc
erit et tertio quia est cibus vita quia sua ipsa vita principia sunt in ipso
Sicut dicit Johannis vi Ego sum panis vite glossa ibidem quia pastor dominus
pastor magnus vite pastor in omnibus principiis omnis vite con
tingit Et ideo statim ibidem subiungit patres vestri manducaverunt
manna in deserto et mortui sunt quia manna fuit figura
et typus panis vite Sed in se non habuit ipsa vite principia
et causas sed ille panis vite in se habet causas et principia,
vere dicit Johannis vi Hic est verus panis de celo descendens ut
si quis ex ipso manducaverit non moriatur. Hec autem sic et alia
duo habet Hic cibus ad similitudinem naturalis cibi quod sic dividitur
quod nutrimentum non pervenit ad equalitatem complexionis membrorum
corporis quod cibatur nisi per virtutem celi Et sic dividitur quod non nutriret
substantiam membrorum nisi per cibi vitatem Ita dicitur eciam naturam
quod non nutriret vivum nisi per vite principium et ideo in naturali nu
trimento anima vegetativa est primum movens ad nutrimentum quae
forma vite inficit nutrimento per hic quod sic dicit ... nutrimentum
in cibo epatis acceptum elevat ad medium cordis thalamum
ubi requiescens a sede vite accipit vite principium quo mo
veri possit ad membra viva et vivum eis vivificare et vivi
vita ipsorum. Deus ergo in omnibus nobis condescendens et nutri
tum cibi spiritualis corporali cibo naturali perficiens ut magis habe
tur cibum desiderium possunt se in ipso in quo est vita sic in pre
agno fecit omnes vita ut nos nutriat vivificet se ipso qui
est vite nostre in gratia et gloria principium Johannis vi Sicut misit me
vivens pater et ego vivo propter patrem et qui manducat me et
ipse vivet propter me. Sicut enim nobis hoc alimentum inficit vitam
gratie et fructibus inficit vitam glorie Hoc significatum Genesis ii lignum
vite plantavit deus in medio paradisi quia deus ... in sacro

vivifico omnibus se exhibet in medio eterne qui inciti ab ipso
gaudere quia ipse vivit vitam ab eo percipiunt Cum n sicut dicitur in
libro de causis vita sit actus continuus fluens ab ente
quieto quod est fons vite in ea que sunt prima patet quod hoc
nutrimentum vite cibum est in quo pater fluit vitam in filium
et filius habens vitam in semetipso fluit vitam in sacramentum Sacramentum
autem vitam influit in nos Ecclesiastici xv Cibavit illum pane vite
et intellectus Dat enim vitam et vitam intellectualem quia est panis
beate vite Omnis enim vita beata est etiam vitam intellectualem Unde
Joh vi panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita quia
ex illa haurit vita indeficiens Sic ergo ille cibus nutrit
ex principiis vite in vitam eternam Hic est cibus qui enim tunc
nutrit celesti virtute non tamen cibi virtute ut cum cibus tunc pereat
nutrit sed confert immortalitatem in immortalitatis radice et
principio vite Sed confert immortalitatem Qui manducat carnem meam et bibit
hoc quod dicitur Joh vi Qui manducat carnem meam et bibit
sanguinem meum habet vitam eternam et ego resuscitabo eum in novissimo
die Est in hoc quod viaticum ille cibus vocatur quia est via in an
nimo hoc est itineracium per mortale illud desertum usque ad immor
talitatis eterne stabilimentum Et in hoc dissimilitudinem habet ille cibus
ad cibum corporalem qui non nutrit nisi mortale et corruptibile
thobie vi Esca venit et venter est deus autem et hunc et has de
struet Iste autem cibus radix est immortalitatis quia ibi consumit
in ipso principio est vite eterne Unde Joh vi Non sicut manducaverunt
patres vestri manna in deserto et mortui sunt qui manducat
hunc panem vivet in eternum ut in eternum vivet nisi radicem
vitam continue a fonte
immortalitatis habet Per quod immortalitatis vitam continue a fonte
vite surgit Osee xiiii vivent tritico et germinabunt quasi vinea
ex hoc tritico surgit alimoniam immortalitatis ut dicit Gregorius
et ideo germen immortalitatis surgit ex ipso sicut ex prima sur
git novi surculi ferentes fructum gaudiorum eternorum hoc si
gnificatum est in Regum xix ubi Helias perambulat in virtute
cibi illius per totum desertum quod fit quasi viaticum illud per totum desertum hoc
mortalis vite nos pascit usque ad firmamentum eternitatis et im
mortalitatis Si alius enim non afferret radicem immortalitatis quod habet
virtutem nutrientem in eternum Defectum enim nutrimenti non est nisi ex
defectu virtutis nutrientis in cibo vel ex defectu eius quod nu
tritur in nobis autem qui nutrimur tota est adhuc virtus nu
humilitatis et patientis et cum totum sit in cibo quod continet quod
cibus in se potentiam habet et radicem immortalitatis Hinc
est quod prima xi dicitur fructus nostri lignum vite hic enim est fructus
illius qui anthonomatice iustus est ipse ut sit lignum
per quod eternum fructus vite in eternum Sic n homo si non peccasset
de ligno vite immortaliter vixisset Ita dominus ad restitutionem eius quod
perdiderunt fructum nobis dedit in sacramento gustu scilicet vite immortalis
Apocalipsis ii Vincenti dabo edere de ligno vite quod est in paradiso
dei mei a radice enim ligni vite surgit vita immortalis
et hic ibidem pertinet manna absconditum Ibi dicit Vincenti dabo
manna absconditum et dabo illi calculum candidum et in calculo

Nomine nomen scriptum quod nemo scit nisi qui accipit. Manna enim quod
dat vincenti est corpus domini quod est absconditum ibi quod speciebus pa-
nis et vini velatum ex quo tamen sumitur immortalis vite alimentum
vnde illi ibidem dat calculum qui significat vere et immortalitatis vite
firmitatem et ut in perpetuum maneat dat ei in hoc nomen no-
vum scriptum quo ipse scit sibi corporalis ascribitur quod in memoria eter-
na erunt iusti ab auditione mala non timebunt et hoc nomen
eterne vite nemo novit nisi qui accipit quia tales deliciae
ignote sunt mundanis hec significatum est deuteronomii xxix ubi de come-
dentibus manna quod corporis christi est figura dicitur adduxit vos
xl annos per desertum non sunt trita vestimenta vestra nec calciamenta
pedum vestrorum vetustate consumpta sunt panem non comedistis
vinum et siceram non bibistis quod ipse est deus vester et venistis
ad hunc locum ac si dicat per desertum huius mortalis vite xl dierum
qui est numerus penitentie adduxit nos deus ad immortalitatem per-
hennis vite ita quod vestimenta id est tunica non sunt attrita aliqua pecca-
ti vetustate et calciamenta que sunt ornamentum pedum amicitia in mun-
ta quod veritas munivit intellectum et caritas munivit affectum non
sunt aliqua vetustate vanitatis vel frigiditatis cordis consumpta
et hoc quod panem refectionis mundane non comedistis neque vinum
et siceram inebriantia in quibus est luxuria bibistis et tamen
et siceram inebriantia in quibus est luxuria bibistis et tamen
dominus sue immortalitatis alimonia adduxit nos per sum-
tibi notitiam ad hunc locum solidum qui non mori potest eterne
immortalitatis nec manna tuum non prohibuisti ab ore eorum
et aquam dedisti eis in siti xl annis pavisti eos in deserto
et aquam dedisti eis in siti xl annis pavisti eos in deserto
nihil quod eis defuit vestimenta eorum non veteraverunt et pedes
eorum non sunt attriti et post exponit huius auctoritatis per providentiam
nisi quod aqua vocat sanguinem nostri christi hic quod ex aqua efficiatur sanguinis
immortalitatis alimonie quam christus hic quod refugerem parat absolu-
concupiscentie dum etiam aqua mel dicitur sicut ibi de petra melle
saturavit eos quod sicut dicit apostolus i ad corinthios x patres omnes eandem
escam spiritualem manducaverunt et omnes eundem potum spiritualem
biberunt biberunt autem de spirituali consequente eos petra petra
autem erat christus hec inducti sunt ad terram possessionis et re-
tis eterne ubi sicut dicitur apocalypsis xxi mors ultra non erit neque
luctus neque clamor sed nec ullus dolor sic ergo cibus
ille cibat celesti virtute cibat tibi promissa veritate cibat
participes divine vite cibat radice immortalitatis vite
eterne et cibat etiam virtute excellenti cibat vincentem et
hic etiam licet sumi et non consumi hanc cibandi proprietatem
cum cibus naturalis et corporalis unde dictum est augustinus sicut ipse dicit in libro
confessionum x cresce et manducabis me nec tamen me mutabis in te
sicut cibum carnis tue sed tu mutaberis in me et in ipsi conuer-
ad te et tu non convertis ad eos hoc autem ideo est quod cibus
carnis a corpore suo accipit cibandi proprietatem sic ab anima ciba-
tiva sine nutritiva qui ipsum alterat et convertit ad corporis cibati

similitudinem / et quia corpus cibatum corruptibile est et dissolubile
Et ideo cibus in ipso corpore corrumpitur et dissolvitur Et utrumque scilicet
cibus et corpus in putredinem redigitur Hoc autem corpus domini
si ad nos mutaretur nichil nobis prodesset sed nobiscum periret Sed quia
virtus eius immensa vincit infinitas / et nos ad se commutat ideo
quia nostra infinitatibus suam tribuit divinam virtutem / et sic firmamur
et perire non possumus ab ipso in esse firmati inextimi Sic intelligitur
quod dicit Iohannes xii Omnia traham ad meipsum / sic enim in unitatem personae
assumpsit naturam humanam non consumens eam in seipso sed in unitatem
persone traxit ut in ipso esse divinum participaret Sic convertit nos
ad se non consumendo sed ut esse suum divinum in sui sumptione partici-
pemus Sic tedium sumptis eius sponsa canticorum i et desiderans
in participatione sponsi in desiderio amore clamat et dicit Trahe
me post te / ut in esse tuo et virtute felicitatis sim quae in displicentia
in meipsa Sic orat Ieremias Trenorum v dicens Converte nos domine ad te
et convertemur innova dies nostros sicut a principio In principio enim
creationis non in nobis / sed ad te facti fuimus scilicet et tunc consistimus
in te tamquam tibi incorporato Modo autem male sumus et perversi
in nobis ipsis et ideo virtute tua trahe nos ad te et a nobis
converte et sic incorporatis nobis tibi innovabis dies nostros sicut
a principio Sic etiam dicit esse corpus christi sicut dicit Ro xii vos
estis corpus christi et membra de membro hic spiritualia membra
christi de membro capite quia nobis influit hanc virtutem quae
nos in ipsum convertit ut membra eius et corpus efficiamur
hic expresse dicit Ephe iiii facientes in caritate crescamus in illo veritatem
qui est caput christus ex quo totum corpus compactum et connexum
per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque
membri augmentum corporis facit in edificationem sui in cari-
tate Ideo enim id potest assignari quare etiam dicitur et sic corpus christi
hic modo quo dictum est dando illi corpus suum convertit eam ad se
ut corpus eius efficiatur et singuli sic membra eius Constat
enim quod etiam mistice vel methaphorice corpus christi nisi hic dicitur ob
aut mistica translatio debet fieri per comparationem ad aliquod quod vere eodem
nomine dicitur nomine et ratione Hoc autem est communio corporis
et sanguinis christi realis natura non amittitur et ubi quod cum influitur
ecclesie totam ecclesiam ad se convertit et a sui natura non amittitur et sibi
eam sic assimilando in spiritu vita et calore caritatis vivifico
et operatione virtutum tamquam quedam operationem membrorum ecclesiam
facit corpus suum spirituale et misticum Et hic est quod dicit Ephe
iiii quia scilicet diversas gratias dando in diversis officiis constituit
sicut in corpore in diversis officiis et operationibus constituuntur membra
Et haec verba apostoli Ipse dedit quosdam quidem apostolos quosdam
autem prophetas alios vero evangelistas alios vero pastores et docto-
res ad consummationem sanctorum in edificationem corporis christi Donec occurra-
mus omnes in unitatem fidei et agnitionis filii dei in virum
perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi Sic ergo dicit ad

etiam Gen ii sub figura Eve et ade loquens hec nunc os ex ossibus
meis et caro de carne mea / quod fortiora et infirmiora membra
sit ad xpm mutanda. Sic translatus ad se fratribus de terra Canaan
loquitur magnus ille Joseph in membris per continuum augmentum
crescens Gen l Nolite timere ego pascam vos et parvu-
los vestros quos non pavit xpm ad xpm nos fuit translati hoc
significatum ii Re v ubi sub typo filiorum Israel et david etiam loquitur
ad xpm dicens Ecce nos os tuum et caro tua sumus sed
et heri et nudiustertius cum esset Saul rex super nos tu eras
inducens et educens Israel Dixit dominus ad te tu pasces
populum meum quod quod modo facit xpus in ecclesia heri fecit in lege
mosaica tunc regnum per Saul significatum et nudiustertius fecit
in lege naturali / presidens autem tunc fecit quod modo facit in sacramento
et in ipsa virtute presentie corporis xpi. Ille enim nobilissimus
modus pasture est quo sua indeficiente virtute hic sacramentum
nos convertit ad corpus xpi ut simus os ex ossibus et caro
de carne et membra de membro et ex omnibus nobis corpus
xpi concretum. Pascit etiam hic cibus sua virtute et corpus
nutriens et animam in quo etiam excedit cibi corporalis virtutem
quod tantum deperdita in corpore restaurat Unde B Gregorius in collecta
ctus locutus est / Dilectus enim verba dilectionis loquitur ad affecti-
onis cordis et ideo anima illa beata dilecto unita statim calore dile-
ctionis et ideo anima illa beata dilecto unita statim calore dile-
ctionis resoluta et tota in devotione liquefacta penetravit in ipm
et sic unita concorporalis effecta est hec est unitas spiritus
et sic unita totum corpus vinces Deo pro dicitur ephe iiij solli-
citi servare unitatem in vinculo pacis spiritus In hoc calore cari-
tati sub quadam palio concorporales et membra nos sic fa-
cit sub quadam palio concorporales et membra nos sic fa-
cit Domine Ruth iij Expande palium tuum super famulam tuam Sic enim
dicit apostolus quod omnes concorporales efficimur ephe iij Revela-
tum est sanctis apostolis et prophetis in spiritu gentes esse coheredes
et concorporales et participes promissionis in xpo iesu Sic
ergo unus sit per dilectionem sinceram et pulcram Sinceram
autem vocatur caritas que nil corruptibile admittit / pulcra
autem que nil fedum cogitat ad usque dilecti / quedam enim
caritas adeo debilis est corruptibilia concupiscendo quod statim
corrumpitur et tunc vita et calor vivificus in tali membro
incipit j Thi j dicit apostolus Caritas est de corde puro
et conscientia bona et fide non ficta hoc est fidelitate ad
amatum non fictili nec fragili sed fortissima quod sic dilectus
clamat ad nos Can viij pone me sicut signaculum super
cor tuum et super brachium tuum quia fortis est ut mors dile-
ctio tua Signaculum n super cor ponit cum signa amati
sic signa sigilli in cera ita in corde melli imprimit
et profunda super brachium po cum tota virtus mea et vires
et fortitudo et robur ad ipm refertur De pulcra autem di-
lectione est quod nil fedum admittit quod ex latebra fuliginose
concupiscentie procedat certa quia in Cant mat pulcre di-
lectionis que scilicet nil fedum diligere pre Sic ergo carnalis
et concorporaliter unum spiritum et calorem vivificum accepimus
a capite toti corporis infusi priuncietu spirituale Certo
loco sic oculata fide conlibet sapientis vide per pigra que ab-
ad gratiam membro et virtutibus eius unitis et calore
membri vivifico est affectus et spiritum membri perfectus
Statim paulatim incipit assumere calorem illi membro proprium
et venustatem quod sic dicitur unus fit per illustratam contemplationis
eterne vitatis in facie domini iesu xpi Sic expresse dicit apostolus
ij Chor iiij Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere
illuxit in cordibus nostris ad illuminationem claritatis in

facie xpi / Omo enim si naturale esset tam lucidi tam et pul
cerrimi corporis et ideo oportet ut assumat xpi naturalem
lucem et pulcritudinem Sicut exodi xxxiiii Splendida facta
est facies moysi ex consorcio sermonis dei ita ut non
possent filii israel intendere in faciem eius propter gloriam vultus
eius Ita et multo magis assumit membrum xpo gloriam et lu
cem et pulcritudinem xpi in fulgore mentis illustrate per
virtutis contemplacionem vnde ii Corinthiorum iii Nos omnes revelata
facie gloriam domini speculantes in eandem ymaginem trans
formamur a claritate in claritatem tanquam a domini spiritu Sic
dicitur anime sit vnite xpo in psalmo Specie tua et pulcritudine
tua intende prospere procede et regna. Specie enim virtutis figu
rata et pulcritudine sapiencie decorata prospere sine impedi
mento intendit per intellectum / et procedit per affectum / et regnat
in regno eius vt membrum eius pulcritudinem assumpsit
Melior enim color quam habere potest membrum corporis bene vniti
et vnificatum est color substancialis sanguinis per candorem
pellis et carnis emicantis et ille est color xpo Sicut
dicitur Canticorum v Dilectus meus candidus et rubicundus electus
ex milibus / candet enim liliosa candidacione in omni ca
stitatis mundicia / et rubet roseo et purpureo variante rubore
in suo benedicto / quem dedit nobis et pro nobis sanguine / et
hanc pulcritudinem assumit sponsa et quilibet membrorum
eius effectus quando mundicia xpi candet corde et corpore
et rubore tam gloriosi sanguinis quottidie potatus fuerit
in corde hoc est quod pulcerrima vidua Judith per
legitur Cui etiam deus contulit splendorem quia omnis ista
composicio non ex libidine sed ex virtute pendebat / hoc
est quod de beata agnete dicit ambrosius Jam corpus meum cor
pori eius sociatum est et sanguis eius ornavit genas
meas Sic ergo contemplacionem virtutis id quod xpo vnitur pulcri
tudinem et colorem xpi assumit In omnibus autem quatuor
predictis tandem quinto loco vnio devota perficitur huius ad
corpus vnionem et indistanciam ut in corpore sit / et in ipso
animetur et vivat / et iam de certo non nisi de corpore esse
reputetur hec autem fit per omni honore quam a capite vel corde
corpori influunt participacionem Sic dicitur in psalmo participem
me fac deus omnium timencium te et custodiencium man
data tua Sic substancia methaphorice de vnitis xpo / dicit apostolus
Ro. xi Insertus es in bonam olivam et socius radicis et
pinguedinis olive factus es tunc omnia que fiunt capita
lia vniti per caput ut sic reliqua membra corporis eius Sic
dicit xpus Johannis xvii Ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis ut
sint vnum sicut ego in eis et tu in me ut sint consumma
ti

in unum hec est cathena aurea qua colligamur et a multis
reducimur ad unum unum eximium primum enim omnino unus a quo sic
a fonte filius nascitur, et a patre et filio procedit spiritus sanctus
Secundum autem scilicet homo unus est unitus in Christo Cor. vi. Qui
adheret deo unus spiritus est / forma autem tamen colligamur filii
est forma patris eterni et factum corporis et sanguinis est
quo christo incorporamur et sic a filio ad fontem omnis boni
patrem celestem reducimur et in illo fruimur omni bono
filii in spiritus dulcedine et beatitudine / et omnibus ab hac
cathena recedentibus perit et in nulla parte dimi dimittit
Osee x. divisum est cor eorum nunc interibunt hinc est quod
in nostra ... dicitur de hoc convivio et deliciis status admirantur
de unione colligationis eius sic dicitur faciet dominus ex-
ercitum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium
convivium vindemie pinguium medullatorum et vinde-
mie defecate / et adiungit dominus et precipitabit in mon-
te isto faciem vinculi colligati super omnes populos. Cari-
tas enim christi hoc vinculum impetu precipitat quod colligatum est
a patre in filium et ab utroque in spiritum sanctum / et per sacramentum filii est
etiam in omnibus populis concorporales deo colligatum. Dicit quod per
fiat unio ad christum per connaturalitatem in hiis que
a nobis dicta sunt. Secundo et ultimo circa divisionem
superius inductam videndum est que tibi ad cibatum sit hesi-
bilitas / ne qualiter occasione abradatur et hec perfecti-
ut superius diximus et apprehensione fortissima quia id quod
cibus apprehendit et tenet id quod ex cibo est unitum Sicut
enim dicit Ysaac in tegni et constantinus in pantegni / ex
quibusdam cibis generatur nutrimentum quod parum adheret mem-
bris / et cito per alterationes sequentes calores labores vel febres
a membris abraditur et separatur et consumitur sicut est
cibus generatus ex facile alterabilibus. sicut sunt ova et car-
nes subtiles et herbe. Quidam autem cibus est ex quo generatur
nutrimentum quod firmiter et fortiter adheret membris. Sicut
nutrimentum generatum ex puro et sincero cibo firmiter et ex
hoc ex subtilitate bene ~~intrat~~ intrat in membri in-
timi profunda / et ideo bene a unitibus membris / et ex puri-
tate optime convertit substantie membri / et ideo bene unitur
et ex viscositate fortissime adheret et resistit omnibus alte-
rantibus membra ne de facili a membro avellatur
unitur et separetur quia viscositate in membris sic glutinatur. Ita
etiam fit cum christo incorporamur quidam fortiter adherent quidam
autem facile separantur. Adhesio autem hec fit primo for-
titudine apprehensionis / secundo autem fit glutino amoris / a
et tertio fit in mansione stabilitatis / et quarto fit perseveran-
cia

continuitatis ad capud christus eius modo etiam tribus adheret mem-
bris que habet. Primo quidem quod virtutibus membrum fortiter apprehe-
ndit. Secundo quod fistositate propria et membrum fortiter agglutinet. Tercio
quod stabiliter in membris manens figatur. Quarto autem quod nullo laxa-
tivo remotum a membro percunctanti continuitate membro in-
cepito continuet. Fortitudo autem apprehensionis in spirituali mem-
bro ad capud est quod cum duobus brachiis intellectus et affectus
capud fortiter et indissolubiliter. Sic ipse nos per unionem me
nature ad se fortiter indissolubiliter apprehendit et apprehendit pri-
mi. Sequitur si quomodo apprehendatur in quo apprehensi sunt. De tali com-
prehensione dicit sponsa in Canticis iii Tenui illum nec dimittam
illum donec introducam illum in domum matris mee et in cu-
biculum genitricis mee. Tenet enim fortissima virtutis et bonitatis
sue apprehensione nec dimittit temptationis illectione te-
net autem usque dum introducatur ad intima penetralia co-
gnicionis in quibus est domus matris mee sapientie divine et donec
introducatur in terribile contemplationis genitricis me dulcissime
gratie in cuius utero formamur ad istam que dicta sunt delectabiles.
Sic igitur de eo quod nos apprehendit hic in semen abrahe ap-
prehendit cuius naturam in admirabiles delicias domus
sapientie introduxit et in cubili gratie genitricis plenitudine gratie
replevit. Sic Jacob dixit Genesis xxxii Non dimittam te nisi
benedixeris mihi et benedixit ei in eodem loco. Canticis viii° apprehen-
dam te et inducam te in domum matris mee et in cubiculum
genitricis mee, ibi me docebis et dabo tibi poculum ex vino condi-
to. Apprehendit enim sponsa dilectum indissolubili amplexu et
apprehensione ducit eum in domum matris sapientie increate que do-
mus est tota in amplitudine admirationis et inducit eum
libenter sequentem in cubiculum secretum intimi affectus in gratia in
cuius utero formamur in filios dei, ut ibi deliciarum exprime-
tur distat ab eo, et ibi dat ei poculum delicatum quod ipse semper
dat quod est devocio orationis sumpta ex vino condito ex
qua efficitur sanguis christi per quem nos incorporati sumus strictissime
tenemus eum quia iustum est quod intuitu nobis eum astrin-
gat sic calix sanguinis quem bibit et nobis eum astrin-
git et ipse hunc enim dicimus eum ad deformitatem apprehensionis
eius confidentes ne discedimus a te vivificabis nos
et nomen tuum invocabimus. Et illud in Regum ii vivit dominus et
vivit anima tua quia non dimittam te, tunc implet in nobis quod
dicitur Canticis vii Ego dilecto meo et ad me conversio eius. Ego
sum dilecto meo astrictus fortissima apprehensione et ideo ad
me in omni bonitatis dulcedine est conversio eius et ideo ad
multo fortius apprehendat. Sic in consilio sapienti tuidatur, Apok. iii
Tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam. Apoka-
lipsis terto alius accipiet nisi eum quem apprehendimus fortiter et indis-
solubiliter teneamus. Secundo autem est ut glutino fistositatis

pe fortius agglutinetur membris quod tetigat et nutriat et hec
in spiritualibus fit glutino amoris qui scilicet fortissime anima fidelis
eum Christo ne unquam separetur ab ipso Et hoc est quod dicitur Eccli xxv
Timor dei inicium est dileccionis fidei autem inicium ad agglu-
tinandum est ei / quia dileccio que est gluten conglutinans
diligentes seipsos Christum et animam fidelem incipit in rece-
ssu a malo hoc facit timor In ordine autem ad bonum in-
cipit a cogitacione virtutis dilecti / et sic fit agglutinacio
qua anima diligens adheret Christo dilecto ysa. xli Confortat
faber ferrarius eum qui cudebat tunc temporis dicens glutino
bonum est / ffaber autem ille ferrarius est deus pater quia omnia fabricat
sicut ferrarius quia omnia domat sicut ferrum / et ille
faber confortavit filium qui totum mundum ab inicio sua sa-
piencia cudebat quia confortavit eum ad homines dilectorum qui
homines per incarnacionem et sui in sacramento collacionem agglut-
inavit dicens ad angelos glutino quia per omnia tunc temporis nobis
exhibite indicia nichil aliud dixit nisi quod glutinarent
sibi homines / ut diligerent eum et sibi glutino amoris co-
niungerent / et ad hoc angeli et homines responderunt quia bonum
est sic glutinare quia per hoc homo salvatur et ruina an-
gelica reparatur Jere xiii Sicut adheret lumbare ad lumbos
viri sic agglutinavi michi omnem domum Israel et omnem domum
Juda ut essent michi in nomen et in laudem et in gloriam / Lum-
bi enim sunt loca delectacionum quia delectatur dominus in hiis que
per amorem sibi agglutinantur / in quibus et nomen suum invocatur
et laus sua decantatur et crescit gloria sue magnificencie et
honoris / hec constitucio mutui amoris adhesio .i. Regum
xviii adheret deo unus spiritus est ps Adhesit anima mea post te
me suscepit dextera tua / quia dextera dei in amplexum eter-
norum bonorum suscepit illius animam per nexum amoris ad-
herentem / hec est adhesio de qua dicitur deutro iiii vos qui
adhesistis domino vivitis universi / quia per constanciam amoris vivi
a fonte vite influitur Christo constanter / huic est quia ex carnali
amoris bonorum adhesio vocatur Gen xxxiiii in Sichem
filius eius adhesit anima filie vite date ei illi uxorem et
fugamus connubia quia sic dionisius dicit Amor facit extasim
quia transponit per amantes in amatum / et non permittit
amantem sui ipsius sed pocius facit eum totum esse eius quod amat
nec permittit eum manere in seipso sed continue egreditur extra se in
amatum / et adheret ei firmissimo glutino / ita quia retrahi ad
seipsum non potest huic est quia ex Ovidius dicit Omnia vincit amor
et nos cedamus amori Et ex Can viii dicitur quia fortis est
ut mors dileccio / quia animam et cor transponit ex amante in
amatum sic mors transponit animam quia constituta in amatum re-
due non potest ad seipsum Et ideo amor optimum gluten est quo
membrum incorporatum Christo firmius subheret ne a Christo separetur

Tercium est mansio stabilitatis ita ut in membro maneas sigu-
tur id quod membro est unitum hic autem fit stabilimentum cordis
et corporis in spirituali meditacione et studio / quia non ita homo
Christo incorporatus infigatur non stabilitur in Christo si ipsa mentis
et corporis evagatio solubilem facile faciunt a Christo Jere xiiij
populus hic dilexit movere pedes et domino non placuit / quia
pedes affectionum movere instabilitatem facit cordis et pedes corporis
instabilitatem inducit corporis Et tales domino firmiter non ad
herent Cum autem in domino cum incorporatus est non manet
numquam proficit ad membri perfectionem Joh xv Sicut palmes non
potest facere fructum a semetipso nisi manserit in vite ita et
vos non potestis facere fructum nisi in me manseritis. Ita enim
est sicut in membro quia perfecta commissio ad membri comple-
xionem non continuitur nisi diu infixum membro maneat
in ipso. vbi ibidem Qui manet in me et ego in eo hic
fert fructum multum quia sine me nichil potestis facere / hoc sig-
nificatum est Gen vi vbi dicitur mansiunculas in archa facies
et bitumine lines eam intrinsecus et extrinsecus / archa vero
in qua omnia animalia parata fuerunt corpus est domini iesu
xpi quod paratum fuit ab omnibus animalibus motibus in qua
archa mansiuncle fiunt cum mansio in eo queritur per studium
stabilitatis mentis et corporis unde non distendat aliam habi-
tatione ipsius / bitumine autem linitur interius cum amore
deitatis propter multas gracias anima Christo agglutinatur et bitu-
mine linitur exterius cum ex multis redempcionis operibus et passi-
onibus eciam Christus homo in humanitate diligitur De tali
loquitur Joh xv Christus dicens pater meus diliget eum et ad
eum veniemus et mansionem apud eum faciemus hoc modo
ille qui accepit benediccionem a deo sicut dicitur Gen xxv Jacob
fuit vir simplex habitans in tabernaculo distractiones vanas
et evagationes devitans Sic movet dicit david in psalmo Elegi
abiectus esse in domo dei mei magis quam habitare in ta-
bernaculis peccatorum Sic enim in domo dei manens quod est
incorporatio domini non discurrit ut spectat vanas habitaciones
in tabernaculis eorum qui mundus invitat ad vanitatem
Sic econtra dicitur de meretrice anima proverbiorum vij quod est vaga
garrula quietis impaciens et non valens in domo consistere
pedibus suis / quia vanitatibus illecta numquam in bona
permanet stabilitate perseverancia exigit ut quod infu-
sum de cibo et unitum est membro persenet in Christo
quia si aquis laxatur effluit statim corrumpitur in fetorem
et effluit et excidit et in deterius se mutando a nobi-
litate qua accepit / sic eciam est in cibo sacri quia quamquam
dosita corpus influat et unitus est sic prgrauem
per aliquod criminale vel mortale ut diabolum laxatur

forte effluet in destinatorum et fetorem et extimam in peius
mutatorem et ideo timendus est in minimis quia si minima
nos augentia in principio non timentur tunc paulatim ve-
niunt ad maiora. Vnde Augustinus: Vitia parvis grandia tamen
ne obruat arena. Vnde Ecclesiastici xix et dicitur timet
deum nichil negligit qui est a modicis tamen ne ad-
mittendo modica paulatim cadat in maius. Ecclesiastici
xix: qui modica spernit paulatim decidit. Cuius pulcre
similia ponit Job xiiii dicens quod est de gutta
cavante lapidem. Gutta enim cavat lapidem non vi sed
//allumoes sepe cadendo. Aliud enim est de alluvione paulatim ve-
niente et auferente terram donec tota ripa et agri
ripe contingui cadit defluens in aquam. Dicit autem
sic: lapides excavat aqua et alluvione paulatim terra
consumitur. Habes ergo sicut predes hec est peccati principium
et ideo quicumque divino corpori unitus est pariet
et perseveranter et caute debet expectare finem, glorificatus
in ipso Christi et multas passiones glorificatum est cor-
dium. Hoc enim vult dicere apostolus philipenses iii dicens: Nostra
conversatio in celis est unde et salvatorem expectamus dominum
nostrum Jhesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostre con-
figuratum corpori claritatis sue. Certi enim sumus quod omnia
que sunt in nostro corpore incorrupta ad beatitudinem dedu-
centur. Et ideo monet apostolus hebreos x dicens: patientia vobis
necessaria est ut voluntatem dei facientes reportetis re-
promissionem. Patientie enim donum remuneratio est expectanda.
Vnde Jacobus in canonica sua v: Patientes estote fratres
usque ad adventum domini. Ecce agricola expectat preciosum fru-
ctum terre patienter ferens donec accipiat temporaneum
et serotinum. Patientes estote et vos confortate corda
vestra quoniam adventus domini appropinquabit. Non enim oportet statim excidere
propter quaslibet tribulationes et temptationes, sed fortiter stare deo at-
tendentes illud Mathei x et xxiiii capitulo: non qui ceperit sed
qui perseveraverit usque ad finem hic salvus erit. Hinc
est quod dicit Jacobus v: Exemplum accipite fratres exitus
et longanimitatis laboris et patientie prophetas qui locuti
sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinu-
erunt eos patientiam Job audistis quia misericors est et
miserator dominus. Ergo sicut dictum est eos qui divino cor-
pori incorporati sunt usque in finem perseverare. Hinc itaque
habitis circa consequentem modum operationis vide qualis
sit potus cum cibo de quo dictum est. Circa quod considerandum
potus sunt consideranda sicut quantus debet esse in quantitate et substantia
et qualis in saporis qualitate et qualis in multiplicitate

potus

et qualis in usu istius gratie / et qualis in ipso effectu operatur
qualis autem sit in genere et specie sic determinamus. Sicut enim con-
fici non potest nisi de pane frumenti corpus domini / eo quod cor-
pus christi se grano frumenti comparat / et quia panis frumentinus
solus conveniens est cibus hominis inter panes qui fiunt
de grano. Ita dicimus quod sanguis domini non potest consecrari
nisi de vino / quia christus se vino comparari fecit / et viti
se ipsum comparavit / et quia vinum solum naturalis et conveniens
est potus hominis. Debet enim vino se comparari secundum prophetiam
quod Osee ultimo ubi dicitur memoriale eius sicut vinum Liba-
ni. Cum autem istud commune sit quod toti ecclesie dominus
reliquid pro suo memoriali, sequitur quod in hoc cibo non debet
nisi vinum confirmari. Hoc etiam modo non profertur sacramento
vetus sacrificium quia et cena agni typica sacramento novo
bat et ut videat veritas figure oportet quod cum vino sume-
in mactati christi cum vino sumatur et cum ag-
bibam amodo de hoc genimine vitis usque Mat. xxvi. Non
novum in regno meo. Novum enim usque in diem bibam illud
bibitur et vetus abicitur in usu communis in sacramento nove gra-
tie in testimonium. Et hoc est quod dicitur Cant. vii scriptura eius sed
eius vinum optimum dignum dilecto meo ad potandum. Guttu-
labiis quoque et dentibus eius ad ruminandum.
Dicitur pro cordis et mentis iteratione ad ruminandum / quia
ad mentem revocando et considerando et degustando sacramenti
infinitas dulcedines et bonitates. Ipsius verbi le-
vi quod animal quod non ruminat inmundum erit. Unde est
de duobus que sunt in hoc sacramento mea tibi et patri.
Dicitur Osee vii. Cum triticum et vinum ruminabat. Hec
enim duo ab omni fidelium ore ruminanda hec
memoria sunt in sacramento quia hoc est maxime fidelium frequentanda.
Zach. ix. Quid enim bonum eius est et quid pulcrum
eius nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines
hoc est significans mentes. Sicut ergo patet quod in comparatione necta-
ree dulcedinis christi sanguinis ad vinum non debet in sacramenti
cibo esse nisi vinum. Comparat autem etiam christus se viti et te-
cum corpus suum misticum comparat vinee / et de suis quidem
comparatione ad vitem dicitur Joh. xv. Ego sum vitis vera et
vos palmites / quia sicut fructus in quo natura gaudet
crescit in vite, ita omnis gaudii gustus crevit in christo
de se vite, Judic. ix. Non possum deserere vinum meum quod le-
tificat deum et homines et ire ut inter ligna promovear.
Circa autem cum in communione datur sanguis christi vocatur

quod sanguis eius
salus in vino
efficitur

vinea Ier ii Ego te plantaui vineam meam electam omne
semen verum Ysa v vinea domini sabbaoth domus Israel et viri
Juda germen eius delectabile / vitis enim xpus suum
sanguinem diffundit in totam ecclesiam / ut in sanguine suo plantet
et faciat fructum eternorum gaudiorum Math xxi vineam
pastinat homo et locat eam agricolis Math xx Simile
est regnum celorum homini patrifamilias qui exijt primo mane con-
ducere operarios in vineam suam per hos conductores non per-
ficitur sanguis xpi nisi de vino vitis / Est autem vinum solum con-
veniens potus hominis naturalis generaliter loquendo / hoc autem in se per-
consideratur potus enim hominis est qui a natura est desideratus / qui
nature est innatus / qui nature est influxiuus / qui sibi
est latiuus / qui sibi est subtiliatiuus / et tantum qui sibi
in membris est vnitus et tentiuus / et hoc est vinum et
non alius potus tamen probatum est / quia aqua que aquibus
simul in potu sic desiccat in digestis est insipida insi-
pida autem a natura non desideratur quia sapor est sequela com-
plexionis et conuenientie Sapor indicat complexionem
conuenientem ad naturam et desiderium naturalis satisfacere est ideo
Johannis ii In nuptijs in quibus fecit conuenientio xpi et ecclesie
mutauit aquam in vinum / ne propter insipiditatem esset abiicienda
Sic dicitur prouerbiorum xxxi de ecclesia quod de fructu manuum suarum pla-
tauit vineam quod gustauit et vidit quia bona est nego-
ciatio eius / quod potus desideratus est a natura Si autem quis
obiciat quod ut dicit Aristoteles in libro de anima Duo sunt naturalia desideria
fames scilicet et sitis / Et dicit quod sitis est appetitus frigidi et hu-
midi / fames autem appetitus calidi et sicci / Ille nescit
quid dicit et verba philosophi non intelligit / Anima enim dicit quod sitis est appe-
titus frigidi et humidi non intelligit de frigido et hu-
mido in potentia / sed de frigido et humido in actu / frigi-
dum enim et humidum in potentia naturali non desideratur
quia frigidum in potentia naturali impeditiuum et mortificatiuum
est nature hominis in omnibus suis operibus / et ideo aqua
nullo modo desideratur in potu nisi a natura corrupta et
nimis intensa Sicut desideratur a febricitante / et ideo
dictum philosophi intelligitur de frigido et humido in actu quod
valet ad caloris refrigerationem et tunc incorporatum reficit
naturale desiderium Ad hoc autem quomodo possit esse natura
quod id quod mixtum est et compositum et valde diuersis simpli-
cibus et elementalem potu desideret contra naturam dicit etc
oppositum contrariarum probat enim dicit quod in plantas potant et ri-
gant hoc faciunt de aquis paludalibus mixtis / et plu-
uias quas dedit super eas talas solis de terris et aquis
commixtis eleuat et virtutem celi immittet / ut ex mixtis
virtutibus mixtis a guttis pluuie et rorus conueniant

potet aquas que conuixte sunt plante / 2o et deus condit di-
cens ysa: l v: quomodo descendit ymber et nix de celo
et illuc vlterius non reuertitur sed inebriat terram et infundit eam
et dat semen serenti et panem manducanti Sic ergo con-
iuncto per naturam potus vinea natura desiderat vij / ad thy
iij thymotheo dixit paulus Noli adhuc aquam bibere
sed modico vtere vino propter stomachum tuum et frequentes tuas
infirmitates / quia stomachus continuo potu aque destruitur propter
aque mortificatiuam frigiditatem / patet igitur cum xpi san-
guinis refectio sit per graciam quia confert quod aqua nullam ad xpi
sanguinem potatum habet similitudinem et ideo de aqua confici
non potest / Sunt autem alii liquores tam naturales quam artificiales
ex quibus per eandem racionem sanguis xpi confici non potest sicut est
ptisana ceruisia medo claretum moretum et ceteri liquores
pomorum diuersorum generibus expressus quod quidam vocat poma-
tum Et sicut sunt ea que sublimacione florum vel foliorum
diuersorum exprimuntur sicut est aqua rosacia / aqua violatia
et aqua geneste et similia que omnia vnam habent
determinatam / quia paulus omnibus sufficiat pacienter plantarum
tamen nec vina est nec a natura desiderata ad refectionem hominum
Ptisana autem quod egit calor tenerius excitatiua est et cor-
rosiua vesice hominum / et ideo non est desiderata a natura ad bi-
bendum Ceruisia autem sicut et medo valde inflatiua et oppila-
tiua / et ideo appetitum nature non concordat Claretum autem et
moretum extra modum sunt calida et potius libidinem prouocatiua
quam satisfactiua appetitui nature / pomatica autem sicut et ipsa
poma cruda et inflatiua sunt et magis et magis
putrefactiua complexionum quam satisfactiua nature aqua
autem rosacia et cetere omnes que arte alchimistarum
fiunt omnes secundum diuersas complexiones quas habent possunt
aliquas innaturales infirmitates sed non naturali appetitui hominum non
congruunt Et de illis ideo sanguis xpi confici non potest / et
vna ratio communis ad omnes liquores illos est quia in sacramento
hoc solum est materia quod ex significacione nature ponit
similitudinem ad effectum sacramenti Et ideo cum naturalis similitu-
do ad satisfaciendum siti nature non sit in aliquo liquore
sicut nisi in vino ideo non potest confici sacramentalis sanguinis
xpi effectus nisi de vino Ipse enim dicit Johannis vi Caro
mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus Et ideo quare
et cum naturam propriam potus non est natura sanguinis xpi esse non
potest Idem autem sentiendum est de lacte qui quidem infan-
tibus est potus naturaliter reficiens / sed tamen lapam carnem et mo-
llem generans et ideo carnem et perfectam naturam hominis non
reficit sed pocius naturam perfectam hominis inficit et corrumpit
Et ideo licet potus et communis sit hominum esse non potest et hec

est quod dicitur eccli xxxi vinum in iocunditatem creatum est et non inebrietatem, quia tota natura hominis perfecta et sana iocundatur in ipso. Unde ibidem dicitur Sanitas anime et corporis vinum moderate potatum. Sanitas corporis et anime sobrius potus. Sic ergo patet quod alius liquor similitudinem non ponit ad refectionem sitis communem et naturalem et ideo alius potus non congruit. Obiciat autem aliquis de ptisana de qua constantinus in pantegni dicit quod nullus est inventus similis illi potus vel convenientior quia ibidem inducit bonitates scilicet quia extinguit intensa, humefacit arida, et lavat sordida et reficit defecta. Et ideo videtur magis ponere similitudinem ad satisfactionem sitis naturalis quam vinum. Hoc non quia talis est naturalis licet extinguit intensa, et quia sitis est contra naturam non humefacit arida Sed ad hoc dicendum quod ptisana potus infirmorum intensorum ex febre et verum est quod febricitantibus non est inventus potus similis ptisane Sed sanis non competit quia nimis est frigida Et ideo appetitum naturalem non satisfacit sed potius corrupte complexionis. Unde hester i dicitur quod in convivio assueri vinum habundans et electum ponebatur et non fit mentio de alio potu. Ysaie etiam xxvi dicitur quod deus faciet convivium pinguium et convivium vindemie et non alterius potus, quia pre aliis potus simplici et puro et perfecte nature humane desiderio non satisfacit. Et ideo etiam de alio potu sanguis christi confici non potest. Ideo nec deus nec ars hominum alium potum de terra cui deus dat benedictionem alium unquam potum excolere docuit nisi vinum, sed nec cibum talem nisi frumentum quia in istis duobus humano et naturali et perfecto satisfit appetitui. Et ideo ex hiis duobus similitudo sumitur ad refectionem corporis et sanguinis ihesu christi. Nec ex aliis materia sumi potest huius sacramenti. Sed tamen adhuc obiciunt de hoc quod dicitur eccli xxix Initium vite hominis panis et aqua, quia si initium vite hominis est aqua et panis videtur eis quod sicut panis sine aliis cibis est satisfactivus naturalis appetitui qui est fames Ita aqua sit satisfactivus naturali appetitui qui est sitis, et sic si deus ordinat spiritualem cibum contra ea que satisfaciunt naturalibus appetitibus duobus videtur quod potus aqua Sed esse in sacramento communis spiritualis materia sui sanguinis quod omnino falsum est et nulli ecclesie conforme Sed ad hoc dicendum est quod ibi loquitur eccus de initio vite hominis post statum dampnati hominis et expulsi ex paradiso et alius adhuc amplius vite non habitus, et in hac miseriam homo detrusus est ad agendam penitentiam. Si enim loqueretur de natura instituta in paradiso tunc non loqueretur de pane quia homo in paradiso in pane non sustentabatur homo autem cum detruditur ad labores penitentie suspenditur ab hiis que sunt contra desiderium nature ut magis affligatur. Unde in xv de civitate dei

istum in carcerem et cibate illum pane tribulacionis et aqua angu-
stie ysa. xxx. Dabit tibi dominus panem artum et aquam brevem
hec ii: omnia parantur hiis qui sunt in laboribus prime Dicta
iustum est ut qui in concupiscentiis nimis indulserunt laxe
libidinum consenciendo, etiam delectabilis secundum naturale desi-
derium ad tempus suspendant penas pro peccatis luendo. Et co-
mestibile nisi huius preter delectacionem hominem sustentans ibi
homini concedit auctoritas dicens Inicium vite hominis aqua
et panis et vestimentum et domus protegens turpitudinem
ac si dicat victum pressum accepit et vestimentum paupe-
rimum ac domum non sufficientem nature sed in qua turpitu-
dinem protegeret in quo incideat ps Cibabis nos pane la-
crimarum et potum dabis in lacrimis in mensura. Postea
antequam homo rusticacioni adiutus est et primam pregit ad
primam domini tunc accepit aliud inicium necessitatis secundum naturalem ap-
petitum de quo dicitur eccli. xxxix Inicium necessarie vite hominis
aqua et ignis et ferrum sal et lac et panis simile lagin-
eus et mel et botrus uve et oleum et vestimentum. Quum autem
accepit botrum uve tunc expressione botri accepit vini po-
culum. hec ii omnia tanguntur quibus homo iuvatur ad vite
necessaria secundum naturalem appetitum de quo dicitur eccli. Sic enim aqua
accepit in ablucionem et alios aque usus ignem in candelas
quae homini non ~~convenerunt vivunt~~ conveniunt decoctionem fer-
rum in instrumenta fabricacionis diversorum sibi utilium Sal
in condimentum lac infancium alimentum panem in cibum co-
fortativum similaginensis esse dicitur quod convenientis et ad
hec membris nutrimentum mel autem in dulcoramentum
botrum in naturale poculum et oleum in unctionem et cibi condime-
ntum in luminis fomentum et vestimentum molle decens et ca-
lidum in corporis fomentum patet quod ex omnibus premissis
quod solum vinum est potus communis et naturalis omni secundum naturale
desiderium quod est in ipso quod vocatur sitis. hoc autem aqua
aliter accipitur sic ipsum naturale desiderium quod est sitis secundum
proprietatem naturalem subtiliter attendam. Et racione naturalis
qui naturalia subtiliter indagati sunt quod sitis est ex tribus
causis et quidem satis convenienter contingunt causatam una
quidem causa est membrorum exsiccatio sicut videmus
multarum sitim pacientes eos qui calidas et consumptivas
passi sunt infirmitates quibus sitis non sedatur per potum
sed per cibum potius humida membra reficientem. Alia causa
est indigestio cibi vel potus multum accepti quod grosso
fumo exalante a se percutit partes pectoris et gutturis et
incendit et exiccat. Et hec sitis est qua patiuntur inglu-
vie et ebrietatem passi et non sedatur potu sed augetur Com-
prio autem profundo et longo in quo ingluvies et ebrie-
tas

digerit vel expellit cedat etiam sitis / quia tunc id quod indi
gestum firmabat de stomacho removet vel digestum de
scendens a stomacho vel expulsum cum sic aliqui gluto
nes solent patiuntur ex indigestione Tercia sitis est
naturalis appetitus cuius quod vehere vel fluere faciat cibum
per membra vt nutriant / et hec non est nisi quod est vehiculum
cibi secundum naturam quod et cibum movet et cibum subtiliat
et vias aperit et membris influit et vinum Et sic pa
tebit in sequentibus hec naturales et communes non habent
sitire nisi vinum / et ideo habet sitis per vinum convenienter
mixtum et sobrie bibitum sedari secundum naturam Quartam causam
non inconvenienter addunt quidam sic Avicenna et Sera
pion et almasor que est quod sitis aliquando provenit ex in
convenienti et modum excedenti complexionis vel
cibi excessu ad siccitatem cuius contrarium petit natura et
refrigerium / et in hec tamen aliquando petit magis aquam quam
vinum sic estuans calida febre appetit et sitit aquam
et sic super impletus multo sale potum aque petit vt
sal laveatur a membris interioribus que inter omnes sapo
res plus abhominant salis saporem quam excedit De prima siti
dicitur Treni iiii adhesit lingua lactantis / ad pala
tum eius in siti parvuli petierunt panem et non erat qui
frangeret eis In tali desiderio petit quidam reficere ut
Job vi Que prius nolebat tangere anima mea sunt pan
gustia cibi mei sunt In hoc est desiderio dicitur est Tren
ii effusum est iecur meum super contritionem filie populi mei cum
deficeret parvulus et lactens in plateis oppidi matribus
suis dixerunt vbi est triticum et vinum quod cum de
ficerent quasi vulnerati in plateis civitatis cum exhalarent
animas suas in plateis civitatis / De 2o appetitu sitis
dicitur prov. xxiii Ne intuearis vinum cum splenduerit cum
in vitro ingredit blande et in novissimo mordebit vt
coluber Et sic regulus venena diffundit et post pan
ta Et eris sicut dormiens in mari medio et sopitus
gubernator amisso clavo et dices verberaverunt me et
non dolui traxerunt me et non sensi quando evigilabo et
rursum vina reperiam / quia in glutonibus et ebriis abissus
abissum invocat in voce catheractarum potacionum et
epularum suarum De tertia siti que sola naturalis est dicitur
Cant viii Dabo tibi poculum ex vino condito De isto ap
petitu est istud quod dicitur ii Reg. xxiii O si quis mihi daret
aquam de cisterna que est in bethlehem / hec enim dixit
David post labore pugne et pondere armorum incensa
natura complexionis ad magna inequalitatem caumatis de
ducta fuit / et tunc ad extinctionem caumatis desiderauit
aquam frigidissimam que fuit in cisterna bethlehemitica / Ex

omnibus inducit / patet quod vinum est solum potus a natura
communiter desideratus / hoc autem iterum patet ex hoc quod 2o indu-
ximus / quia naturale desiderium mixti non desiderat nisi quod est
sibi nativum mixti hoc autem / sic constitutum est non potest
esse simplex / nec potest esse frigidum / quia frigidum naturam non iuvat
sed impedit / et ideo potus aque non est naturam iuvans
sed impedit / Alii autem potus sicut dictum est propter aliquid nature
prestant impedimentum / vinum autem incorruptum et propor-
tionatum nature hominis ad digestionem stomachi est iu-
vativum et confortativum Et ideo illud natura desiderat
quia vinum quo ad hoc est potus naturalis et quo ad sufficientiam
pervenit ad sanguinem christi de quo dicitur Joh. vi quia sanguis meus
vere est potus iuvans naturam et confortativus / hoc autem
probatur i Thy. iiij ubi dicitur modico utere vino propter stomachum
tuum et frequentes tuas infirmitates / vinum calefacit naturam
et iuvat naturam digestionem et ideo est potus naturalis et
ideo etiam letificat cor quod gaudet in nature confortacione
Sic dicitur in psalmo vinum letificat cor hominis Quia enim que
naturalia sunt quantum ad appetitum naturalem conferunt nature
letificant naturam / et que non sunt naturalia econtrario gravant
naturam Sic dicitur prov. xxxi date siceram merentibus et vi-
num hiis qui in amaritudine anime sunt bibant et ob-
liviscantur egestatis sue et doloris non recordentur amplius
Similiter ex tercio quod vinum est potus naturalis et hic est quia per
naturam membris est influxivum quia in venas ca-
lore aperit et poros et siccitate naturali tenet ne laxen-
tur et concidant sicut nature influxum hoc autem facit vinum
quia calore naturali vias aperit et per subtili humido
influit / et per moderatam siccitatem tenet ne concidant
et opilent vias / aqua autem econtrario frigore proprio poros constringit
et vias et humiditate frigida laxat ut emolliti con-
cidant et opilent et ideo ad influxum cibi naturalis
non desiderant aquam sed vinum / Alii autem potus ut cervisia
medo et alia vapore et ventositate grossissima impediunt
vias opilando et ideo non sunt potus naturales Sed vinum ca-
lore aperit subtili vapore vias constrictas per vias influit
et omnia que sunt anime et virtuti anime perficit Et ideo
etiam sponsa ubi subtilia penetrant vini beneficio dicta
dicit esse perfecta et ordinata Cant. ii Introduxit me
rex in cellam vinariam ordinavit in me caritatem / et statim
in delicias resoluta dicit fulcite me floribus stipate me
malis quia amore langueo / Et quia vinum est solum potus
salubriter nature influxivum quod scilicet post diluvium quando
natura confortante in cibis indiguit et quia cibus per

membra fluit et Gen. ix Noe ubi agricola plantavit
vineam et fructum eius bibit et sic nudatus in taber-
naculo suo non fuit ex vino sed ex vino immoderate
bibito / Quia autem quarto dicitur quod potus naturalis cibi est lati-
nus nulli potui ita convenit sicut vino. Causa illa
calore movet cibum et vapore suo eo quod vaporativum
est cibum pellit ut fluat et parat vias venarum ampli-
at ut sanguis transire possit et calore movendo vapore
pellit et humiditate lubricat ut bene fluat quoniam
tamen ordinate facit aqua. Si enim lubricat aqua
hoc facit inordinate viscera scilicet emolliendo et quasi palisi-
dissolvendo et ideo potus naturalis est vinum. Hoc signifi-
catum est Gen. xxvii v° dicitur de Jacob quod cum a matre
rebecca paratos comedisset obtulit ei etiam et vinum
quo hausto dixit ad eum Accede ad me da mihi osculum
fili mi / Et circa vinum latus est cibus dulcis ad me-
bra delectatus pater ad dilectum filium statim confortatus
est et osculum dedit in signum future benedictionis
Sicut etiam potus cibi est subtiliativus ut per artissima
membrorum fluere possit et hoc facit vinum subtili
calore et subtili vapore quem inmittit in cibum
et non etiam vinum ad interiora penetrat et vapores
subtilem spargit et in undas facit in tali effectu fuit
vinum quod in cena accepit Jo. Joh. xiii quem statim
resolutus ex cene delicias in sinum Christi super pectus Christi
recubuit / Et etiam contra naturam quod bene membrorum
subtile nutrimentum facit influere dulcem inducit
sompnum unde et sponsa bibens cum dilecto dicit
Cant. v Ego dormio et cor meum vigilat. Sed tertio
autem quod est nutrimentum membrorum vinum melius facit
aqua cum tamen ex solo illo effectu potus sufficienter fiat me-
brorum / Ex frigiditate non unit sed impedit inflativum autem
omnis potus ut cervisia vel medo inflationes et
humores membrorum inducunt tumescentes et ad de-
formitatem membra perducunt / calidi autem nimis ut
claretum et moretum membra resolvunt et excitant
Eccli. xxxi Exultatio anime et corporis vinum moderate
potatum. Propter omnia ista primum et proprium et con-
venientius satisfactivum naturali desiderio famis est panis
de sumpto / et primum et proprium et convenientius satisfactivum
desiderio naturali quod est sitis est vinum moderate sumptum
Et hoc etiam patet ex hoc quod contra notata sunt a physicis
sicut Avicenna dicit quod ticius et convenientius nutrimentum

que sunt panis de frumento et rubeum vinum dulce et
ova tremula et brodium sine pinguedine carnium retentum
sunt. nam hec ova tremula convertibile dant nutrimentum
sunt et ipsa sunt convertibilia. Et ideo hoc nutrimentum facile
separatur a membris / brodia autem sine pinguedine carnium molle
dant nutrimentum pingwe aliquantulum sunt et ipsa bro-
dia mollia sunt et pinguia. Sed frumentum sic manduca-
tum dicimus subtile dat nutrimentum et solidum et mem-
bris adherens / et vinum dat nutrimentum subtile [illegible]
membris incorporabile et letum [illegible] quod influit san-
guine et ideo inter omnia panis de frumento et vinum
magis conveniens prestat nutrimentum et ideo eciam appe-
titibus naturalibus magis satisfaciunt secundum naturam et ideo
dicit Galienus [illegible] quod vinum fecit nasci de
vite quod animum letificat et bonum salubrem sanguinem prestat
in nutrimento. Hec est ergo causa quare Christus Dominus omnibus aliis
meliorem dant significacionem ad cibum et potum spiritualia
que prestantur in sacramento. Et hoc significatur [illegible] et
implebuntur horrea tua saturitate et vino torcularia redundabunt. Sa-
turitatem autem vocat uberem abundanciam que semper
est inhonorans [illegible]. Hoc cognovit rex Samarie quod nulli
appetitum naturalem satisfieri potest nisi de hiis. iiii Regum vi
cum mulier quedam clamaret ad eum et diceret Salva
me domine mi rex. Non te salvet Deus. Dixit te salvare
potero de area aut de torculari / quia obsessi in Sama-
ria non poterant dare frumentum et vinum. Et ideo non
se posse salvare homines publice professus est rex / per quod
Christus significatur qui nos salvavit de area frumento
corporis domini et de vino torcularis sanguinis eius.
Huius signum est quod spiritualis cultus christianorum ad vitam
perennem sustinendam tollit frumentum et vinum. Psalmus: Semi-
naverunt agros et plantaverunt vineas et fecerunt
fructum nativitatis quo pascuntur homines. Et ideo Christus Dominus
duo assumpsit in nutrimento spirituali quia hec duo na-
turalibus et convenientibus appetitibus naturalibus satisfaciunt.
Et sic constat quod supra diximus quod vinum est potus naturalis
omnibus. Nunc autem secundum supra datam divisionem vi-
dendum est de huius saporis qualitate. Sed ad hoc sciendum
quod sapor vini proprius est ille qui vinosus in genere vo-
catur / quia quamvis sint diversi vini sapores quia est aliud vinum Quis sapor requiritur in vino
dulce / aliud acre / et aliud ponticum / et aliud stipticum
et aliud aqueum aromaticum et secundum alios sapores. Tamen
vera sapor in omnibus hiis est qui vocatur vinosus quod

habere debet vinum quod datur in sacramento / quia cum sapor prima
sequela complexionis integer sapor vinosus integram
significat et non corruptam vini complexionem et non destitu-
tam. Si vero aliud saporem habet sit putridus vel acetosus non
posset fieri confectio sanguinis Christi de illo / quia sicut naturales dicunt
acetum numquam fit vinum, eo quod cum de vino fit acetum exala-
verunt partes complexionantes vini naturam ex vino / sicut
exalant partes ignis de cinere qui frigidus remanet et
nullam habens propriam ignis operationem et quod dicitur acetum est
acutum in actione non dicitur ideo quod calidum sit sicut vinum sed est
frigidum et acuitatem habet quia calor corrumpens egit in ipsum
et ideo non calor sed proprietas quedam caloris que est acuitas
penetrativum et divisivum substantiarum et corruptivum remansit
in ipso Sicut et in cinere remansit acumen ignis in divi-
dendo et corrumpendo lignum egit in ipsum / et ideo de hoc
quod factum est acetum perfectum non potest fieri confectio Si autem
[illegible] sit et non acetum tunc habet adhuc vinositatis
saporem / tunc fit quidem est confectio sed tamen assumendum non est propter
sacri reverentiam [illegible] de illo vino acetoso potatus
fuit Christus in tormento et illud acetosum non decet dispa-
pulis in sacramentum Si autem penitus sit perfectum putre-
factum quale ad vini naturam et complexionem redire
non possit tunc nullomodo de illo confectio potest fieri / quia
non est vinum sicut homo mortuus non est homo Si
autem sit pendulum in via quidem corruptionis existens
et non corruptum tunc assumpto illo vino in sacramento fit
quidem confectio / quia illud est vinum et adhuc suam com-
munis egram retinet vinositatem Sed tamen propter sacri re-
verentiam non est assumendum si aliud de facili haberi
potest hec ergo simpliciter tradita est de sapore vini / Alii
enim sapores vinositatem in vino non corrumpunt
Sed aliqui etiam vinum delectabilius et suavius faciunt
sicut sapor aromaticus in vinoso / et aliqui quandoque contra
aliquas salutinas infirmitates / Sapor ponticus
in vinoso contra causas infirmitates sicut forte sitarum infir-
mitates / quia tales sapores non vincunt vinositatem
sed cum vinositate per naturam admixti confortant os sto-
machi et cetera intestinorum que vinosa sunt / Acris
autem sapor debilitat quidem vinositatem / sed non corrum-
pit eam / quia ille est ex crudelitate vini quod non ad
ultimum et optimum decoctum est in vite propter caloris
defectum / sed tamen tale vinum vere est quamvis non attingat
optimam naturam vini / hec ergo ut vitatur de assumen-
do vino est tradicio / Chymus autem causa est quia species

vini effectus

corporales in sacramento omnes per signo assumuntur et ideo quod
officio vinum naturale bibitum debet significare in sacramento assu-
ptum ad confectionem confortat autem iocunditatem ex subtili ca-
lore et subtili humido claros et leves facies spiritus
facit bonam spem vincendi de se ipso ex hoc quod confortat
et excitat virtutem facit oppilationem in capite quod in obli-
vionem sui ipsius ex hoc quod est vaporosum facit etiam calorem
digestivum ex hoc quod est calidum et sic facit bonum chymum
nutrientem optime ad cibum membrorum et refectionem Et hec
quatuor videmus spiritualiter in sacramento quia dando sanguinem et [illegible]
largitus est optimum spiritum cuius sedes est in suo san-
guine dando sanguinem nobis dedit spem nobis certam
impetrandi de ipso et certam vincendi per ipsum Adhuc
autem dando sanguinem ut dicit Iohannes quod inebriatus est
in tantum quod quasi oblitus sui et denudatus spolianti-
bus eum in cruce velud Noe tectus est operimento duorum
filiorum celo lumen retrahente et terra tenebras ne
mundus videretur super eum tendente facit calorem optime
in nobis refectionis quia corpus fecit et dedit quod vere
est cibus et sanguinem qui vere potus est Ioh. vi Et ideo
vinum sanguinis sui dicitur vinum bonum ab antiquis servatum
Iohannis ii Servasti vinum bonum usque adhuc Hinc est
quod etiam sponsus dicit esse bonus post Canticorum tuus bonus dedu-
cens me in terram rectam quia dulce est vinum bonum amicum
amicum nature et dulcis est spiritus qui in sanguine largi-
tur Eccli. xxiiii Spiritus meus super mel dulcis hereditas
mea super mel et favum Ideo etiam dicitur de hoc sacramento
pasti in dulcedine pampini Deus enim quod dat spiritum
bonum et dulcem bonam autem spem nobis tribuit
certam impetrandi Primum dicit de ... xxxiii de Iuda
Machabeus eius pugnabit pro eo et adiutor illius contra Unde autem ista
adversarios eius erit Gen. xlix Lavit in vino stolam confidencia for-
suam et in sanguine uve pallium suum Nos enim stolam con- titudinis unde
versacionis in vino sancti spiritus gratia spiritualiter infusa lavi- evenerit dicitur
mus set hec est nisi in sanguine benedicta uve Ihesu Christi
pallium caritatis intinxissemus pro certo tantam confidentiam
in deo et contra inimicos non habuissemus Hoc est quod dicitur
I Machabeorum vi Ostenderunt elephantis sanguinem uve et
mori ut acuerent in prelium Elephas enim licet hoc animal
quod candidum et bone spei efficitur quando ad simile videt sangui-
nem quia elephas propter castitatem et fortitudinem virum sanctum
significat qui acuit sanguine Christi in prelium qui de
uva Christo et moro qui Christum significat propter similitudinem

peti quam et nobis accipit exprimitur enim ille sanguis qui valde
nos facit bibaces. De optima autem inebriatione quam
ebimus hic vinum est quod nullus vinum de cetero sui ad comedendum
recordari debet ex quo sit frater in christo quam nobis ine-
briatum est Gen. xliij Biberunt et inebriati sunt cum eo
Can. v Comedite amici et bibite et inebriamini karissimi. Ze-
lus enim nos destituit et inebriavit ille amor qui non
sanguinem tantum pro nobis fudit sed in eundem sanguinem in sacramento
nobis infundit. Hic sanguis calore sue caritatis et dulce-
dine optime nos reficit. Sicut enim de optime et validissime
reficientibus est vinum ruben sanguini simile et dulce quia
et sanguis christi dulcissimus est et optime reficiens et ideo
vino optimo comparatur. Deut. xxxij Sanguinem uve
biberent meracissimum. Ps. Calix tuus inebrians quam preclarus
est. Iterum hic dicitur Can. i Botrus cypri dilectus meus mihi in
vineis engadi in quibus locis dulcissimum crescit vinum
et valde nutritivum. Hoc est quod de saporibus vinum qualita-
te est nobilius. Acetosa autem et putrida sunt vina gaudiorum
huius mundi de quibus dicitur Deut. xxxij Uva eorum uva fellis
et botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum et venenum
aspidum insanabile. De hoc dicitur Ephe. v Nolite inebriari
vino in quo est luxuria. Isti enim sunt qui putridas et feti-
Sed ulterius significant refectionem spiritualem que est in corpore et sanguine domini. Et hanc dant similitudinem quia sic est in aliis sacramentis nove legis sicut in baptismo ubi substancia aque salvatur in qua sicut in subiecto sunt frigiditas aque et limpiditas et humiditas que cum in spiritu spirituale significat ablucionem et tinctionem et refrigeracionem. Similiter autem est in confirmacione in qua in crismate manet substancia olei et substancia balsami in quibus sicut in subiecto est odor et pinguedo que cum in spiritu significat odorem bone spiritus sancti et unctionem que per Christum fiunt contra debilitatem et sponte et sic est in aliis sacramentis

Tercia opinio est quod Christus ut tribus spiritualis continue secundum veram existenciam corporis et anime et spiritus et deitatis et omnium suorum membrorum totus continetur sub forma et panis et sub forma vini totus et non remanent ibi substancie panis et vini que sub formis panis et vini continentur ibi nisi veritas corporis

Corporis cristi et veritas sanguinis xpi et species et
sapor et color panis et vini sunt ibi sine aliquo sub-
iecto / nec sunt ibi nisi ad significandum perfectum
intuentibus quod habetur ex singulis cristi et corporis. Ille
sunt omnes antiquorum opiniones que versantur istam
questionem qua queritur qualiter xpus sub forma panis
et vini continetur Secundum primam hanc questionem
xpus secundum veritatem non continetur sub forma pa-
nis vel vini sed significatur tantum respectu spiritualis
status panis et vini respectu ~~forme~~ corporalis Secun-
dum autem secundam opinionem continetur cristus sub illis
formis sed cum substanciis panis et vini Secundum tercium
nullo ibi ~~[illegible]~~ substancia continetur nisi forma corporis et ~~vini~~
sanguinis xpi et natura que sunt in cristo Opponitur
autem contra primam opinionem quod dicit xpus Math
xxvi Mar xiiii Luc xxii porrigens panem discipulis
accipite hoc est corpus meum et similiter porrigens ca-
licem dixit hoc est sanguis meus Hec autem oracio non
est vera si id quod demonstracioni supponebatur non
sunt verum corpus et verus sanguis xpi Et sic in
sacramento veritatis super quod fundatur ecclesia non videtur
esse verus quod est valde abhominabile Adhuc obicitur
contra istos de libro apostoli qui dicit i Chor xi panis quem
frangimus nonne communicacio corporis cristi est Et calix
cui benedicimus nonne ~~sub forma corporis~~ xpi participacio
sanguinis cristi est. Hoc autem non est verum si non solum sed pa-
nis forma corporis cristi et si non sumitur sub forma vini san-
guinis cristi et sic falsum diceret apostolus quod est inconveniens valde
in sacramento veritatis Adhuc quid esset necesse tam sacre festivi-
tati pani et vino que non nisi significaret corporis et sangui-
nis cristi cum et sine tali apparatu panis per solam insti-
tucionem posset significare corpus et vinum significare san-
guinem Ad hoc etc quid ad hoc ordinarentur sacerdotes Vel
ad quid ad hoc consecrarentur altaria et templa et cetera
que ad ritum et cultum altaris pertinent Et nichil istorum
fieret nisi quod videret ibi panis est corpus cristi non nisi sig-
nificaret ~~sanguinem~~ et vinum quod non nisi significaret sanguinem
Adhuc autem adoracio et veneracio que populo pure exhibetur
[illegible] et sic in omni missa fieret ydolatria quod [illegible]

creatori pure adhibetur creature quod valde nepharium est
dicere. propter hoc et huius constantis dico quod illa opinio
non est opinio sed heresis manifesta et condempnata et
deberet comburi liber in quo continetur Et quamvis ipsi
respondeant ad omnia predicta aliqualiter modo responsiones
de quibus nullus penitus debet curare christianus, tamen
constantissime dicendum est quod heretici sunt qui tenent
illam opinionem primam propterea nulla catholica responsio
ad ea que iam obiecta sunt potest adhiberi Si enim dicatur quod
hoc est corpus meum est sensus sic est hoc significatum
per hoc quod corpus meum. tunc certum quod dicitur nichil est
quia pronominis demonstrativo non potest demonstrare denotare
demonstrationem ad oculum Nec demonstrare simpliciter. nec
aliquis modus loquendi ibi potest denotari quod enim notat
demonstrationem ad oculum patet quia illi qui hoc dicunt
Christum sub forma illa dicunt non contineri Et etiam
notet non demonstrationem simpliciter patet quia demon-
stratio simplex ad unum idem in specie denotat sicut quando
demonstrata ruta vel alia herba dico hec herba crescit
in orto meo id est quod similis in specie in orto meo crescit. Hic
autem nichil simile est quia neque corpus Christi est ibi neque
aliquid simile in specie Et sic pronomen oportet cadere a de-
monstratione quod penitus est ridiculosum Unde illam
primam opinionem hereticam esse pronunciamus Et si dicatur
quod in decreto et sextis continetur dico quod in hiis libris
non continetur ut determinata veritas vel sicut opina-
bilis probabilitas. sed sicut per disputationem condempnata
heretica falsitas Et tamen in sciencia sacramentorum non
multum attendenda est sicut decretistarum quia pro certo multa
falsa et erratilibus scribunt et dicunt eo quod sunt homines
ignari in sacra scriptura nescientes originalia sanctorum
nec possunt non peccare docentes in fide catholica que ig-
norant Hac ergo opinione reiecta tamquam heretica et
2a opinio immunda videamus de secunda que dicit et species panis et
vini ibi remanere et tamen illis speciebus sub forma panis
et vini corpus Christi esse et sanguinem eciam simul sic virtute
Christi enim preter duas fortes rationes inducunt et tria signa
quibus sua persuadere nituntur Primo dicunt aliud illorum racionum
est quia dicunt quod ibi sunt accidentia sine figura quantitas.

color odor et sapor. et ea que tangunt frigiditas siccitas
et humiditas que sine subiecto esse non possunt. Cum
ergo ista non afficiant corpus xpi quod est quantitas et
figure humane. et non est rotundum planum nec habet
colorem album panis nec colorem vini nec odo-
rem nec saporem nec tale humidum vel siccum vel
frigidum quale est in pane et vino. Oportet quod
ille forme et qualitates aliarum specierum aliqua afficiat
ergo manet ibi species panis et vini cum veritate speciei
xpi tam secundum deitatem quam humanitatem. Secunda ratio
est quia dicit non est destructor specierum quarum ipse est cre-
ator et conservator adducentes pro se illud Gal. ij. Si ea
que destruxi hec iterum reedificabo prevaricatorem me consti-
tuo. Et illud ec xxxiiii Unus edificans et alter edi-
ficans que utilitas in utrisque. Cum ergo nulla sit
utilitas in destructione speciei panis et vini eo quod xpc
secundum veritatem speciei sue scilicet humanitatis et deita-
tem cum sit sub eisdem formis esse possit xpus sicut prius
non destruit illas species. Nec est aliquid aliud in natu-
ra quod destruat eas. et ergo manet ille species panis et vini
Signorum autem primum quod inducitur est quod qui consecratum est cor-
pus in altari hoc sumat corporalem refectionem et
sustentatur si in magna quantitate ab homine sumatur et non
sustentaretur si speciem corporalem panis et vini non haberet
Secundum autem signum esse dicunt quia frequenter inveniunt
quod mus vel aliud animal de pixide post consecracionem sumentes
illo sustentatur. Constat autem quod mus vel bestia corpore vel
sanguine xpi non reficiuntur. refici autem illa necesse est
aliqua specie. Oportet ergo quod reficiantur specie panis et specie
vini. Sed non reficiuntur nisi maneant sub formis illis.
Manent ergo species panis et vini sub formis illis. Tercium
autem signum est cum maxime videtur quod post consecracionem
fiet putrescit in pixide ita quod perdit colorem et saporem putre-
facti tantum. nichil autem putrescit nisi species mixta. Agitur
ibi est substantia panis mixta et species vini. Corpus enim
xpi et sanguis non putrescunt. Accidens autem nunquam putrescit
quia per se sumptum est forma simplex simpliciter et in va-
riabili essencia consistens. Hec sunt racionia que isti

Secunda Ratio

Primum signum

Secundum signum

Signum Tercium

Obicitur contra hanc opinionem primam

Pro sua indigeant alicuius assertione Opponitur autem et
istis de verbis domini Cum enim dicat dominus Hoc est corpus
meum Queritur quid est quod demonstrat pronomine Si
dicatur quod demonstrat substantiam panis quam afficiunt
forme seu similes que ad sensum demonstrantur tunc locutio
domini est falsa quia tunc demonstratum pronomine est substantia
panis et constat quod substantia panis non est corpus cristi
Tamen substantia panis creata est et non viva et non gloriosa
Corpus autem cristi creatum est et divinum et gloriosum Si autem
dicatur quod pronomine illo demonstratur substantia corporis cristi hoc
nullo modo stare potest quia in nulla demonstratione demon-
stratur substantia id est afficiunt accidentia que sensibus obiciuntur
Iam autem ostensum est et ab ista opinione concessum
quod accidentia sensibilia que ibi sentiuntur ut quantitas
figura color odor sapor et humiditas nullomodo corpus
cristi afficiunt ergo substantia corporis cristi per pronomen
non demonstratur Et sic aut nichil est quod dicit cristus hoc est
corpus meum aut simpliciter est falsum Si demonstrat
corpus cristi tunc nichil dicit Si autem demonstratur substantia
panis tunc simpliciter falsum est quod dicitur in locutione Et
simpliciter de hoc dicit hic est sanguis meus Et hec est
obiectio theologica et fortis contra istam opinionem Ad hunc

Secundo

autem contra istos etiam obicitur ex ratione quia si manet
ibi substantia panis et vini tunc accidentia que ibi sunt
sensibilia non dicunt per significationem nisi in refectionem
talem qualem prestare possunt ille substantie nisi dicunt
Hec autem est refectio corporalis igitur non dicunt signi-
ficando in refectionem spiritualem Et sic inutilia sunt
in sacramento quia omnes forme sacramentales dicunt
in aliquam gratiam invisibilem que confertur in sacramento

Tercio dicitur

Ad hunc autem obicitur quod in hac in celebratione sacramenti
non debet dici ut nobis fiat corpus et sanguis domini
Sed potius sic debet dici ut hic cum istis substantiis sub
eisdem formis accidentium veniant corpus et sang-
uis domini nostri Jesu Cristi Et secundum hoc ecclesia
male instituit hoc sacramentum celebrandum Propter
ista et hiis similia multa que obici possunt Dico
sine preiudicio quod licet multis placeat ista opinio que
tamen non videtur esse electa tamen est valde ingeniosa
et tamen valde utilia Non enim video quomodo ... ea

ad minus falsitas verborum christi sic patet in obiectione iam
inducta Nulla enim locutio admittit quod hec sit vera
hoc est corpus meum que nullam habet causam ve-
ritatis nisi causam quam dicunt quod corpus christi est sub
eadem forma iam substantia panis [illegible] secundum domi-
nationis proprietatem sed substantia corporis christi cum substantia panis
sub eisdem formis Ergo hoc quod demonstratur non est
corpus christi [illegible] quod [illegible] est cum altero sub eadem
[illegible] est diversum ab altero [illegible] per hoc quod duo dis-
parata sunt sub eadem non propter hoc efficiuntur idem
quod manet disparata Et ideo subtiliter inspiciendo hanc
opinionem dico quod est valde inepta et valde vicina
heretice pravitati Et ideo videtur michi abicienda Ad
Responsionem autem primam quam prosequendam inducunt videtur
esse dicendum quod sub specie panis et vini ibi non ma-
net [illegible] Quod autem obicitur quod sumpta nutriunt
et que sunt in altari dico quod multi contingit dupli-
citer ad satisfactionem deperditi formis et sic ~~sed non fit ibi re-~~
~~staurac~~ et ad restitutionem substantie deperdite Dico quod primo
ex solis accidentibus [illegible] et gustus et tactus [illegible]
sit nutrimentum ad satisfactionem deperditi formis et sic sed non
sit ibi restauratio deperditi quod non est ibi substantia
corporalis nutrimenti que deperditum restauret cum iam
probatum sit in primo de generatione et corruptione quod
non restaurat deperditum nisi quod est potentia caro et sit
actu caro Hoc autem est substantia et non prima accidentalis
Si autem obicitur quod aliquis per longum tempus suste-
tatur comestione hostie consecrate Dico quod ille [illegible]
hoc modo quod accidentia tenent calorem naturalem ne cor-
consumat et non restaurat deperditum Nam quosdam
[illegible] [illegible] [illegible] viros qui ad ista obiectionem
respondebant Dicentes quod in veritate in ipsa sumptione
non est ibi substantia panis et vini sed tamen substantia corporis
et sanguinis domini christi Sed post sumptionem corporis christi
in ipso subiecto sub accidentibus saporis panis et
vini reddit iam substantia panis et vini et tunc corpus
sic sumptum corporis domini speciebus panis et vini recedentibus

Ad primam Responsionem

Nutriuntur ad corporis intinctum et dependiti restau-
rationem Sed quia hec opinio nec auctoritate probatur
nec ratione fulcitur, ideo istam reputamus esse fictam
opinionem Sicut dicit phus in xii prime phie quod sit tamen
est contrarium ad partem Et dicendum videtur sicut
prius dictum est hec enim ut non valde est contrarium
nec repugnat rationi Si, in natura in primo statu ante pec-
catum consideretur in primis partibus in quibus ab ipso
conditore corpus humanum debitam accepit quantitatem
Tunc oportet dicere quod si in tali statu primi parentes come-
dissent cibus ille in veritate corporum ipsorum secundum
veritatem substantie tibi non transiuisset et tamen
per saporem et odorem et huiusmodi qualitates sensibiles natu-
ram et substantiam corporum aluissent Et quia
hoc etiam hominum constat esse, dicendum videtur quod
in cibo qui sacramentaliter significat lignum vite non est cibus
ipsi corporis domini Sed solum cibi illius exterioribus
corpora sustentantur concedentium Et sic responsum
est ad id quod inducitur pro signo primo Non enim mag-
num est si christus fecit in hoc sacramento quod fecisset
in omni cibo in natura hominis si peccatum non interuenisset Tunc
enim nulla deperditio facta fuisset in corpore, et ideo nullum
Restaurationem corpus accepisset a cibo sed ex qualitatibus sensi-
bilibus ciborum tenta fuisset ita ne posset dissolui De
Secundo autem signo dicendum quod mus non accipit corpus
christi sic nec aliud animal sed rodens statim dissolutis
speciebus accidentalibus sensibilibus non est ibi amplius
christus Dissolutio autem formarum sit vel in ore muris vel
collo vel stomacho vel in aliis interioribus nunc tunc nullo
ibi est christus Quamdiu autem sunt ibi species sensibiles
que discerni possunt seu tamdiu est ibi christus et non plus
Ad hoc autem quod dicit de intinctu muris et sustentatione
cibum Item dico quod hoc non est expertum nec est expe-
riendum quia maximum esset peccatum Si autem inueniretur quere-
rentes quid fieret si aliquis hoc experiretur expertum dico
quod tunc mus vel aliud animal nutriretur ad substantie
conservationem, et non ad deperditi restaurationem sicut
diximus etiam de hominibus Quod autem in tercio signo
Inducitur non est difficile soluere quod putredo est corruptio

Bene attendit forme primum habens esse sensibile forma
enim dupliciter consideratur scilicet in se prout est abstra-
ctus simplex et sic eorum esse est invariabilis est
consideratur etiam in esse sensibili et hoc fit tripliciter
in materia corporis sensibilis et in medio sensus et in
ipso sensu vel sensus organo. In materia quidem corporis
sensibilis alterat et secundum esse alteratur et generatur
et corrumpitur secundum esse. In medio autem sensus
existens secundum hoc esse quod habet in medio ut in
medio non semper alterat actione physica quia color gla-
ciei et rubor qui est glaciei non infrigidat vel medium
vel sensum et similiter color ignis non est comburens
sicut lucet figura ignis non tamen est simpliciter visibilis
sed veritas aliquid sicut soni procreantur et odores et huius-
modi cum tamen in medio tales forme non sint sicut
in subiecto est enim medium in quo est forma sine materia
ad anime operationem sensibilem et tale esse non habet
forma sensibilis a natura medii inquantum est aer vel aqua
vel aliqua elementaris natura sed potius habet ab eo
quod est in medio ex coniunctione cum perpetuo super corpore
hoc est celesti cuius operatione omnes forme corporee consti-
tuuntur. Ad hec autem simplicius debet esse forma sensibilis
in organo sensus in quo sine omni appendicia materialis suscipi-
tur sicut recipit cera sigillum absque eo quod aliquid re-
cipiat de materia sigilli vel accidentibus materie et tamen in
complet de materia sigilli vel accidentibus materie et tamen invariabilis
ideo esse accepta forma sensibilis non est invariabilis
quia multas sustinet variationes secundum variationem
organi et spiritus sensibilis qui est in organo. Dico quod
esse quod habet in firmamento est simile et esse quod habet
in medio et sensu. Ista enim non est inconveniens quod
dicetur in firmamento. Ad rationes autem quarti
hec opinio probare videtur inferius erit oportunum unde dicendum
autem prospicientes et amplectentes opinionem quia
illa fidelis est divine et vera quod illa firmatur do-
ctoribus fortissimis quorum dicta sunt ex
veritate verborum veritatis quibus dicit hoc est
corpus meum et hic est sanguis meus. Sicut dicunt
doctores et Ambrosius Augustinus et alii dicunt quod do-
bium autem non est anglicis intelligentie contemplative

opinio scilicet hec . . .

Quod nichil facit in rebus sed potius conceptus eius
a rebus causatur Verborum autem filii dei est angelus
intelligencie scilicet active et sic lumine vel omnes consti-
tuentis et futuris et ideo verbum illius agentis
intelligencie lux nisi nichil lumine illud quod omnia con-
stituit est causa rerum mutativa creativa et consti-
tutiva Sicut dicitur in ps Ipse dixit et facta sunt
ipse mandavit et creata sunt Et iterum Verbo domini
celi firmati sunt Quando dixit deus fiat lux et sic dixit
et omnia fierent per ordinem vi diebus Hoc verbum
ab eterno genuit pater lucem omnia constituentem om-
nibus creaturis ut in esse constituerent mundum Sic filius
incarnatus verbum vocis carnis miraculis protulit quod
creaturas corruptas iterum ad esse reduxit Et hoc est verbum
quod est angelus vel mens ullius intelligencie Sumitur
verbum agentis Principio intelligitur deus loquens et non aliqua
creatura Et ideo talibus verbis quibus in creaturam non
vertitur et lumine intelligencie agentis redarguit cecitatem
iudeorum Ioh viii dicens Quare loquelam meam
non cognoscitis ego enim verbo processi et veni Et res
mutavit verbo et constituens creaturas novas et quia
tali verbo locutus est Christus cum dixit hoc est corpus
meum sequitur de necessitate lux hoc verbum substantiam panis
in esse corporis transmutavit Et hec racio firmissima
et catholica et que non est contra philosophiam cum nullus aliquis
bene sciat ex lumine cause virtutem et rationem Secunda
autem racio super quam hec fundatur opinio est quod
si maneret substantia panis et vini cum omnia accidentia
que afficiunt aliquam substantiam familiarius et nobilius
dicuntur in substancia quam afficiunt in quantum alia accidentia
que ibi remanent non dicunt nisi in inmutacione corporale
Et sic Christus non bene diceret Ioh vi Caro mea
vere est cibus et sanguis meus vere est potus
Sed potius sic diceret panis substantia que sub est huic vino
vere est cibus et significat cibum corporalem
ex corpore meo quod diceret caro mea non est cibus
et sanguis meus vere est potus Tertia autem
racio est etiam sumpta ex verbis domini quia per eum
hoc sacramentaliter non sumitur corpus domini

sed potius sub significatione similitudinis panis signi-
ficaretur similitudo corporis domini. Hec autem est similitudo spiritualis
et ideo periret tota inuiditas sacramentalis. quod licet
Christus secundum hoc esset in sacramento. quia sepe
in talibus contingit quod duo similia sunt quod similitudo
unius non propter hoc sumitur reliquum. quia non
sit ita similis quod unum sint et idem. et quod ac-
cidit uni accidat et reliquo. Signa tamen ponit
duo hec pro se opinio. Primum quidem est. quia ab
omnibus sanctis communiter determinatur quod transsub-
stantiatio corporis Christi. Sicut a nobis in precedentibus
est determinatum. et quod hec stantiatio non est nisi in
formis et accidentibus transeuntibus corporis Christi
Si autem ibi remaneret substantia panis et uini tunc sine
dubio stantia non esset in solis formis et accidentibus
sed esset in substantia panis. Et hoc est contra communionem
ecclesie et sanctorum traditionem Secundum signum est
fortissimum et efficax quia cum in omni sacramento quoddam
sit aliud sit signum tantum et quoddam quod sit res tantum
et quoddam tale quod sit signum et res. Sic ita esset ut
prima et secunda opinio dicunt in hoc sacramento essent
uel duo tantum uel quatuor quia si concederetur corporis
Christi sub forma panis non contineri sicut dicit prima
opinio. tunc profecto non nisi duo sunt in sacramento
illud quod est signum tantum in forma panis et substantia
et quoddam quod est res tantum in gratia significata
et corporis Christi non esset ibi et ideo non esset res et signum
Si autem secundum secundam opinionem concederetur
ibi esse corpus Christi cum substantia panis. tunc pro
certo preter formas sacramentales essent ibi signa tantum et
substantia panis erit ibi res et signum. et corpus
Christi res et signum. gratia sacramentalis signatum tamen
et quodlibet istorum est in communicantibus Si autem
dicatur quod forma panis cum substantia sit ibi signum
tantum sicut in Baptismo signum est aqua cum
omnibus suis proprietatibus. tunc corpus Christi tantum erit ibi

Tercia virtus verborum secundum hoc nichil facit
ibi quia non sed transsubstanciant panem in corpus Christi
Et ideo tunc Christi corpus nichil est de sacramento. Hoc
plane est heresis. Et si dicere velit aliquis quod virtute
verborum ibi efficitur corpus Christi sicut in loco cum
substancia panis, hoc simpliciter nichil est dictum
Tercio sacramentum nove legis omnino nichil causat
nisi quod significat et signat. Cum autem Christus dixit
Accipite hoc est corpus meum non significat in forma
sacramenti quod ibi sit corpus Christi ut cum alio corpore
in eodem loco. Sed planius quod hoc quod demonstratur
sub forma panis sit corpus Christi veraciter et essencialiter
Ergo et ita est. Tercio in sacramento nove legis semper
modus significacionis refertur ad modum causandi. Ex hiis
patet quod tercia opinio est vera. Tercio hoc secundum
signum optime et realiter declarat naturam et vir-
tutem sacramentorum nove legis que sicut dicit Augustinus
in hoc differunt a sacramentis veteris legis quod efficiunt
quod significant. Hec ergo sunt que pro ista inducuntur
opinione. Ea autem que contra istam sunt opinionem
sunt ea que pro se inducit secunda opinio. Et ad primum
quidem primo inductum contra istam opinionem et
pro illa dicimus quod hoc dictum quod accidencia sunt sine
subiecto dicendum quod hoc secundum aliquid est possibile
et secundum aliquid impossibile. Si enim dicatur quod acci-
dencia habent esse quoddam sine subiecto in quo acci-
dentalis forma est sicut forma in alio secundum quod habet contra-
rium ad agendum et paciendum dicimus quod hoc est
valde possibile. Talia sunt in medio secundum esse
medii et sunt in organis sensuum secundum esse inten-
cionale. Nullum autem istorum modorum habent con-
trarium nec agunt nec paciuntur ab invicem et
tamen in esse tali sunt ad sensibilem cognicionem fa-
ciendam. Et dico quod hoc modo sunt in sacramento altaris
corporis Christi velantes ipsum ~~accidentales forme~~ sunt ibi si-
cut et significantes quid ipsum est. Deus laus

Si autem dicatur quod accidentales formae sunt ibi
sine omni eo in quo habeant aliquod esse sensibile et
dicit philosophus quod accidentis esse est inesse cum
alicui non est in eo sicut quaedam pars et impossi-
bile est esse sine eo in quo est. Quod autem secundo
pro se et contra istam obiciunt opinionem non est
difficile videre. Cum enim Christus non est destructor substantiarum
quas condidit, non enim destruitur substantia panis
et vini in sacramento sed potius transsubstantiatur in
nobiliorem melius quia transmutatur in corpus Christi substantia
panis et in sanguinem substantia vini et hoc non
est destruere substantias sed potius exaltare et nobilitare.
Hoc autem qualiter fiat in ultimo tractatu ubi loquimur
de hoc cibo in quantum est de genere sacramenti plenius
patebit. Sed hic non sufficit quod nullomodo dicimus
quod sint aliqua destruentur per eum quas condidit
Christus auctor et instaurator et propugnator naturae. Magis
enim esset imperfectionis et infirmitatis si non nos posset
reparare spiritualiter nisi destrueret substantias nos cor-
poraliter pascentes. Omnia ergo quae secundum tres opi-
niones antiquorum dicenda esse videbantur fideliter an-
notavimus nisi nobis aliquid esse videbatur et tertiam
elegimus opinionem et dicimus illam esse tenendam.
Secundum hanc dicimus quod nihil reficitur corporaliter est
in hoc sacramento quamvis sit in eo signum corporalis refectionis.
In hoc autem tria sunt consideranda scilicet qualiter Christus
ut refectio spiritus totus sub formis sacramentalibus contineatur
et propter quid talem modum sibi assumpserit ut sic substantiali-
bus formis contineatur et quis sit modus continendi sub
talibus formis. Haec enim omnia valde sunt difficilia et hic
oportet quod inquirantur quia in his veritas fidei continetur
quod ubi est pars ibi est totum et hoc quidem beatus
dicit Hilarius. Si autem hoc est verum ubi est pars
ibi est totum tunc ubi est oculus ibi est totus Christus ergo
totus Christus est in oculo Christi. Adhuc autem si ubi est ibi
est totum ibi est pars quaelibet Christi. Convertimus ergo has
duas: si ubi est pars ibi est totum et ubi totum ibi est quaelibet
pars Christi. Ex duabus autem his sequitur quod ubi est
oculus ibi est quaelibet pars Christi et ubi est quaelibet pes Christi

ibi est corpus ergo a primo ubi est sanguis Christi ibi est corpus
Et ipse dicitur vel possum hoc in oculis vel declinare imperfecte
Et hec rationes videntur sufficere de ista suppositione de
secunda sic ab omnibus dicitur quod talem modum essendi
sub formis sacramentalibus assumpsit ut sic ab eis electum
et potius eorum esse significaret In omnibus autem
tibi generaliter in parte non significatur perfecta refectio
sed in toto et forte non in toto nisi sufficiens sit totum
quod ibi refectio Cum ergo Christus sit omnibus et singulis
perfecta refectio videtur quod Christus ut perfecta refectio non
in toto et in parte continuatur De tercio autem valde
fortiter obicitur quod Christus secundum veritatem et quanti-
tatem sui corporis non potest esse in loco breviori et strictiori
quam ipse est et tamen forma panis sit valde parva et
ipse in hac dimensione prominentie ut quod in tam parvo loco
contineri non potest Adhuc autem Michael est in aliquo uno
in loco nisi sub principium medium et finis in loco as-
signantur Si ergo Christus sub tali specie sit in loco tunc
in aliqua parte illius speciei est capillus in alia pes
et in alia manus que omnia sunt absurda Et ideo
ad hoc et huius similia dicendum quod procedunt sola tercia
quam inducunt opinio est vera et catholica Et quod Christus
quantitate sua secundum quod totus modum totius corporis sub
formis sacramentalibus continetur Sed tamen in hoc
quod in quod Christus secundum tria que sunt in ipso tribus
modis refertur ad ea in quibus est Est enim deitas in
Christo secundum quam ipse est verus deus et sic est ubique
in omni loco non localiter ut loco locali sed est in omni
loco essentialiter presentialiter et potentialiter essentialiter quidem
sicut omnium essentia que locus est et omnis essentia que
in loco est principium et finis continentur in manus eius
si continentur non manent essentie omnia in nichilum re-
siderent sicut de nichilo facta sunt presentialiter etiam
autem nature sue nuda sunt presentia potentialiter
vero quia potentia sua continentur et mota et manentia
sunt sicut dicit glossa quod est supra omnia non inclusus
sed includens sed et extra omnia non exclusus sed intra
omnia esse et essendi modum in mixtus et supra omnia

Non extraclusus sed per eminentiam excedens omnia
et infra omnia est non depressus sed continentia omni
prelationis et infinitum. Habet etiam xpus humanam
in se naturam per quam verus est homo habendo
animam et corpus. Et sic est in loco localiter circum-
scriptus cum principium medium et finis assignantur
Et sic existens fuit in terra et ante resurrectionem et post
resurrectionem et nunc est in celo taliter secundum
figuram humani corporis in loco circumscriptive
Ita quod omnia membra eius ordinem positionis
in loco talem et quod unum eorum membrorum non est
in eodem loco cum alio Sed potius sicut membra
sua ordinem positionis habent in toto ita ordinem situs
habent in loco totius corporis Assumpsit xpus etiam
propter nos formam cibi et potus sicut in antiquis
dictum. Et sic xpus in veritate presentie sue deitatis
et in veritate presentie sue humanitatis totus est
in sacramentalibus formis vel de cibus et de
potus. et est in formis illis sicut in signo signifi-
cante vinum et cibum et continente non sicut in
signo tantum significante sicut dicit prima opinio.
sed potius sicut in signo quod continet sicut quod signi-
ficat et continet Si autem queritur unde he-
bet tria xpus vel christi corporis dicendum quod habet
ea secundum quod est dominum corporis et fidelium
de cibus Desunt ergo attributa corporee huma-
nitati xpi non conveniunt deitati christi et sicut attributa
xpi vel et cibus non conveniunt figure humanitatis
christi tamen non figure corporis Similiter frangi deitatis
christi tamen non conveniunt deitati xpi ita que
attri que etiam non conveniunt deitati xpi ita que
assignantur secundum locum formarum sacramentalium
non conveniunt secundum locum figure corporalis non
conveniunt ... secundum locum divine nature
Sed tamen illa cum loco figure corporalis conveniunt
in hoc quod forme quantitatis corporalis locum exigunt
cum loco autem qui divinitati conveniunt in hoc assimi-
lantur quod est in toto loco totus. et in qualibet partis
hostie partibus totus Sed differt alicuius autem figure in hoc
quod descriptum est in loco ita quod medium principium

et finis assignatur et secundum totum figure corporalis
debitum et hoc non convenit ei secundum loci speciez
sacramentalium. Differt autem kunc secundum quam
est deus in loco quia est intra formam sacramentale
inclusus et contentus et non extra exclusus. secundum
formam autem dei non est ita intra aliquid quod
non sit etiam extra in omnibus aliis. Hec autem est
veritas certa fidei determinata. Non enim est admira:
bile si christus secundum plures formas panis habitas
vel assumptas diversimode refertur ad locum. Si autem
queritur qualiter christus sine contractione sive corporee
quantitatis potest intrare parvo loco continui sicut est
hostia vel hostie fractura. Dicimus quod habet se hic
ut forma cibi assumpta. Cibi enim veritatis in parte
et in toto potens veritas in toto et in parte equalis
et secundum eandem rationem et significatur et continet
eo quod panis et vinum omogenea sunt hoc est eius
rationis in toto et qualibet parte oppositum. Et ideo si christus esset
in toto totus et non in qualibet parte totus non veram
formam cibi et non veram formam panis assumpsisset quod
est absurdum cum ipse dicat: Caro mea vere
est cibus et sanguis meus vere est potus. Hoc igitur
de hoc est dicendum et firmiter credendum et tenendum
et intellectum substantivum. Quod ergo obicitur ex
verbis beati hilarii quod ubi est pars ibi est totum
Dicendum quod hoc non bene inductum est in obiec:
tione. Hilarius enim intendit quod ubi est pars
forme sacramentalis fracte ibi est totum quod est christus
in omni totalitate sive deitatis et humanitatis. Et
non intelligit sic proponitur quod ubi est pars corporis
christi secundum totum partes que est pes vel
manus vel oculus quod ibi in positione loci et situs
membrorum sit tota figuralis christi et est in argu:
mentatione apparet quod ibi fit fallacia accidentis. Quia
quod attribuuntur christo secundum totum circumscriptionis
figure dimensione corporee eidem attribuit secundum
hoc quod est nobis contentum in sacramento. Per
eandem patet solutio sequentis quod inducit argumentum
quia illa duo articula fundantur super idem. Ad id
autem quod secundo querit [illegible] par
tibus:

Non propter aliud assumpsit nisi ut se perfectum refectionis
fidelium esse significaret. Regulariter autem verum est
in omnibus sacramentis nove legis quia forme sacramen-
tales tantum continent de eo quod res et sacramentum
est quod significant sicut in baptismo et confirmatione quod
significationibus in formis sacramentalibus agunt et assignate
tantum ipsa signa continent de caractere. Sed non est
regula universalis quod semper contineant de eo quod est res
tantum quod significat quia rem quam debere continere sa-
cramentum de sui virtute et sanctificatione sufficientie
alii excludit fictio in eo qui suscipit sacramentum aliquando
etiam est talis res significativa que non sola sacramenti
susceptione. Potest autem sic bonum ex nitorem unitionis
eterna significat beatitudinem anime et corporis que
non sola susceptione sacramenti habetur sed etiam per merita
bonorum operum et exercitia virtutum. Et ideo in hiis duabus
rebus significatio formarum accidentalium aliquando excedit
sacramenti totalitatem et continentiam, sed numquam excedit con-
tinentiam respectu rei que est res et sacramentum. Et ideo
cum in sacramento altaris Christus Jhesus Deus et homo sit res
et sacramentum oportet forme sacramentales de Christo tantum
contineant quod significant. Significant autem refectionem equa-
liter in toto et in qualibet parte sicut totum in parte
sanguinis continent ergo Christum totum in toto in qualibet
parte. Ad obiectum autem quod ibi contrarium inductum est
dicendum quod illa obiectio non procedit quia spirituali cibo
attribuitur id quod est cibi corporalis in quantitate corporalis.
Ille enim sub maxima quadam quantitatis specie
reficit et si diminuatur illa diu refectionem imperfectum.
Spiritualis autem cibus secundum perfectam reficiendi
virtutem et potentiam et totalitatem in toto continet
equaliter et in qualibet parte. Et si obiciatur sicut iam dictum
est quod forme sacramentales sunt signa et sic quod est
in signato debet esse in re contenta. Dicendum quod in predicta
reficiendi sunt signa. Sed similitudines aliarum rerum proprietates
secundum quas nichil significant in sacramento sicut
quod corporales quod corruptibiles quod sicce vel frigide vel
quod albe vel rubee et huiusmodi. Et hiis proprietatibus ad
rem sacramenti non referuntur. De hoc autem quod tertio queritur
quis sit modus continentie istis sub formis illis. Dicendum
quod ille modus iam determinatus est et est mixtus partim
ex continentia signi et partim et continentia loci

et ipsa continentia loci corporum convenit in loco sine
deitatis et corpus deserit ab eo ea et partim convenit
cum loco figure corporis sui et partim deserit ab eo tamen
continentia non signi habet convenientiam quia ut re
fectio continetur sub eo tamen continentia autem loci
habet convenientiam quia secundum veritatem con-
tinetur in forma illa christus et non extra eam continetur
sacramentali continentia cum divinitate autem relata
ad locum habet quod est in toto totus et in qualibet par-
te eius totus Cum locum autem descriptio corporali hec
quod est quantitatis capacitatem sicut in intellectibus Secundum
et cum hec gratia dimensionum que sunt in christo conveniat
non licet attendere aliquam eorum quod conveniunt sibi
ratione alterius et si fiat incidit falla accidentis hec
figure dictionis permutatione modi predicandi Ad obiectum
autem in contrarium dicendum est quod sine contradictione
sic est tam in suo toto et in minima eius parte Sed ad
una frangatur Et si queritur quomodo hoc potest esse dicimus
quod hoc est de excellentia sacramenti quod taliter fieri secundum
non esset sicut iam dictum est Isti enim sacramento
attribuuntur continentia corporis domini que sibi Et ideo que
tamen fuerunt ad hoc debent sibi attribui et non alia
Corporis autem domini est esse in pluralibus locis simul
quia est in celo et in quolibet altari et hoc non convenit
corpori simpliciter accepto non divino Corporis etiam
domini est intrare clausis ianuis et exire sine frac-
tura et sine compressione sui et sine fractura corporis
per quod transit et sine compressione et sic ipsius
corporis domini ut tibi est esse sine sui contradictione in
toto Has enim exercet dimensiones in humanitate
ad sue glorie maiestatis demonstrationem quia sicut
dicit damascenus quamvis natura divina et humana
in christo sint caracteristicis ydiomatibus hoc est distinctis
proprietatibus sic distincte ita quod una est eterna
impassibilis immortalis tamen in operationibus sicut eo
dicit damascenus se invicem communicant sicut ad tactum
humanitatis mundatur leprosus operatione deitatis
incidentis in humanitatis operationem Et sic apparet in
omnibus signis videtur Ita etiam in continentia sua
in sacramento que christum continent incidit divinitas pre-
servans a contradictione et diminutione et figure humane

aliqua in imitacione Ad aliud autem quod respicit indicat
patet visio per predicta Ostensis itaque ad determinacionem
veritatis credulitas kiddo in hac veritate dicendum quod
xpus in sacramentalibus formis continetur ut in loco
gloriosissime habitacionis ut in archa dulcissime re-
fectionis Et in atrio vel misterio specialis mactacionis
et immolacionis et sicut in nexu arctissime connexionis
dei et hominis Et de primo horum modorum advertendum
est quod in nullo loco sue habitacionis ita certitudinaliter
et infallibiliter invenitur sicut in hoc loco sue habitacionis
iii° Reg viii Dominus dixit ut habitaret in nebula Ne-
bula autem hostia sacramenti vocatur et congruo et [illegible]
sicut omni tempore gloriosus et certitudinaliter in hoc loco
invenitur Ezech xliii fili hominis locus solii mei et locus
vestigiorum pedum meorum ubi habito in medio filiorum israel
hinc sit ille abhominaciones suas quia non debet ut ad locum
glorie mee ubi tam excelso homo immundus et abhomi-
nabilis accedat dictum est enim moysi Exo iii Si appro-
pies huc sed solve calciamentum tuum de pedibus
tuis locus enim in quo stas terra sancta est Pedes enim
anime sunt intellectus quo pede graditur ad veritatem
et affectus quo pede graditur ad bonitatem quod dum isti
pedes pelliciali pelle per placenciam peccatorum delecta-
cionum calciati sunt ad locum istum non licet accedere
Sed cum peccatoria pellis abiecta est mundo et simplici in-
tellectu per fidem et mundo et simplici affectu per devocionem
admittitur ad glorie habitacionis latissimum Et huius enim
sic terra corporis christi quia propter nos de terra sumptum
est ad nostram salutem huius terre prophetia est dicente
propheta Sedecie cum [illegible] domine sancti sancti sanctum
quia sanctum sanctorum tantum nisi et suis admira-
bilem gloriam promovit In hoc loco nobissimum est
velatis piete prestinum sacramentalium nostram devocionem
propiciens per cancellos propiciens et per fenestras
revelans hic nos propiciens Cant ii En ille stat post
parietem nostrum propiciens per fenestram et prospi-
ciens per cancellos tam vel fenestram propiciens non
videtur ipse videt ita in sacramento videt nos dominus
quamvis non videatur a nobis Sunt autem fenestre

Per quas in sacramento fertur ad nos dominus et
sunt cancelli et per quos nobis interlucet latentium
lucis bonitas quibus ad usque ad nos sine lucis
dirigit radios. Christus quem nos enim non nisi ve-
latum velatum videamus. Hoc est tabernaculum
quod fixit deus et non homo. Sicut dicitur Hebr.
viii in quo habitat veraciter in tabernaculo habitat
Christus deus et homo Heb. viii. Per amplius et
perfectius tabernaculum non manufactum id est
non huius creationis ingressus est. Cuius enim
hoc tabernaculum fieri ita potuit ut starent for-
me accidentales sine subiecto nisi deus.
Pro certo nemo. Cuius hoc tabernaculum ingredi
potuit sine sue quantitatis contractione quod talis
homo est humane creationis nisi deus et homo
Christus. Certo nullus. Apoc. xxi. Ecce tabernaculum dei
cum hominibus et habitabit cum illis et ipsi populus
eius erunt et ipse deus cum ipsis erit eorum deus. Hoc
est tabernaculum admirabile multis mirabilibus de-
pictum ad exhibiciam dei presentiam. De quo ps. in psalm
Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis usque ad
domum dei. Sic ergo patet in loco gloriosissime ha-
bitationis deus homo Christus habitat in hoc sacramento
De quo dicitur Gen. xxviii Vere deus est in loco isto
et ego nesciebam. Et iterum ibidem non est hic aliud
nisi domus dei et porta celi. De quo ps. Domine
dilexi decorem domus tue et locum habitationis
glorie tue. Hec etiam est aula dulcissime refectionis
Et hoc est quod dicitur Luce xxii. Ubi est diversorium ubi pasca
cum discipulis meis manducem. Istud enim diver-
sorium hoc quod in omni missa dimittit ut in eo
refectionem per ascriptis. nec amplius Christus sustinebit
illud improperium quod dicitur Luce ii. Reclinavit eum in
presepe quia non erat ei locus in diversorio. In hoc
enim diversorio semper sibi locus. Ut discipulis hic
suas paret refectiones. Quamvis etiam ille forme sacra-
mentales in quibus Christus ut cibus continetur signi-
ficari possunt per presepe in quo reclinavit dominus

Et tibus minutorum Ysa I Cognouit bos possessorem
suum et azinus presepe domini sui Hoc enim est sacer-
dos et clericus vel cetus fidelium Azolens Et azinus
est simplex sacerdos onus domini portans et domi stat
Et lectat et portet domum et uterque cognouit domini suum
ut cibum sibi in hoc presepi esse positum Ad hoc presepe
ut bonum animal suspirauit Ysa Volens vii dicens num-
quid mugiet bos cum ante presepe plenum steterit q. dicat non mugiet
sed fruetur dulciter cibo sibi parato Hoc est cenaculum quod
ostendit homo lagenam uel amphoram aque baiulans sicut
dicitur Math xxvi et Mar xiiii et Luce xxii Iste ostendit
nobis cenaculum fidei sed magnum stratum [illegible] [illegible]
Ad hoc enim cenaculum non potest venire nisi homo nec
inuenire potest attendentem nisi amphoram aque portans
Nec contrahere potest tantam preparationem nisi cenaculum fidei
nec dignum est tanto domino nisi sit stratum et celsum
nec ibi parari potest communium et [illegible] nisi mandu-
catur discipulorum Homo enim est de quo dicitur Gen. xvii Ad
imaginem suam creauit hominem et secundum se uestiuit
illum virtute Ille enim qui ad imaginem dei factus est
inuenitur xpum faciem eius et in lumine intellectus et in
delebili memoria eius et dulci amore voluntatis et ille
secundum deum constitutus est virtute qui nichil veritate
ostendit sed tantum deuotionem et contemplationem veritatis
qua fertur in deum et ille sit venire ad istam cenam pro-
qua fertur in deum Amphora autem aque expiationis est innu-
merabilis confessionis [illegible] lacrimas deuotionis et compunctionis in-
dando consistentie per lacrimas deuotionis et compunctionis ut
expiatus et mundatus accedat Ysa lii Mundamini qui
fertis vasa domini Vasa in quibus totus continetur
dominus sunt forme sacramentales panis et vini Ysa
i lauamini mundi estote hoc est quod dixit Abymelech sacer-
dos ad dauid i Reg xxi Si mundi sunt pueri maxime a mu-
lieribus manducent et ibidem post pauca Si de mulieribus
agitur continuimus nos ab heri et nudiustertius et sunt vasa pue-
rorum sancta Cenaculum autem sunt species sacramentales in quo
celi et terre cena continetur vnde Gen vi Cenacula est tri-
steja facies in archa que sit corpus domini Cenaculum est
ad cenandum tristega autem hoc tricamerata ad modum tri-
um mensarum in quibus tria refectuntur genera hominum sci-
licet prelati continentes et coniugati Continentes enim sunt
qui consilia quedam seruantes ad quendam modum religionis vitam
suam ordinauerunt hoc est excellentissimum in quo quis habet
in mensa bonum quod filius gratie spiritualiter est in cena diuita seruati
Iob ii Hoc cenaculum est grande quia grandia continet que
preponuntur Ysa lxiiii oculus non vidit deus absque te preparasti ex-
pectantibus te i Chor. ii quod oculus non vidit nec auris audiuit

Nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligentibus se
Hoc ut dicunt patres tenacissimum est altum in confirmatione fidei
et cognitionis Unde Mar xiiii Occurret vobis homo la-
genam aque baiulans sequimini eum quocumque introierit
ibi dicit quod Sequimini eum qui ducit in altum vbi est re-
fectio et Unde in x vbi supra parato cenaculo suo vocat
inuitatos Dicat ipse christus ancillas ut vocarent ad arcem
et ad menia ciuitatis Ancille que dicit ab eo quod est tercium
et alio eo quod est minor sunt qui continue circummonent
sacerdotes predicatores et talia dico qui vocant in arcem con-
templationis altitudinis consilii dei quo ista cena est parata
Menia autem ciuitatis sunt consentium huius et precepta
quibus tunc in tali ciuitate dei suas constituit habitacionem sibi
fecerat in quo cum puellis habitationes Unde Cum
in secretioribus domus sue cubiculum secretum sibi fecerat
in quo cum puellis suis clausa morabatur Puelle enim
fideles anime sunt intellectus et voluntas et memoria
et cetera et hinc cum ascendimus ad arcem cene dei Unde
i Reg x Samuel in triclinio excelso comedit cum Saul
Postquam in conuiuat eum dicens Ecce quod remansit
pone ante te et comede quia de industria seruatum est tibi
Ille enim cibus quia nos sibi incorporat et nos non
incorporamus ipsum nobis ut peccat quod remanet fidelibus
tum ostendens de industria sumendus Superne dei sic structus
Hoc tenacissimum est stratum picture diuinorum preciosorum
Hoc est omni genere virtutum Unde Ezech xlii Ante ce-
nacula porticum erat pauimentum stratum lapide Isa
liiii Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos Cor enim in
tranquillitate planatum soliditate virtutum pectoralium
est tenaciter stabilitum quod sic in alto sternum sufficienti-
ssimum contentus est stratus pulcherrime in manibus dis-
cipulorum Hoc est sacerdotum ad ordinem sacerdotalem re-
spicientium Duratur cibus ille non manibus hereticorum
vel aliorum formam ecclesie negando non tenentium i Cor
x Non potestis mense domini participes esse et mense demo-
niorum officium enim sacerdotum non debet exercere nisi
qui in forma et unitate ecclesie constituti sunt ab hoc quod in
hac cena miscerent ut Vos autem sacerdotes voca-
bimini ministri dei Unde dicitur vobis quod significatum
est i Reg x Vbi dicitur de Samuele qui officium habuit
sacerdotis dei Nec enim comedent populus donec
ille veniat quia ille benedicit hostie et deinceps comedent
qui vocati sunt Sic ergo sunt ille sunt ancilla dirigere
ad refectionem

Est etiam misterium hoc est secretum spiritualis mactationis et
ymolationis In hoc enim misterio regnantem celo eternaliter
devotissimus ad eciam ecce omni die visibiliter mactandum
et ymolandum manibus ecclesiasticorum sacerdotum Unde
hec pars per hostiam tabernaculi federis significantur hem
et in multis libris locis quia ille etiam se [illegible] in quo
ymolatur christus Super quam hostiam manus ponunt
sacerdotes quia opus sui exercent ordines sacerdotales sic
precipitur levi viii quod ponant manus suas super caput
hostie hoc est super christi corporis consecrationem illa est caput
operis hostie Ad hoc tabernaculi hostiam omnes levatis in
celum manibus respiciunt fideles ut in illo cum christo pater
offeratur christo [illegible] et in corporali hoc est quod dicitur Reg
ii [illegible] hic [illegible] dimitte me obsecro
ad unam partem sacerdotalem ut comedam buccellam Quamvis
Domina enim et singularis pars sacerdotalis est hostia christi corporis
ad quam [illegible] intinguitur vel buccella domini [illegible]
hoc significatum est Gen xviii Ubi dicitur quod in hostio
tabernaculi sui sedens abraham cum vidisset tres angelos descen-
dentes per manum quibus tria sata simile sive [illegible] in
sinu [illegible] subcinericios panes azimos Tabernaculum [illegible] sunt species
sacramentales sub quibus sunt invisibiliter [illegible]
spiritualiter ymolandum esse christum et [illegible] lucis fidei
[illegible] caritatis [illegible] [illegible] ut [illegible]
[illegible] Et hoc in misterio presignatum [illegible]
[illegible] hoc corporis et anime [illegible] presignatus
[illegible] hoc est hostium tabernaculi [illegible] quo [illegible] levitici [illegible] ubi
dicitur de vitulo qui ymolatur pro [illegible] et adducet
sacerdos ad hostium tabernaculi et ponent seniores populi
manus super caput eius coram domino ymolato [illegible]
in conspectu domini [illegible] sacerdos qui [illegible] est de sanguine
eius in tabernaculum testimonii tincto digito aspergens [illegible]
[illegible] velum [illegible] sanguine in cornibus al-
taris quod est coram domino in tabernaculo testimonii [illegible]
[illegible] ante sanguinem fundet [illegible] basim altaris holocau-
storum quod in hostio est tabernaculi testimonii [illegible]
Vitulus significat hostiam corporis christi in signum [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] pro quo ad hostium [illegible]
[illegible] in tabernaculo [illegible] adducitur cum ad [illegible] a tota mi-
[illegible] a sacerdote in altari elevatur [illegible] seniores
sic [illegible] manus super caput eius ponunt qui omnes [illegible]
[illegible] ad istam hostiam protendunt et [illegible]
ut si omnibus manibus domino offeratur [illegible] sacer-
dos [illegible] est in ordinem sacerdotum [illegible] in tabernaculo
qui [illegible] in totam [illegible] ab omnibus communicandum

Tangit autem digito quod omnibus clare demonstrat cuius
sanguinis sit et ad quid valeat eius communicatio Digiti enim
officium est demonstrare et dirigere visum quodam oculum videntis
ad rem demonstratam Aspergit autem septies contra velum
quod velum etiam formas sacramentales signat corporis
domini verum velantes Et quando nunc velum illud sep-
tem effectus sanguinis esse declarat qui sunt memoria pas-
sionis opus redemptionis effectus dulce potationis
Mundicia expiationis Dilectio nature sanguinitatis in virtute
communicationis Vinctio ad Christum conformitatis et consignatio
sive tinctio sanguinem illum accipientis qui signetur
ne ledatur ab angelo percussore Reliquum autem sanguinem
qui intinctus est in cornua eius sit ecclesiam que est taberna-
culum federis ad eum quo fons vite emanare perenne
ad basim hoc est in fundum altaris holocaustorum hoc
est cordium humanorum in quibus holocaustum illud
Accenditur in igne sancte devotionis et caritatis Exigitur
in quibus iste Christus est sicut in altari mistico sive spiritualis
mactationis et victimationis sive ymmolationis Est etiam
dominum in eo sicut in vero altarissime [illegible] tamen eo commu-
nionis Est in ipso [illegible] in sacramento oculis nostris corporeis
invisibilis et connectitur sensibus nostris Ut videatur a nobis
et oculis etiam pascatur in ipso in ipsis formis sacramenta-
libus que sunt quasi in [illegible] ipsius in speciebus et modis sen-
sibiliter videtur sicut significatum Ysa vi Vidi dominum
sedentem excelsum et plena domus maiestate eius
et ea que sub ipso erant replebant templum Domus enim
celi plena est maiestate divine ipsius Nobis videtur facie
ad faciem Sed species sacramentales corporalibus oculis
visibiles sub ipso et circa ipsum existentes connectuntur in
nobis ad sensum corporis et ideo replent templum ecclesie
militantis Hec sunt que posteriora Christi sunt de quibus Exo-
do xxxiii Posteriora mea videbis faciem autem meam videre
non poteris Et ideo oramus coram beati [illegible]
[illegible] que circa ipsum est et post ipsum alibi assumpta ad
[illegible] rerum veritate capiamus [illegible] agar ancilla
ecclesiam militantem et adhuc non liberatam sed in multis an-
cillantem significans Ge xxi Respexit hic videt posteriora
videntis me Corporales enim forme digentate posteriores
sunt visione per speciem et rei videndi veritatem quam nos
tempore sunt priores quia sicut dicitur i Cor xv Non est
prius quod spirituale est sed quod animale hoc est velum quod super
[illegible] et aliquibus intuendum ambobus sic a filiis Israel
contuendus vertus noster moyses ponit super faciem suam
Exo xxxiiii Ut se nobis contemperet et dimetet hec
sit sacra [illegible] sine operitu [illegible] deserit etiam ipso
[illegible] hic militantes [illegible] movemus per desertum

Aliud ad patriam tendentes sic S. Augustinus iiii. Non enim ad ipsum
aperta possumus cordis visione propter aciem nostri imperfectam.
Sed sub hoc velamine accipimus et videmus ipsum quasi
absconditum. Unde dicentes aliud ipse Christo ad formas sa-
cramentales tantum in te est deus et non est absque te deus.
Vere tu es deus absconditus deus israhel salvator. In peris
enim ecclesiasticis sacramentalibus est deus et extra eccle-
siam non est deus in sacramentis peccatoribus vel hereticorum
recipientibus ad graciam sacramentalis perceptionem. Ergo est ab-
sconditus et in nexis in speciebus sacramenti deus ipse sal-
vator omnibus salutis cibum ministrans in sacramento. Sic
ergo tamquam in vexillo quodam in sacramenti continetur sen-
sibus nostris ne quod sit in vexillo et ignotus nobis. Est
autem post omnia hic videndum est qualiter ille cibus sit
sumendus et quid in eo sumatur. Hoc enim est postremum
quod in superioribus habita divisione de cibo isto dixi esse
notandum. Ille ergo cibus sumendus est in fide intellectus
in spe summe largitatis in caritate ecclesiastice unitatis
in compunctione amaritudinis in delectatione et deliciis
beate fruitionis que autem in ipso percipiuntur postremis dicemus.
In fide quidem veritatis eo quod omnibus que de sacramento tra-
dita sunt fides adhibeatur. In spe largitatis eo quod divina
largitas in tanto sacramento semper ampliora donativa spe-
randa. In caritate unitatis eo quod caritas ecclesie tenetur. In com-
punctione amaritudinis eo quod eam rapte nostra qui sumus
summus sacri cum dolore in corde semper habeatur. In
delectatione et deliciis beate per fruitionis eo quod ad eminencia
contemplacionis fiat intra signum est hoc sacramentum et contemplative vite
beata vita. Sicut enim in fide quidem veritatis sicut amicus et
habeatur. Et de fide quidem veritatis sicut Augustinus et
quid paras dentem et ventrem. Crede et manducasti. Hic
enim expressis constat cibus ille nec dentibus teritur nec
ventre digeritur quamvis forme sacramentales et atterantur
dentibus et in ventrem mittantur. Crede ergo fide veritatis
et amore in sacrum tende et sic manducasti. Eterna sic enim
incorporant te sibi hoc enim est eterna fides. De qua dicit
Gal. v. fides que per dilectionem operatur. Unde etiam dominus noster
Iohannis vi. operemini
loquens de sumptione huius sacramenti. Iohannis vi. operemini
non cibum qui perit sed qui permanet in vitam eternam.
Quem pater meus dedit. Et inferius talitter hunc sermonem
accipientem et cibum permanentem despicientibus et dicentibus
quid faciamus ut operemur opera dei. Bona simplex quibus illi
cibum de quo dixit despicientibus. Respondit ihesus hoc est
opus dei ut credatis in eum quem ipse misit. Ac si dicat comedo
enim tibi cibum veritatis quem pater permanet et filius
hominis dabit et dabit ad hoc signavit deus eo quod det tibi
illum. In hoc enim sacramento quod veritatis sacramentum
est eterna simplici totam continet virtutem et veritatis

Sumendus est cibus
iste dulcitatis

auctorem et omnium figurarum antiquarum veram pacis
veritatis significationem maxime fides operatur. fides enim est
beatus dicit Dionysius in li. de di. no. lumen est collatum
de accedentibus veritatem et accedentes per consensum domus
et in hesionem collocatus in veritate que hic maxime operatur
Anima enim humana ad primum nec tamen potest exprimi con-
cernitur Ber. in Ser. de quod ad mensam istam sedere sicut
dicens Ecclesia mei ad fideles ec ut sedeant mecum communican-
tes in via immaculata hic in ministrabit ut sedes in mensa
fidei tamen perpetuo et succedes immaculata in ipsa tamen
ministrat hoc optime est dictum ca. xiv Tobi de moyse quem
dominus maria per preces suas filius suus edidit et in
fide et veritate ipsius sanctum fecit illum et elegit eum ex
omni carne fides ergo mundat et purificat cor accedenti-
bus eorum Ac. xv fide purificans corda eorum. veritas
cor mundificat et perlucidantibus unde ipse agnus quem
in sacramento fidei sumimus Et Ex. xi Discite a me quia
mitis sum et humilis corde Sic ergo in fide et veritate
cordis simnodo est hec cena dominici corporis Et hoc signi-
ficatur in li. Tobi dicitur vxor tua sicut vitis habun-
dans in lateribus domus tue Anima sponsa agni eciam virgin
sanguinis cristi habundanter in sacramento ceno filius dec
ministrat Unde sequitur filii tui sicut novelle olivarum
in circuitu mense tue Ultima enim ipsa est lumen Et
significat de fide sacramentum quod in hoc sacramento pre-
in quo nichil nisi fides operatur que olim fide sanctificavit
et est quasi ante mensam propositionis in tabernaculo domini
positum Ex. xxvi ut poneretur candelabrum luminis quod
... non attendit Sic
illuminacione fidei significat domina corporis non attendit Sic
ergo sacramentum hoc sumendum est fide veritatis Sic
ut est eciam ille cibus in cena divine largitatis
quod eciam tibi sumimus a largitate ipsius qui seipsum
nobis in cibum donavit Vnde clamamus in cena pre
bonum dei expectantes et dicimus Oculi omnium in te sperant
domine et hoc quia tu das escam illorum in tempore oppor-
tuno Ex hoc enim sunt sibi clamantem fideles et quod intentum
Denique volantes eterna expectant ex divina largitate Vnde
Iob xxxix dicitur Numquid ad preceptum tuum elevabitur aquila
et in arduis ponet nidum suum Hec enim aquila elevaci-
onis visus dicta est Unde et Mathei xxiiii Ubicumque fuerit
corpus ibi congregabuntur aquile Tanta enim est fragrancia
dominici corporis quod per certa comunicantes omnium bonorum
donum a dominici corporis sumpcione in altum sunt elevati con-
venerunt iuxta illud desiderabilem escam in memoriis con-
Iob xxxix Pulli eius lambunt sanguinem et ubicumque

cadaver fuerit ibi statim assunt Aquile enim aquilla-
rum sunt fideles primum per humilitatem et simplicitatem
quia licet in mundo et hic fide lambunt sanguinem etiam
spem habentes quod per sacramenta sanguinem sub veterinorum
bonorum perhennem felicitatem et ideo odore corporis domini
illecti statim assunt intra devocionis sublimitate Ubicumque
est cadaver Ipsi non quidem ibi corvus cecidit si quod ab
in fideli sinagoga tamquam corvus contemplandum
tamquam corvus reputandum est propter quod et ipse
xiiii quem legis et ius dicit in persona Ego sum vermis et
non homo opprobrium hominum et abiectio plebis Ad illud quo
cadaver omnes aquile veniunt in spe consequendi omnium bonorum
Tercia spes de Gracia Ex percepcione presencium munerum
firmam habet spem percepcionis futurorum Ro viii Quomodo
non cum illo omnia nobis donavit quia qui habent omne
que patris sunt nobis donavit omnia cum illo Nichil enim
est quod non habeat qui habet omnia hec Unde theologus
Summa mea deo habens non se debuimus diffidere a nobis
Hec enim spes certa que per actus dei dono grantur in nobis
de qua dicitur i pe i Benedictus dominus deus et pater domini nostri
Iesu cristi qui secundum magnam misericordiam suam
regeneravit nos in spem vivam in hereditatem incorrup-
tibilem et immarcessibilem et incontaminatam conserva-
tam in celis Hec est spes certa trahens nos ad litus e-
ternitatis et immobiliter tenens mentem nostram in fixam
in celis sic anchora tenet navem de qua dicitur hebr vi fortissimum
solacium habeamus qui confugimus ad tenendam
propositam spem quam sicut anchoram habeamus tutam
ac firmam et incedentem usque ad interiora velaminis
Ubi precursor pro nobis introivit Ihesus pontifex factus secundum
ordinem melchisedech Gen xiiii Abrahe revertenti a cede
regum occurrit melchisedech rex salem offerens panem et
vinum erat enim sacerdos dei summi Hec est spes de qua dicitur
Osee ii Dabo eis vinitores ex eodem loco et vallem
achor ad aperiendam spem vinitores ex eodem sanguinis et vino
consecratum ministrantes frumentum unde consecratum sunt
et eodem loco ecclesiastice unitatis vallis achor qui sonat
vel factus altitudo interpretatur Benignissima quidem vallis
est et frumenti ferax est humilitas et ministrans frumentum
Unde conficitur corpus cristi Tercia hec spes maxime datur
humilibus nichil de se presumentibus sed totam spem suam
in deum ponentibus Et hoc est quod dicitur in ps Valles abun-
dabunt frumento Sic ergo per summe longitudinis sume-
da est hec terna dimensio est etiam in caritate ecclesiastice

Unitatis · quia illud sacramentum et caritatis et
unitatis a patribus dicitur esse sacramentum unitatis
caritatis quidem · quia in maxima caritate est exhibitum
in qua caritate dixit prov. viii delicie mee esse cum filiis
hominum · volunt in christus sic dicit Ambrosius hugo quod
homo participans hunc cibum in deum ascendit et incorporatus
sibi efficietur et particeps sue deitatis et humanitatis sic
verbum patris in carnem descendit et factum est omnium particeps
que sunt vere nostre humanitatis · et hoc fuit maxime ca-
ritatis hic autem ascensus in verbum patris per incorporationem
una fit per sacramenta istius participationem unde super illud
Johannis i Et verbum caro factum est et habitavit in nobis dicit
Ut semet acciperent nasci ex deo suscepit deus nasci ex homine
Ex hac enim susceptione sue in humanitatis sanatur nostra
in humanitas ut possimus dei vel filii dei fieri et hoc est et
verbum caro factum est et habitavit in nobis etc. Alexander dicit
Quod superius erat in inferius descendit et quod unum sic
quod inferius erat in id quod superius est ascendit Ex hac
ergo caritate unitur deus cum homine et hominem cum deo
dicitur sacramentum caritatis et unitatis et ideo in qua-
ritate unitatis ecclesiastice etiam hoc est accipiendum hoc autem
optime significatur exodi xxv et levitici xxiv ubi dicitur quod
panes propositionis qui in mensa singulis sabbatis ponebantur
calidi coram domino proponebantur · hic significatur per
sancto quod panis sacramenti non nisi in mensa altaris fidelibus
fidelibus proponatur sumendus in calore caritatis debeat
sumi propterea quod etiam in mensa ponitur · et panis partim
lineo cum recipitur · et pugillus thuris super patenam
ponebatur hoc significatur per sacerdotem quod memor esse fide-
libus panes sacerdotis ponenda in altare et tale de ipso
solo communionem licet accipere quia extra ecclesiam nullus
communionis ad salutem non invenitur Sic dicitur ps.
Passer invenit sibi domum et turtur nidum ubi reponat
pullos suos altaria tua domine virtutum rex meus et deus
meus beati qui habitant in domo tua domine Passer
enim mobilis est secularibus negociis continue signat mobilem
fidelem laicum Turtur autem castus gemitus pro cantu
signat clericum castitatis et munditie officiis mancipatum
pro suis et aliorum peccatis gementem hi enim pullos
quos emittunt filios carnales vel spirituales non nisi ad
altare recte ponunt deponere sacramenti nutriendos Hec
ergo beati sunt qui habitant in domo dei quod est ecclesia
Alii autem tamquam infideles et abiecti conventicula sectantur
Hereticorum · De xxi dicitur cum omnis nisi tamen sacris

Propositionis qui ablati fuerant a facie domini ut po-
nerentur panes calidi. Catena autem significat seriem dece-
ntie sapientie in corde communicantium et contempla-
tione considerantium sapientiam dei una consilio fideli-
bus de communione tam sancta providente. Adipis autem
de super positum quod in ignem altaris sublatis panibus
ponebatur fragranciam signat intentam in devocione
cordis intelligentium et in igne caritatis. Unde est quod de
agno paschali qui corpus christi in sacramento signat Exo
xii Si quid residuum fuerit igne comburetis. quia in igne
caritatis totum illud sacramentum debet incendi. Pro-
pterea dicitur Gen iiii Hoc ipsum sacrificium primo pre-
signatum in adipibus gregis abel hoc est in agno quem
abel obtulit quod respexit dominus ad abel et ad munera eius et
ibi secundum translationem theodotionis inflammavit dominus super abel et super
munera eius. et ondatur quod in flamma ignis hoc sacrame-
ntum accipi debeat igne caritatis inflammatum. Debet
etiam accipi in caritate ecclesiastice unitatis quia apud
scismaticos et hereticos hoc sacramentum non proficit
et hoc signatur in psalmo cum dicitur de ascendentibus
ad paschalis agni celebracionem Jerusalem que edificatur
ut civitas cuius participatio eius in idipsum. Illuc
enim ascenderunt tribus tribus domini ad confitendum nomini domini. Ecclesia
enim per ierusalem visionem eterne pacis intelligitur signifi-
catur que est civitas hoc est civium unitas edifica-
ta quia sicut dicit Aug iiii multitudinis credentium erat
cor unum et anima una. Bonus ideo participatio est in
idipsum unitatis ecclesiastice sacramentum quia ecclesia
unitatem corporis christi est unitatem quam signat corpus christi verum
quod sub forma panis continetur. Hoc dicit Augustinus quia
sicut panis unum compositum et confectum est ex multis
granis et ex multis guttis sanguinis et vinum in uno vase ingeris
in unum corpus compactis. Et sic panis sub cuius forma
continetur collectus est ex multis purissimis granis frumenti
in unum panem compactis. Ita ecclesia ex multis paribus
fidelibus constat in unitate fidei et caritatis. Et sic adunatur
Ro xii Unus panis et unum corpus multi sumus
in christo quotquot ex uno pane participamus. Item est i
Cor x. Hoc etiam demonstrat nomine caritatis quod calix
calida est potio in caritatis fervore sumenda. Unde calix
licet sumpsi(?) accipiam et nomen domini invocabo.
Sanguinis autem qui sub specie vini latet in mysterio significati
ex multis uvis expressus sicut in vini torcular in ecclesia

fideles ad gaudium corporis spiritualis et ad redemptionem
sanguinis adonatos. Cant. iii. Potus cypri dilectus meus
michi potus enim ex multis compositum granis que
cruore [illegible]. Hoc etiam signat precipue potus a
filiis ipsi in nectare ecclesiastice rectitudinis ad legis lato-
rem deputatus. Num. xiiii. Hec unitas ecclesiastica est
tunica inconsutilis que etiam a crucifixoribus
scindi non potuit. Ioh. xix. Non scindamus eam
sed sortiamur de ea cuius sit. Hoc pallium breve quod utrumque
populum sponsum et adulterinum operire non potest. Ysa.
xxviii. Hoc est pallium quod omnes iudeos et gentiles fi-
deles in unum operit. Sicut significatum optime Ruth
ii. ubi dicit Ruth moabitis que gentilis erat ad Booz
cum iudeus fuit ex iudeis expande pallium quia propinquus
es. Sic caritate unitatis ecclesiastice nobis per istud sa-
cramentum cibum intelligentium prestante secundum apostolum
ephe. iiii. Occurramus omnes in unitate fidei et agnitionis
filii dei in virum perfectum secundum mensuram etatis
filii dei. Sic igitur sacramentum hoc in caritate unitatis
ecclesiastice est sumendum. Unde illud Cor. xi. Qui manducat
et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit. i Cor. [illegible] de
quo indignus est qui non devote accipit. Indevotus autem
est qui aliter quam institutum est celebrat sacramentum.
Hoc est qui accipit et celebrat contra vel preter institu-
tionem ecclesiastice unitatis et caritatis. Est etiam su-
mendum hoc sacramentum in amaritudine compunc-
tionis. In magna enim amaritudine debet recordari
homo passionis Christi in cuius memoriam sacramentum
celebratur quia ipse homo per peccatum ipsius passionis
fuit causa. Unde enim magna recordacio et absque magno
dolore non est accipiendum in cor quod filium dei ad tantam
deduxit amaritudinem passionis. Ier. v. Luctum unige-
niti fac tibi planctum amarum quia tu es causa
quod unigenitus filii dei [illegible] traditus est mystice
celebratur in sacramento. Hoc significant lactuce agre-
stes amarissime in quibus carnes agni sunt precipimur
Exo. xii. edere in compunctione amaritudinis. Illud Tren.
i. Vide domine quoniam tribulor conturbatus est venter me-
us subversum est cor meum in memetipso quoniam amaritudine
plena sum. In tribulor enim quia sum causa tue tribu-
lationis. Venter hoc est affectus conturbatus est

Ezma per actum gustum sentitur quod tibi tantum
induxit contristationem. cor meum et consensum ponit
ad delictum subnexum est. et ab illo totum ad te con-
uersum et dolore turpitudinis peccati pro quo tu tanta
tribulatus es et morte turpissima mortuus. sic in meipso
dolens confessione et amaritudine. quamuis enim prius
pulcher apparuerim et delicatus. tamen nunc turpis sum co-
ram te et amarus. Ruth i Nolite me vocare noemi
hoc est pulchram sed vocate me marach hoc est amaram quia
amaritudine me valde repleuit omnipotens. Thob ij
Manducauit homo panem cum luctu et tremore memo-
rans illum sermonem quem dixit amos propheta ij Dies
festi vestri conuertentur in luctum. hinc est quod Job iii
Antequam comedam suspiro. qui sic enim luctu panem hunc acci-
pit in sempiternum gaudium et leticiam sibi conuertit
dicente nobis domino Jeremie xxxi Quiescat vox tua
a ploratu et oculi tui a lacrimis. quia est merces operi
tuo Et illud Joh xvi vos contristabimini sed tristicia
vestra vertetur in gaudium. In hoc enim verum est
dictum salomonis Prover xiiii Cor quod nouit amaritu-
dinem anime sue in gaudio illius non miscebitur extraneus.
Hinc est quod dicit psalmus. Cibabis nos pane lacrima-
rum et potum dabis nobis in lacrimis in mensura Et i-
terum Fuerunt michi lacrime mee panes die ac nocte Secundo
sumendum est hoc sacramentum et iste cibus sacramentalis
in amaritudinem compunctionis. Sumendus est etiam iste
cibus in delectatione et deliciis eterne et vite per fruitionem q
sicut in an habitus. Sanctus Thomas dicit quod diuine
[illegible] in beatitudine significat
Eukaristie assumptio beatam vitam individuam vite
perfectionem Et ideo sicut in sacramento individuam signat
consuetudinem retinens connectio individuam signat
coniunctionem creature creati cum increato ita hec corporis
sumptio signat beatam vitam per fruitionem in celo. et secundum corpus
quo ea fruemur in sensu. et secundum animam quo ea fruemur
in anima. et secundum deitatem qua beata secundum intellectum
perficietur per speciem. et ideo quantum ad hanc considerationem
in iocunditate spiritus et deliciis sumitur iste cibus. Psalmus
In voce exultationis et confessionis sonus epulantis. hec
enim erit cena nuptiarum agni Apoc xix Beati qui ad
cenam agni nuptiarum vocati sunt. Ubi enim agni corpore
non sub latentibus passionibus perfruentur sed iam in corpo-
rabuntur et qui sicut dicitur Ro vi Resurgent a mortuis
iam non moriuntur mors illis ultra non dominabitur

Quam perfruetur anima illa que iam numquam turbabitur
pestis ad mortem sed iam gaudium et leticiam obtinuit
et fugit ab ea dolor et gemitus sicut dicitur ysa xxxv et ysa
li gaudium et leticiam tenebunt fugiet dolor et gemitus
In tali ergo consideracione mellifluis paradisi dei sentit
corporis dominici Ubi enim cum patre eterno nos honorate
per suum consensum ad mensam sedere Ubi filius patri
imitatur dextere et lumine pro nobis instat Ubi spiritus
sanctus omnem suam dilectionem infundit in cordibus
ubi angeli refloruntur Ubi in symphonia et tripudio
et musicis concinuerunt david cum beatis cetu sanctorum luce
xii Precinget se et faciet illos discumbere et transiens
ministrabit eis Ubi fidelis anima a sponso laudatur
in deliciis Can vii Quam pulchra es amica mea quam
pulchra es in deliciis statura tua assimilata est palme et ubera
tua botris quia pulchra est intus pulcherrima quadam
(?) splendore clarissima caritate palme assimilata per
victorie Ubera duo in electis et affectus tam ubera super-
dencia pium celestis gaudii et eterne iocunditatis Iob xii
Si quis michi ministraverit honorificabit eum pater meus
procul dubio pro talem que mense consensum o quanto affectu
tunc dicet deus illud prov Mirari cibum illorum quomodo
ita est paratus cum quam preparationem non volunt facere
maiestatis ubertatis dei Nec sciunt nisi summa sapientia
filii nec condire potuit nisi bonitas et dilectio spiritus sancti
Ubi sciunt quid dignitas ubi sunt qui dixit luce xxii Ego
dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnum
ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo
Ubi gustatur quando quod nemini sic luce xvii Beatus qui
manducabit panem in regno dei tamen Dulcedo iam in
ista consideracione innuitur sed in gustu sacramenti corde
et angelis meantes istas felicis anime delicias Unde Can
viii Que est ista que ascendit de deserto deliciis affluens
innixa super dilectum suum Ascendens enim anima per consi-
deracionem sacramenti de deserto huius mundi in quadam gustu
felicitatis eterne quo sic hic in sacramentali ista gustatur
ubi dulcedo divinitatis in rei veritate mirabilibus per-
fruitur deliciis ita quod sinus destituta prenitudine cum
Iohanne apostolo invitatur recumbens tota super pectus dilecti
unde sugitur et delicias veritatis huius secreti et delicias
dulcedinis divine que in ipso sacramento in terra dei
degustantur Ubi enim subtili lima meditatur ab virtute

domus dei Sic dicit ps Et torrente prolixissimi fluxus
voluptatis divine potatur ad summa delectacionem Ubi enim
ad mensam sedentes experiuntur quod dicit david in ps Ad-
implebis me leticia cum vultu tuo delectationes in dex-
tera tua usque in finem Ad quas nos perducat etc

Post que dicta sunt in genere dicendum restat qua- [illegible]
liter hoc sacramentum omnium aliorum fidelium sacra-
mentorum communio vocatur Et a grecis et docto-
ribus sancta synaxis appellatur quod sancta communio
sonat in latino In hoc ergo genere ponitur propter
hoc quod in nobis facit communionem Efficit enim commu-
nitatem fonti omnis gratie Efficit communitatem angelorum
glorie Efficit communitatem sanctis Efficit communitatem
passionibus mistici corporis Efficit omnia nostra communia
Efficit omniorum et humanorum dulcissimam communionem
Et ideo communio vocatur quia enim facit communitatem fonti
omnis gratie patet quia communicans ideo sic ut ipse sit in nobis
et nos in ipso et omnia sua infundat nobis Unde dicitur
Proverbiorum v de filio Deriventur fontes tui foras et in pla-
teis aquas tuas divide Fons enim est verbum patris ad fi-
lium qui est fons omnis gratie et omnis boni Unde sicut
dicit Johannes Gratia et veritas per Jesum Christum facta
est In hoc fonte multe sunt vene gratiarum in quibus aque
gratiarum manantes quas pater in hoc sacramento foras
in communione ecclesie tam triumphantis quam militantis
precepit dividi ut relegata in media proximate possessionis
gratiarum que sunt in filio omnibus in communi participentur Longe
lateque effluantur et in plateis late participationis ab om-
nibus bonum filii participetur Hic est fons de quo dicitur Hest x
Fons crevit in fluvium maximum et in aquas plurimas — Effons
redundavit Quartus(?) ii fons sit sacramentum iste audite
in fluxus gratiarum paritate et humilitate Tamen quanto
profundior est tanto plus continet aquas graciarum Hic
fons tamen multis effusionibus redundat in virtutibus et donis
et sacramentis tamen si in unum totum colligens in sacramento
communionis crevit in fluvium maximum Ex isto dono flu-
ens totum quod alii habent divisum Hic redundat in aquas
plurimas omnis generis gratiarum Sic enim est aque cum
dicit ps Effons inter fluens ea que ... suam persisti-
unt in nobis Efficit enim in nobis quatuor aque similes
commoditates Hic enim sordida lavat arida rigat que aque

Nos abundat deportat navibus ut nisi rara sunt mag-
no precio commutentur. et ea que alibi abundant et apud
nos desunt revehit ut earum inopia ex illis suppleantur
Hec omnia enim facit Christus ista effusione gratie in hoc
sacramento Gratia enim sanguinis sui lavat sordes
peccatorum dicente Apostolo Hebr. ix Omnia pene mundantur
in sanguine et sine sanguinis effusione non fit remissio
Ioh. i Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi Constat
autem quod tollit. hoc est abstollit sanguinis sui effusione
et ablutione Apoc. i dilexit nos et lavit nos in sanguine suo
a peccatis nostris. Hic rigat arida nostra in aqua que cum san-
guine exivit de latere Ioh. xix Exivit sanguis et aqua
que est aqua expians et rigans omnia unde scilicet plante di-
vine in nobis plantate convalescant Iohel iij Et fons
de domo domini egredietur et irrigabit torrentem spinarum
Domus enim domini hoc est deitatis habitaculum est
corpus domini a quo fons fluxus violentissimum egreditur
et irrigat totum torrentem calamitatis humane. Hic est torrens
per quem calamitates mundi confluunt cum decurrere ad
penas peccatorum inferendas. De quo clamat Aug. O torrens
calamitatis quousque non siccabis quousque inundabit Hic enim
fluxu divine gracie siccatus est et dedit locum fluvii dei qui
sicut ps. Repletum est aquis et extirpatis spinis modo
rigatur ad fecunditatem fructuum iusticie et aromatum
omnium virtutum Eccli. xxiiij Dixi rigabo hortum plantationum
et inebriabo prati mei fructum ps. Rivos eius inebri-
ans multiplica genimina eius in stillicidiis eius letabitur
germinans. Sic ergo rigat arida / evehit etiam flumen
istud apud nos abundantia ut ubi desunt magno precio
commutentur que sunt paupertas penitentia gemitus pro peccatis
fletus lacrimarum humiliationes et castigationes corporis que
super nos abundant et in celo desunt. et in nobis pro hu-
iusmodi magna precia dantur Gen. xlix In statione na-
vium fiet tentoria pertingens usque ad Sidonem Zabulon dicitur homo
in navibus per quas iste evehit ea que dicte sunt merca-
des suas ut in celis pro temporalibus eterna pro miseriis beati-
tudinem pro paupertate divitias pro laboribus commutet requiem
eternam Eccle. xi Mitte panem tuum super transeuntes
aquas et post multa tempora invenies ea. Zabulon fluxu
longo aque iste redeunt et incomparabiles divitias nobis re-
portant. Ideo enim sicut dicitur Eccl. i ad locum unde
oriuntur flumina revertuntur ut fluant iterum fluctus primi

Unde dicit paulus ii thy. i. Scio cui credidi et certus sum
quia potens est depositum meum servare in illum diem iustus
iudex. Hoc enim totum facit fluxus gratie qui fluit a christo
qui dat gratiam ut mereri possimus et iterum reddet
mercedem in denario ut super habundanti premio meritum
nostrum commitetur. Ex hoc etiam fluxus adveniet nobis quod
cupit nos desiccat et in celo habundat hoc est gaudium cordis
et sancti spiritus consolationem et dulcedinem gustus divi-
norum et sentitur quedam [illegible] et illa solemus despi-
ceremus et ista in quibus sumus magis fastidiamus. Qui vero
effecta est quasi navis institoris de longe portans panem suum
Ecclesia enim facta est ut navis qua gubernatione sancti
spiritus sepe mentis nostra in celum navigat et deinde panem in
dulcedine nos delectantis refectionem portat. Sic ergo quibus fit
utilitatem aque communicationis sicut fonti gratiam communicando. Ex hoc
etiam suo beneficio nobis communicato sordida nostra lavantur
et defluunt et arida nostra rigantur et fecunda fiunt. Nam la-
bores reficiuntur et omni die completatione fiunt. Delitie cele-
stes nobis advenient et omnia nostra in dulcedine convertuntur
Hinc est quod dicitur Joh. vii. Qui credit in me sicut dicit scrip-
tura flumina de ventre eius fluent aque vive. Hoc autem
dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Hec enim
aque semper fluunt et defluunt inter nos et christum cuius fontis
communionem habemus per sacramentum. Num. xxiiii. Fluet
aqua de situla eius hoc est de sacramento et semen eius in aquas
plurimas redundabit. Hec ergo est prima communio quam fonti omnis
gratie per sacramentum illud communicamus. Hoc etiam sacramenti
communicatio nobis prestat angelorum glorie. Gloria enim an-
gelorum consistit in reparatione ruine angelice. Consistit etiam
in [illegible] ministerii in [illegible] consistit in illuminatione divina et
consistit in redemptione in divina perfectione. Ruina autem
angelorum per hoc reparatur sacramento quia non reparatur nisi
de hiis qui incorporantur christo sicut ipse dicit Joh. iii. Nemo
ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis
qui est in celo. Si autem nemo ascendit nisi filius hominis
certo nemo ascendit nisi incorporatus filio hominis. Nullus
autem incorporatur corpori mistico nisi per corpus verum et sumitur
ipsius. Ergo oportet quod per corpus christi ruina angelorum restituatur.
Restituti ergo communicant glorie angelorum per communionem corpo-
ris christi. Deut. xxxii secundum translationem lxx. Statuit terminos populorum
iuxta numerum angelorum dei. Termini autem illi sunt termini glorie
angelorum. Hinc est quod dicuntur homines esse angelorum quia sunt
de sorte glorie angelorum. Math. xviii. Angeli eorum semper vident
faciem patris mei qui in celis est. Sic etiam sunt fideles incorporati christo

Reducuntur ad effectum ministerium angelorum hec i. dicitur
Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium
missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis Non
ergo glorie habent quando eorum impletur ministerium
Hinc est quod gaudere dicuntur in preciis peccatorum et flere
et tristari in peccatis commissorum Et de primo quidem dicitur
Luc. xv Gaudium est angelis dei super uno peccatore peni-
tentiam agente Et de 2º Ysa. xxxiii Angeli pacis amare
flebunt hoc est ad modum flentium se habent quia de-
siderant ut cristo sibi ad custodiam commissi incorporentur
et sic redeant ad communionem glorie angelorum Et sic
per sacramentum et communionem ipsius ad communionem
redimus angelorum Sic participamus eorum illuminaciones
quia sicut dicit dyonisius lex dei nature est per prima media
et per media ultima reducere Non sicut angeli illumi-
nantur a cristo secundum humanitatem Sic dicit Ysa. ... per
quam etiam desiderant angeli prospicere ... eciam
humanitatem Sicut ergo a cristo illuminantur ita
in illuminatores ad homines commissos reducere intendunt
Per hoc autem cristus singulariter incorporantur et commu-
nicavit sanctorum angelorum per incorporationem Unde
Job xxv Numquid est numerus militum eius et super quem
non surgit lumen eius Sic enim homines et angeli unam
habent communionem illuminationem et unam celestis civitatis
communionem Apoc. xxi Civitas non eget sole neque luna
que illuminet eam quia deus illuminavit eam et lucerna
eius agnus Sic ergo communicant illuminaciones angelorum
Participant angelorum glorie in reductione ad deum ad quem
omnis illuminator suum intendit reducere a se illuminatum
Dicitur autem Sapie. x quod fons sapiencie est verbum dei in excelsis
Cum ergo fons sapiencie sit primum illuminans omnis an-
gelus illuminatus amat reducit ad verbum Non autem
ad verbum reducuntur nisi qui verbo et sibi incorporantur Unde
De ... dicitur in ps. Domine in lumine vultus tui am-
bulabunt et in nomine tuo exultabunt tota die et in iu-
sticia tua exultabuntur Apud electos in lumen dei assumpti
sunt lumini et corporaliter assimilantur et incorporantur
quia dicit phil. iii quod reformabit corpus humilitatis nostre
configuratum corpori claritatis sue Sic etiam glorie
angelorum communicamus per hoc quod hoc sacramento cristo
incorporantur Dicitur autem communio quod nos omnium
sanctorum facit communicare Et si quid deficit in singulis

a quibus commendatis omnium sanctorum supplicantur. Sic bene-
merita patriarcharum benedictiones et illuminationes prophetarum
iusticias legislatorum devotiones et preconia precursorum
cum tamen Iohanne baptista devocionem dignitates apostolorum
victorias martirum stabilitates confessorum religionem mo-
nachorum virginitatem virginum abstinencias salu-
berrimas doctorum eruditionem magistrorum luctum viduarum
elemosinas domesticorum curas egencium penitentie la-
menta penitencium splendorem honestatis innocentium
et omnium virtutum sanctorum. Hec enim omnia que in corporis
eius mistici fiunt et in caritate corporis eius et sangui-
nis consistunt et de quorum in quemlibet per caritatem spiritus sancti re-
fluunt et redundant. Unde dicitur Col i Gratias
agentes deo et patri qui dignos nos fecit in partem sortis
sanctorum in lumine qui eripuit nos de potestate tenebrarum
et transtulit nos in regnum filii dilectionis sue. Per amorem
enim et partem omnis glorie communicamus cum omnibus
sanctis translati in regnum omnium sanctorum suorum. Per
hoc est corpori eius et sanguini communicamus. Tercia conta-
suorum membrorum ad cor et caput et copia participatio
spiritus christi in omnibus membris eius naturalibus significat
et erat totius corporis et mistici communione et sancti spiritus
communicationem et sic spiritus gratie et glorie unumquemque sancti communicantur
alii. Et sic implebitur in nobis quod de ecclesia primorum
scribitur Act v Gratia magna erat in omnibus eis neque enim
quisquam fuit egens inter eos. Quotquot enim erant possesso-
res agrorum aut domorum aut vinearum vendebant et porta-
bant precia ante pedes apostolorum. Dividebatur autem singulis prout
cuique opus erat. Sic ad unumquemque necessitatem et voluntatem
dividit spiritus corporis christi bona sanctorum. Ut omnes abundant
et nullus egens inveniatur. i Cor xii Hec omnia operatur unus atque
idem spiritus dividens singulis prout vult. Unde dicit ps Parti-
cipem me fac deus omnium timentium te et custodientium mandata
tua. Hoc est tui corporis commune participem me facias omnium
te timencium. Sic et dicunt dicat ps Funes ceciderunt
mihi in preclaris etenim hereditas mea preclara est michi.
Tercia mensurantes fines nobis omnium adiacentes civitates sanctorum.
Sic dicitur Col i quia in ipso condita sunt universa in celo et
in terra hoc est in angelis et hominibus sanctis visibilia
et invisibilia sive throni sive dominationes sive principatus

sine potestates omnia per ipsum et in ipso sunt creata
et ipse est ante omnia et omnia in ipso constant et ipse
est caput corporis ecclesie qui est principium primogenitus
ex mortuis ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Sic
ergo ex ipso fluunt in membra et de uno membrorum
redundat ad aliud propter connexionem sui corporis glor.
Sicut enim in corpore naturali sanguine et spiritu
unum membrorum redundant in aliud Ita multo ma-
gis in spiritualibus membris corporis christi unum
membrorum per communionem transmittit in aliud. Unde
1 Chor. xii Si quid patitur unum membrum compatiuntur
omnia membra sive gloriatur unum membrum congau-
dent omnia membra. Et hec est sanctorum communio de qua dicitur
in simbolo Credo in spiritum sanctum sanctorum communionem. Tercia
sicut secundum naturam unius est spiritus omnis corporis
Ita unius christi corporis unius est spiritus sanctus qui in
totum corpus hoc est in spiritum sanctum qui facit sanctorum
communionem vehit vitam et virtutem et omnia que sunt
membris propria facit esse communia. Ephe. iiii Unum corpus et
unus spiritus. Et hinc est quod dicitur Eze. i Spiritus vite
erat in rotis. Sic ergo et facit unitas corporis communionem
sanctorum afficit etiam dictare passionibus christi cor-
quia sicut dicit apostolus 1 Chor. xii Si quid patitur unum
membrum compatiuntur omnia membra. Et ideo per compassionem
unius membri passio redundat in alia per misericordiam
et miserationes et ex illa communione fluunt in membra deficie-
ncia compassiones cordis consolationes oris et subventio-
nes facultatum in elemosinis et supportationes in firmita-
tum in adiutoriis diversis compatiendo enim assimila-
mur capiti huius corporis quod ex compassione quam habuit
ad nos multis se dedit passionibus ut nobis per eas
subveniret et de hac compassione nostra christo capiti conformante
dicitur Ro. viii Si tamen et compatimur ut et simul
glorificemur. Hinc est quod ex 1 Joh. iii Quoniam quod sicut
christus pro nobis animam suam posuit Ita et nos debemus
pro fratribus animas ponere. Quamdiu enim christus in membris
patitur nos oportet compati si tamen sumus corporis.

volumus esse membra. Unde dicitur Ro. xii Necessitatibus
sanctorum communicantes. hoc est enim communicare necessi-
tatibus Christi membro quando corde suscipimus eorum necessita-
tem per cordis compassionem. hoc est iterum quod ibidem im-
mediate dicit Gaudere cum gaudentibus et flere cum flen-
tibus idipsum in invicem sentientes. Hec etiam communio ab ore
exhibet verbum dulcissime consolationis i Thes v Suscipite
infirmos consolamini pusillanimes patientes estote ad omnes.
Ysa xxxv Dicite pusillanimis confortamini. Eccli xviii Nonne ar-
dorem refrigerabit ros sic verbum melius quam datum Ecce
nonne verbum super datum bonum sed utraque cum homine iustifi-
cato. hoc significatum est Gen xxxi Ubi deus dicit ad
Laban timentem contra Iacob Cave ne quicquam asperum
loquaris ad versum Iacob. quia enim in lucta tribulationis
est membrum Christi non est dicendum verbum exasperans
Sed verbum consolationis. quando enim tribulatus accipit
verbum consolationis in corde dicit id Cant ii Ostende michi
faciem tuam sonat vox tua in auribus meis. vox enim
tua dulcis et facies tua decora Et id Cant iiii Mel et lac
sub lingua eius. Prov xvi Favus mellis composita verba
dulcedo anime sanitas ossium. Hec etiam communio facit
subventionem facultatum in elemosinis quia qui in facultates
libenter subveniunt ad hoc quod a toto corpore redundantiam
spiritualium pro temporalibus accipiant. Unde ii Cor x
Si spiritualium eorum hoc est sanctorum participes facti sunt
gentiles debent et in carnalibus ministrare eis. Hoc
est enim communio Christi communis. Unde ibidem dicitur
Non ut aliis sit remissio vobis autem tribulatio sed ex
equalitate sicut scriptum est Exo xvi Qui multum
non habundavit et qui parum non minoravit et loquitur
de collectione manna quod dant ad equalitatem Et sic
colligens plus de manna quam oportuit vermes non reptant
sed putrefactum fuit Et sicut ~~[illegible]~~ minus colligens non
desistit Ita in corpore mistico divitie subtracte membris
deficientibus non prosunt sed in detrimentum dominorum suorum putre-
scunt et qui parum habet ab aliis debet accipere suarum
necessitatum supplementum. i Ioh iii Qui habuerit
substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necessi-
tatem patientem et clauserit viscera sua ab eo quomodo
est caritas patris in illo. Hic ~~[illegible]~~ Tob iiii Dixit filio suo

Si multum tibi fuerit abundanter tribue si parum
hoc ipsum libenter impertiri stude. Ysa. lviii. Cum effu-
deris esurienti animam tuam et animam afflictam
repleveris orietur in tenebris lux tua et tenebre
tue erunt sicut meridies. Habet etiam commune fiant
supportationes infirmitatum in adiutoriis. Ad Ro-
mano xiiii Debemus nos firmiores imbecillitates infir-
morum sustinere et non nobis placere. Unusquisque
proximo suo placeat in bonum ad edificationem. Gal. vi.
Alter alterius onera portate et sic implebitis legem Christi.
Hinc est quod lex dicit Exo. xxiii. Si videris asinum odien-
tem iacentem sub onere non pertransibis sed sublevabis
cum eo. Ideo etiam dicitur Ysa. lviii dimitte eos qui
confracti sunt liberos et omne onus disrumpe. Et
ibidem paulum ante dissolve colligationes impietatis
solve fasciculos deprimentes. Certa quemadmodum deprimit
et aggravat nostrum in corpore Christi commembrorum suppor-
tare debemus tamquam nostrum. Et hoc significa-
tum est Gen. xlix. Ysachar asinus fortis vidit re-
quiem quod esset bona et terram quod esset optima et
supposuit humerum ad portandum factusque est tributis
serviens. Ysachar qui merces interpretatur signat virum
qui spe mercedis eterne supportat onera aliorum se reputat
obligatum. Sic manus obligatur pedi et pes manui
et hec duo oculis in corpore naturali. Hic ergo statim
supponit humerum supportantem onera proximorum
eo quod videt requiem eternam que talibus debetur laborantibus
et terram viventium que datur pro talibus adiutoriis.
Et hiis tribulationibus adeo expectatus fuerit contra me factis
hoc quod dicitur Sap. iii. Quia bonorum laborum glo-
riosus est fructus. Sic ergo hec communio si per sensum significa-
tum diligenter attendatur facit communicare passio-
nibus mystici corporis. Efficiat etiam omnia nostra
communia tam in spiritualibus quam in corporalibus.
Ut vere in nobis impleatur quod de ecclesia primitiva
scriptum est. Nec quisquam quod possidebat suum esse

A proximorum Ille enim
se reputat fortem ani-
mum quod est animal
onera ferens quia ex debito
communitatis membrorum
corporis Christi ad portanda
onera aliorum

dicebat quod fuerunt illis omnia communia / Hoc .n.
Ecce est habitare fratres in unum sicut dicit ps. Ecce
quam bonum et quam iocundum habitare fratres in
unum. Et si nichil habeant esse invicem divi-
sum. Divisi enim ab unitate communionis communitatis
istorum membrorum divisi sunt procul dubio in-
terunt Sicut dicitur Osee iiii Participes ydolorum effraim
dimitte eum separatum est convivium eorum fornicatione
fornicati sunt dilexerunt afferre ignominiam sordibus protectores
eius. Quia enim particeps est ydolorum non communicat cum
mensa domini / i Chor x Non potestis mense domini participes
esse et mense demoniorum. Unde refectionem spiritualem
cum angelis communem non habet cum mensa domini Et
ideo ille talis dimittendus est quia sum convivium separatum
est a communione sanctorum quia delectatione male concupiscen-
tie fornicatus est a domino suo et protectores eius qui sunt
liberi arbitrii et voluntatis dilexerunt illicita ex quibus
habuit in opere sordis ignominiam / Hinc est quod ps dicit
Congregate illi sanctos eius qui ordinatis eius super sacri-
ficia Quia deus omnium bonorum suorum communionem
super omnia amat sacrificia. Hoc est quod alibi dicit ps
Discommiscendo populos in unum Et serviant domino
sanctorum. Id enim quod sic in unum communem congregat
amor est non tantum congregatorum sed conventum. Et de
hac caritate unionis scriptum est / i Chor xiii Quia non
querit que sua sunt sed que aliorum Quod glosans Aug
dicit Quia communia propriis non propria communibus ante-
ponit Ex hac enim communione habet ecclesia ut omnibus sati-
sfaciat in indulgentiis quia quod uni deest suppletur
ex habundantiis aliorum. Omnis enim habundantia est
in Cristi corporis communione In qua sicut dicitur Col i
Omnes thesauri sapientie et scientie dei sunt absconditi
Hinc gratias agit apostolus i Chor i Gratias ago deo quia
in omnibus divites facti estis in illo in omni verbo et
in omni scientia sicut testimonium Cristi confirmatum est
in nobis. Ita ut nichil desit vobis in ulla gratia Ubi enim
commune meritum efficitur omne meritum Cristi beate vir-
ginis angelorum patriarcharum apostolorum martirum
et omne meritum electorum dei Et ideo nullus ibi pauper
invenitur Omnes enim sicut dicitur eccl xliiii sunt divites

In veritate pulcritudinis studium habentes. Hec co-
munio est thezaurus absconditus in agro domini corporis
Sicut dicitur Math. xiii thezaurum quem invenit homo
abscondit et pre gaudio illius vadit et vendit omnia
que habet et emit agrum illum et de hoc dicitur Sap.
vii venerunt mihi omnia bona pariter cum illa
et innumerabilis honestas per manus illius. hoc est ergo
Psalmus dicit Repleti sumus mane misericordia tua et exul-
tavimus et delectati sumus. quia nullum bonum est ergo in
hac communione non inveniatur. hec enim communio corporis
sapientie dei que est christus. Sicut dicitur Sap. vii in-
finitus est thezaurus hominibus quo qui usi sunt participes
facti sunt amicitie dei. Ex hac communione accipit intelli-
gentias certa sicut dictum est. Secundum communio supplet et
habundantius aliorum. Unde ii Cor. ii Cui autem
aliquid donasti et ego. nam et ego quod donavi propter
vos donavi in persona christi. Sic et omnia nostra facit quia
communio sanctorum in corpore christi. Afficit etiam divi-
norum et humanorum. hec communio verissima que
Deus enim in ea cum omnibus bonis suis est in homine
et homo in deo est deus et homo et ydiomata in omnibus
nobis. Hoc sit verum quod dicitur i Cor. xv Erit deus
omnia in omnibus. deus enim ad se nos inclinat in hac
communione et humana nostra in ipsum exaltat et hoc sepe a patri-
bus antiquis desideratum est et oratum. ps. Domine
inclina celos tuos et descende. ys. lxiiii utinam dirum-
peres celos et descenderes. et alius gaudens aliis innuit
Baruch iii sic dicens. post hoc in terris visus est et cum ho-
minibus conversatus est humana natura sua faciens et divina
sua nobis largiens. In tali aspectu Petrus dicit Math.
xvii Domine bonum est hic nos esse. si vis faciamus hic tria
tabernacula tibi unum moysi et helie unum. Constat enim quod
dilectus communio divinorum et in ea delectationem mundi
desiderabat in gustu divinorum permanere. propter dig-
nitatem illius communionis dicit apostolus Ad philippenses i Cum omni
gaudio deprecationem faciens communicationem vestram
in evangelio. Unde etiam scribens ad philomonem dicit
Semper memoriam tui faciens in orationibus meis.

audiens caritatem tuam et fidem quam habes in
domino ihesu et in omnes sanctos. Hec communicatio fidei
tue audiens fiat in agnitione omnis boni in Cristo
ihesu. De ista communicatione dicitur Act. ii. de omnibus cre-
dentibus: erant perseverantes in doctrina apostolorum commu-
nicatione fractione panis et oratione. Ecclesia communicatio
fractionis omnium bonorum divinorum et humanorum
confecerat communicationem. Propter ergo hec et hiis si-
milia hoc sacramentum ponitur pro genere communionis
a personis omnibus ante nos existentibus. Ponitur autem
hoc sacramentum in genere sacrificii et in hoc notantur ponitur hoc sacramentum in genere sacrificii
quatuor s. primum sacramenti auctoritas et antiquitas
secundum sacramenti sanctitas tercium sacramenti acceptabilitas et
quartum sacramenti veritas. Antiquitatem autem et auctoritatem
simul ponimus. Ecclesia auctoritas precium pendebat pendet ex an-
tiquitate. Dicit autem ambrosius quod nostra sacramenta esse
antiquiora quam sacramenta veteris testamenti. Ecclesia melchisede-
ch qui ante legem fuit qui erat sacerdos dei summi panem
et vinum obtulit in figuram nostra antequam sacramentum aliquod de
sacrificiis legalibus esset institutum. Et quia antiquiora sunt
nostra sacramenta maiorem debent habere reverenciam precipue
cum in eisdem speciebus que modo in usu habemus sunt oblata
De auctoritate autem dicitur in psalmo ubi legitur de filio
domino super omnem sacerdotem dicens: Iuravit dominus
et non penitebit eum tu es sacerdos secundum ordinem melch[isedech]
Et hoc dominus dixit postquam ordo leviticus fuerat institutus
de quo ordine in eternum mencio non fuerat. Patet
igitur quod antiquitate et auctoritate et iure iurandi confirma-
tione et permanencia in eternum hoc sacrificium dignius
est omnibus sacramentis et sacrificiis. Et ideo illud solum
est quod perfectum et consummatum est. Unde hebr. vii dicitur
Si consummatio per sacerdotem leviticum erat populus enim
sub ipso legem accepit quid adhuc necessarium fuit secundum
ordinem melchisedech alium surgere sacerdotem et non
secundum aaron dici. Translato enim sacerdocio necesse
est ut legis translacio fiat. Ex quo patet quod istud est et anti-
quius et auctoritate plenius et sanctitate perfectius omni
sacramento et sacrificio. Unde ibidem capitulo predicto
Reprobatio quidem fit precedentis mandati propter infirmi-
tatem eius et inutilitatem. Nichil enim ad perfectum adduxit

Lex. introductio sit melioris spei per quam proximam
ad deum. Ex hiis que dicta sunt accipitur quod hoc sacra-
mentum quatuor habet in se que in nullo alio sacramento
simul inveniuntur. Est enim antiquitate venerandum. Auctoritate
divina sanctitatis iuramento confirmatum, et sua per-
fectione preventum. Antiquitate quidem quia ab eo ipso be-
atus sacerdos erat dei summi sine patre sine matre sine genealogia
assimilato filio dei sicut dicitur Heb. vii. omnium divinorum sa-
crificiorum institutionem presignatur. Auctoritate vero at
sanctificationem quia ab ipso deo patre collatum est hoc
sacrificii sacerdotium sicut dicitur Heb. v. Cristus non
semetipsum clarificavit ut pontifex fieret sed qui lo-
cutus est ad eum: Tu es sacerdos in eternum secundum
ordinem melchisedech. Iuramento autem est confirmatum
sicut dicitur in ps. Iuravit dominus et non penitebit
eum tu es sa. se. in eter. se. or. mel. Sua autem perfectione
est preventum quia propter perfectionem istius sacramenti
veteris legis tam lege et sacerdotio sunt abolita et
istud in perpetuum statuitur observandum. Unde Heb. vii
hic eo quod maneat in eternum sempiternum habet sacerdotium un-
de salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad deum semper
vivens ad interpellandum pro nobis. Ex hiis igitur hoc sa-
cramentum sue dignitatis habet auctoritatem et venerationem
pre omnibus aliis tam nove quam veteris legis. Habet
etiam pre omnibus sacrificiis sanctitatem et sanctificationis
operationem et illam quidem habet ex quatuor que in
hoc sacrificio inveniuntur et non in alio simul quorum
primum est. Prima est in omnibus significativum secundum
quia omnibus aliis adeo acceptatur voluntati divine est
acceptissimum. Tertium est quia valore est excellentissimum.
Quartum quia pro omnibus hominibus redimendis ipsum
solum est oblatum. Quamvis enim multa fuerunt sa-
crificia et ante legem et in lege deo a patribus oblata
efficacie quam illa que delet mortalia, non hoc sacramento delentur venialia. Item in
sacramento baptismi delentur omnia mortalia et venialia, propter quod non requiritur planctus vel
gemitus vel confessio post baptismum digne susceptum, immo iniuria fieret ipsi sacramento
si fieret confessio in baptismo. Ad primum ergo si per hoc sacramentum delentur venialia
contingeret tamen quod aliquis accedens ad sacramentum unionis non contritus, neque confessus
super quibusdam venialibus quorum non fuit recordatus ante accessum, si postea reducet
illa ad memoriam non debet confiteri ea, immo iniuriaretur ipsi sacramento si confiteretur
ea, quod tamen non sit verum, ergo quod virtute huius sacramenti non delentur venialia. Item quod aliquis
suscipiens aliquod sacramentum existit in dispositione contraria effectui ipsius sacramenti, virtus
sacramenti non habet in illo efficaciam, ubi gratia virtute baptismi delentur peccata mortalia
quod si aliquis suscipiens sacramentum baptismi esset in actuali voluntate peccandi mortaliter
non haberet efficaciam virtus sacramenti, sed si quis uxorem diligit plus deo inordinate
existens in actuali voluntate in illo non habebit effectum virtus sacramenti si eius effectus
sit deletio venialium, sed hoc non est verum, ergo [illegible] [illegible] virtute huius sacramenti

delent' venialia / unde que p illa pte inducta sunt concedimus / Ad illud
qd p° obic' in contrariu scz q accidens accedit contritus / et contricio delent' mortalia
etc / Dicendum q hoc non sequit' / Gra namqz contricionis / qa reddit hoiem gratum et reconci
liatum deo / scz opponit cu pctm mortale / q p se hoiem separat a deo / et incurrit odiu
et offensam dei / nec comparat' i sensu / Peccatum em veniale non auffert hoiem a deo
nec p illud incurrit hō offensam dei / p q° non scz opponit gra contricionis tunc
unde bn comparat' illud sensu / veniale em pctm tamen scz amorem creature
inordinatu sub deo / unde non auffert a deo / sicut mortale / qd tollit ex amore
creature p deum / unde qa pcedit ex amore / qui lz sit inordinatus / tn
est sub deo / nunqm sit est cu gra / Ad qd obic' q gra delens unu mor
tale / delet oia / igr gra delens unu veniale / delet omnia / Dicendum q non sequit'
Gra namqz delens unu mortale / delet oia / qa scz opponit cuilibet mortali unde
contrarium ad illud / unde unaqz scz ronem cuilibet mortali / In mortali em duo sunt
aversio / et conversio / contrarium ad aversionem oia mortalia sunt / qa illud a quo e aversio e
unu et pvatis aversionis / In conversione aut est unicuiqz ronis / e sicut pvatis
vite corporis / contrarium aut ad conversionem e oia peccata / unum aliud e pti avaricie
aliud luxurie etc de aliis / Gra aut scz opponit cuilibet pcto mortali / ronem aversionis
unde est qm formalis oppo° inter graciam et pctm mortale / qa aversio e ta formale
et consumacio pcti / qa i gra oppo' pcto / eo unde oia pcta sunt unu / Ergo hoc
ronem qua unum delet et oia / Si venialia pcta non habet opponitur / ea ronem
qua unum sunt / illud ei unu unum sit e adr inordinatu creature sub deo / hoc
aut non oppo' gre / Peccatum adr ille inordinatus / non e v° unius / neqz unius
ronis / qa interest magis inordinatus / ille min° non sit e de aversione mortalis
et si sit aliqua oppositio gre / ex aliqua condicione illius cuiuslibet veniali / tn qa
non oppo' illi / ronem qua unum est cu aliis / sicut est de mortali / non oz q si de
let unu veniale / q delet oia sicut ex pte alia / Ad qd obic' q si aliquis
habeat .x. venialia / qua ronem delebit hoc et illud / Dicendum q non sequit' / Posito
enim q aliquis commodavit alicui .x. / dimisimus ita q p° x. et ° v. / ita dr
ei .x. / si debitor impotens solvere / totum debitum solvat parcum / scz v non est
adr ro quare illa quinqz satisfaciat p debito unius / qm nagis / q altius / vel
tercii / sed io non sequit' q ia quinqz soluta / ut satisfaciant p aliis quinarijs debitis
aut prelibus / immo in voluntate creditoris e accipe v / soluta p p° quinarijs / vel
2° / vel 3° / sicut e in proposito / In voluntate em dei est remittere debitori / sunt dimittere
mitte ei actus venialium / plures vel pauciores / unde in agentibus ex
necessitate nature nunqm tenent dictum argumentum / In agentibus vo voluntarie non / Item
existimo tn q gra illius sacramenti / delent' cuiusqz venialia / que magis contraria
pcip° effectui huius sacramenti / qui e unio membrorum adinvicem / et cu capi
te sicut sunt venialia / que pveniunt ex defectu amoris / ut sunt venialia
odii / vel discordie / quecunqz aa que minus sunt contraria / sicut que pveniunt ex de
fectu fidei / hoc vr tenere Hugo in sermone quodam / Sacramentum id duo
operat' in nobis / ut virtutem minuat / et in quotidianis pctis tollat quo
consensum / Si quis vero non tam sepe neqz tam acerbe sentit motus
iracundie / luxurie / invidie / et ceteros huius / gratias agit corpori et sanguini domini
qui virtus sacramenti operat' in eo / Pt ra dici qr pcta et pncipalis unio membrorum

sicut

ad invicem / et cum capite est per caritatem / sed non per fidem / sic secundo gratia sacra-
mentali effectum huius sacramenti / venialia / que proveniunt ex defectu amoris / deinde ex
defectu fidei / tamen in deletione venialium / primo delentur ut existimo / veni-
alia que proveniunt ex defectu caritatis / secundo ex defectu fidei / nec dico defectum caren-
tiam / sed imperfectionem / et sic in hiis que primo occurrunt / hec tamen non assero / sed opinando
dico / Ad quod obicitur / quod venialia non delentur nisi gratia perfecta etc. / Dicendum / quod cum dicitur
gratia perfecta / duo dicuntur scilicet gratia et perfectio / Tunc dico quod licet gratia non sit effectus
huius sacramenti / dico gratia gratum faciens / tamen perfectio eius est quidam effectus illius sacramenti
Dicit enim Innocentius quod per huius sacramenti virtutem / omnes virtutes augentur / et omnium
gratiarum fructus exuberant / Tunc virtute huius augmenti gratie / quod est a virtute huius sacramenti
delet gratia venialia / Ad quod obicitur / quod venialia sunt amoris inherentie / sed venialia
alia mortalia / Tunc respectu ad eorum deletionem / utrumque amoris efficacie / sed utrumque delet
mortalia / Dicendum quod non dicuntur amoris inherentie / quia tenacius insunt anime / et difficilius
tolluntur / Sed quia proveniunt ex eo difficilius custodiendo ne fiant / quia quantacumque
assit diligentia / non potest homo cavere sibi omnino a venialibus / ideo vocantur consuetudine amoris
inherentie / quia tenacius insunt / si quia eo vero insunt / non ita possunt tolli / quia ipse
sicut potest causa mortalium / sed dicuntur esse amoris inherentie / non quia aliquid determinate
magis inheret / sed quia aliquid indeterminate / Tunc maioritas inherentie respondet
indeterminate ad aliquid omnium / non determinate ad unum / Ad quod obicitur / quod si delet
venialia faciens confessionem de venialibus per susceptionem / iniuriatur sacramento / Dicendum quod hoc
non est verum / quia et si virtute illius delentur venialia / eo quod non constat que venialia
possit ad plenitudinem confiteri / maiorem expedit confiteri / illa per susceptionem / nec confiteri pre-
iudicat ipsi sacramento in aliquo / Ad quod obicitur quod mortale sequens baptismum evacuat etc.
Dicendum quod non est simile / quia mortale sequens susceptionem baptismi / sola tollit gratuita in ¶ Item extinguitur
susceptione collata mortalibus et gratuitorum / quod non facit aliquid veniale / Tunc si non
tollit aliquod gratuitum / non tollit gratiam / hoc sacramento collatam / Tunc non est simile
quod per illi inducitur / Ad quod obicitur / quod quando aliquis existit in dispositione contraria effectum
alicuius sacramenti / virtus sacramenti non habet in illo efficaciam / Dicendum quod hoc verum est quantum ad
illud peccatum / quod tunc manet in actuali voluntate / non quantum ad alia / Et loquor
de venialibus / Tollo enim semper uno veniali remittitur illud / licet sit in voluntate de
actuali alterius / Similiter dico in proposito quod licet quis existat in actuali voluntate
unius venialis / tamen virtute huius sacramenti remittitur illi aliud / non tamen illud / Sed
de mortalibus generaliter verum est / quod existente in actuali voluntate unius non remittitur remittitur
nec illud nec aliud / Tunc generaliter est verum quod si aliquis est in dispositione contraria
effectui alicuius mortalis / virtus sacramenti non habet in illo effectum / non sic autem si ex vo-
luntate alicuius venialis sit in dispositione contraria effectui alicuius sacramenti etc.

De secundo queritur an virtute huius sacramenti deleantur mortalia / Et primo si deleantur
quantum ad culpam / secundo si quantum ad penam / Circa primum ad partem affirmativam
procedit sic Iulius papa de consecratione distinctione 2 / Cum omne crimen atque peccatum oblatis deo
sacrificiis deleatur / quid de cetero pro delictorum expiatione deo dabitur / qui in
ipsa sacrificii oblatione erratur / Ecce plane dicit canon / quod omne crimen et omne peccatum
hoc sacrificio deletur / Item Hylarius de trinitate VIII / Hec accepta atque exhausta fa-
ciunt / ut et nos in Christo et Christus in nobis sit / sed hoc non posset nisi per gratiam gratum facientem
ergo in hoc sacramento confertur gratia gratum faciens / Item Damascenus / Corpus domini omnibus recipientibus est
unctio / omnis sordis est purgatio / Item Iohannes 6 / Caro Christi est spiritus vivificans / Sed

nulle est vivificatio nisi mortui/ ergo etc. Item in collecta dicitur/ Sit ablucio scelerum/ sit
fortitudo fragilium/ Scelera dicuntur mortalia peccata/ quorum ablucionem postulat ecclesia
virtute huius sacramenti/ sed frustra fieret huiusmodi peticio/ nisi virtute huius sacramenti fieret huiusmodi
ablucio/ Item Johannis vi°/ Qui manducaverit ex hoc pane vivet in eternum/ Sed hec persona que
manducat non promittitur vita eterna/ Sed non promittitur vita eterna nisi merenti virtute gracie
gratum facientis/ ergo cum comedenti promittitur vita eterna/ comedens efficacia huius
sacramenti meretur vitam eternam/ sed non nisi gracia gratum faciente/ ergo effectus huius sacramenti est gracia
gratum faciens/ Item sacramentum istud est sacramentum sive signum passionis Christi/ sicut et baptismus/ et
ita expressius sit passionis Christi sicut et baptismus/ Si ergo baptismus virtute passionis Christi quam significat
delet mortalia/ et hoc sacramentum fortius delebit/ Item magis continet illud sacramentum
in quo ille qui est auctor gracie et indultor peccatorum est/ sacramentum et res abundare
in effectu gracie quam alia sacramenta/ ergo cum in aliis sacramentis conferatur gracia delens
mortalia/ magis videtur quod debet hoc huic sacramento dari/ Item de baptismo ita est/ quod eius
efficacie est unius et alius quantum ad delecionem culpe mortalis/ Similiter videtur quod debet
esse de immolacione corporis Christi/ et ita immolacio in altari debet esse tante efficacie
quante immolacio in cruce/ Item Ambrosius de sacramentis/ potior est veritas quam figura/ Item
i Corinthios x° hec autem in figura facta sunt/ glosa. In bonis ut in malis quia quod
per figuram significatur quam ipsa figura/ Cum ergo per quod res significata per aliquod signum vel sacramentum
melior est quam ipsum signum/ Sed passio domini est signum huius immolacionis ergo et immo-
lacio potior est/ Sed bonitas sacramentorum est ex efficacia eorum/ ergo cum morte Christi
deleta sunt mortalia/ et hac immolacione debent deleri/ In oppositum est Augustinus ad
renatum/ Cuius efficit corpus Christi nisi pro hiis qui sunt membra Christi/ ergo hoc sacramentum
efficaciam habet solum in membris Christi/ sed nullum membrum Christi habet peccatum mortale ergo etc. Item
Ambrosius/ Spiritualiter manducat qui innocenciam ad altare portat/ Sed qui est
in mortali portat mortem/ ergo non manducat spiritualiter/ Sed in spiritualiter man-
ducantibus tantum habet effectum ergo etc. Item si delet peccatum mortale/ aut hoc est in
indigne accedentibus/ aut in digne/ non in indigne quia tales sibi iudicium
manducant et bibunt i Corinthios xi ergo indigne accedentibus/ Sed si quis digne
accedit/ accedit sine mortali/ ergo in mortalibus non delet mortale/ Ad hoc respondetur
allegacio in una parte sic stante allegando Innocentium tercium qui dicit/ Eu-
karistia si digne sumatur a malo liberat et conservat in bono/ venialia
delet/ et cavet mortalia/ Unde promittitur in oracione dominica/ panem nostrum
cottidianum da nobis hodie/ et statim adiungitur/ dimitte nobis debita nostra/ Et ne
nos inducas in temptacionem/ sed etc./ quia per panem istum liberamur a malis preteritis presenti-
bus et futuris/ hec Innocencius/ ergo effectus huius sacramenti sunt delecio venialis
cautela mortalis/ et augmentum gracie/ qua homo conservatur in bono/ Quod ergo di-
cunt sacri orthodoxi/ quod virtute huius sacramenti delentur crimina/ et abluuntur
scelera/ hoc non dicitur/ quia effectus proprius huius sacramenti sit delere crimina/ Sed
quadam inproprietate loquendi/ et ad commendacionem sacramenti/ dicunt ipsa deleri/ quia ab
illis cavetur virtute sacramenti/ et confirmatur in bono/ Dicunt enim virtute huius sa-
cramenti mortalia deleri/ non quia ea inveniunt et hoc sacramento delentur/ sed quia
augmento gracie roboratur homo contra pronitatem ad malum/ et redditur cautus contra
negligenciam sive ingratitudinem committibus quibus non labitur in peccatum mortale/ Dicuntur
ergo mortalia deleri quia delentur impedimenta ad mortale/ postea in confirmacione
in bono/ omnia mala preterita delentur/ quia et reliquie malorum et reatus/ quia
igitur ex confirmacione per virtutem huius sacramenti/ non contingere dicitur omne peccatum

omne pacium hoc sacrificio delectari / ideo enim est perfecta delectacio / quo fit consu-
macio in bono / Et hoc patet per ypo ad hebr. / Dominus albertus magnus in tractatu
de divinissimo sacramento ca° ix° et x° post valores effectus huius benedicti sacramenti
dicit / quod hoc sacramentum eukaristia vocatur / quia non solum bonam graciam in nobis operatur
et omnes suos effectus et optime gracie effectus / hoc autem in quatuor probat / quorum primum
est quod hoc sacramentum proprium habet gracie effectum / Secundum quod est specialis gracie apud deum et inven-
tiuum / Tercium quod primus est deo acceptum / quartum quia nichil est in eo non gratum / De primo dicit
apostolus ad ebreos xiii° et dicit de eukaristia / optimum est gracia stabilire cor / gracia quoque cor
stabilit et confortat / ad hoc quod in bono diucius permoueat / hoc autem specialiter
hec gracia facit / sicut dicit propheta / panis cor hominis confirmat / ex debilitate enim omnis homo
hac gracia destitutus mutat et vacillat seipsum in bono tenere non valens
huius media destitutus diu mutaueat paulus / sicut dicitur actuum ix° / Cum acce-
pisset huius gracie cibum confortatus est / hec vero gracia cibus autem vegetans ad
saturitatem et confortacionem / Cui omnia alia nec saturitatem afferunt nec robur con-
fortacionis / dicente anna que gracia interpretatur primo Regum ii° / Repleti prius pro panibus
se locauerunt / et famelici saturati sunt / Cum enim plus in glutonie vetere re-
pleti sunt / et pro petrinis se locant temporalem querentes saturitatem / nichil penitus gracie
saturitatis et confortacionis accipiunt / Famelici autem cibum dei desiderantes sa-
turantur et confortantur / et hoc est quod dicit beata virgo luce i° / Esurientes impleuit bonis
et diuites / sufficiunt in temporali refectionem querentes / dimisit inanes / Cum enim dona
huius gracie continue refectionem vacui sunt gracia dei / et de hac gracia edendi non habent
potestatem / dicente apostolo i Cor. xi° Conuenientibus vobis in vnum iam non est dominica
cena manducare / vnusquisque enim suam cenam presumit ad manducandum / et alius
quidem esurit / alius vero ebrius est / ac si dicat / si aliquam gracie refectionem quereret
hanc graciam percipere non potestis / alius enim concupiscencia illectus temporalem affectum esurit
alius autem dilectionem carnali repletus ipsam et ebrius est / Et ideo istis talibus graciam non
alius ad dilectionem carnali repletus... hoc est quod dicit psalmus primo / Iustus
comedentibus non contingit dominica cena manducare / hoc est quod dicit psalmus primo / Iustus
comedit et replet animam suam / venter autem impiorum insaciabilis / quia graciam
facit / et proprium habet effectum hoc sacramentum in cibo acceptum / ipse non gracie accepit /
et ideo dicitur eukaristia nominatur / eukaristia id est bona gracia / Secundum fuit quod specialis gracie tamen
deo est inventiuum / pro omnibus enim invenit graciam oblatum in cruce / et ideo quando dicit hoc
sacramentum suis discipulis tradidit math. xxvi° et mar. primo / et luce xxii° dixit / hoc
est corpus meum quod pro vobis tradetur / et sic graciam totam deo inveniet / Tercio
dicit quod deo speciali acceptum / quia specialibus gracie est ostensiuum / vnde math. xxvi°
mar. vi° / luce ix° Jo vi° / et gracia sacramentalis perficitur in panibus / quibus duas
turbas saciauit / Cum premittitur / accepit iesus panes et benedixit / ac fregit / sicut
quod gloza dicit / quod accepit / quoniam hoc sacramentum speciali acceptatur / inter omnes gracias
quas hominibus exhibuit / quia enim speciali gracie non habere / quod in gracia ipsi facti gracie
est acceptissimum / psalmo l° acceptabis sacrificium iusticie oblaciones et holocau-
sta tunc imponent super altare tuum vitulos / Sacrificium enim iusticie est / quod omnem pro nobis
perfecit iusticiam / et quod speciale in gracia deo est acceptum / Sacramentum est eukaristie
in quo oblaciones sunt corporis anime sanguinis et spiritus et diuinitatis / et holocausta

agni eundem tempore immolandi / catharmae / et cathareisse / sicut dicitur leuitici xxvo /
/ Cum agnus totum in igne calcis se accendit / et odorem suauissime grate apud deum
et tercia gratia / ponentes ad nidus vitulos / hic est omnem talem peculiaritatem maiestates imponimus super altare sacrificii / igne caritatis pura ibi offerentes / vt accepta
sint / inuenti sacrificii acceptacionem / Certum est / quia nichil est in hoc sacramento non congruum
primo enim que in ipso sunt / sunt corpus et anima et deitas / Corpus autem est ex purissimis sanguinibus gloriose virginis / que spiritussancti gratia sunt mundati / nulla vnquam originalis vel actualis peccati macula infecti / anima autem a deo patre et filio et spiritusancto
ad ymaginem dei perfectissime creata de nouo / et deitas eterna / in cuius medietatem
nichil vnquam immundum potuit intrare / Sapientie vii° / propter suam mundiciam nichil inquinatum incurrit in illam / et sic in mali et noua gratia hic genuit antiquam et nouum
et eternum / antiquum quidem cum in antiquitatibus per gratiam assumptum / quia in nullo culpe
et assumpsit corpus / sed suis voluntate assumpsit penam / sicut dicitur Jo[hannis] vi° / Qui de
celo venit super omnes est / dicit et glosa ibidem / Sed quod de celo corpus attulit / sed quia
hoc quod ad immunitatem culpe de altitudine humane vite assumpsit / et hoc corpus
plenum gratia fuit propter duas causas / quarum vna est quia corpus altissime diuine in gratia fuit
Alia autem est / quia corpus manibus spiritussancti formatum totum fuit gratie promptuarium
Et ergo hoc sacramentum est gratia super gratiam / quia cumulum continet gratiarum / Confert enim
hoc sacramentum gratiam commonicionis / et super hanc gratiam expiacionis / et super has duas gratias
redempcionis / et super has tres confert gratiam iustificacionis / et super has iiiior dat
gratiam refectionis spiritualis / Et super has v sit gloriam eterne beatitudinis / Sic patet
quod hoc sacramentum confert cumulum gratie et sanctitatis / Ex corpore quidem confert gratiam corporis
omnium eius membrorum / ex sanguine autem dat gratiam expiacionis / ex anima gratiam redempcionis
/ et ex spiritu qui dat gratiam viuificacionis et virtutis / ex deitate autem affert gratiam refectionis
/ et ex toto signo sacramenti dat gratiam eterne beatitudinis / Et de comunicacione quidem corporis dicit apostolus
i Cor[inthios] xi° / panis quem frangimus nonne communicacio corporis est quod dicit sic est / quia sicut
idem dicit infra ca° xii° / Sicut in vno corpore multa membra habemus singulariter
omnia autem membra non eundem actum habent / ita vnum corpus sumus in christo / Dicit enim in
vno corpore est natura et vnio omnium membrorum fuit vna in corpore christi omnis bonitas
et omnis gratie communicacio / ita in corpore mistico / per corpus christi vnum omnes in omnibus
gratiis christi et omnium fidelium communicamus / participem me fac deus omnium timencium te
et custodiencium mandata tua deus / sicut dicit de fidelibus dicitur actuum v° / Et erant
illis omnia communia / et diuidebatur vnicuique prout cuique opus erat quisquam egens inter illos
sicut est sic in illis / Quod dicit apostolus i Cor[inthios] xv° ex equalitate sicut scriptum est de manna
Exodi xvi° / Qui multum non abundauit / et qui parum non minorauit / omnibus
enim in hac communione corporis christi omnia que sunt corporis sunt communia / sicut et membris
corporis est vna omnia bona corporis continuerit / hec est sanctorum communio / quam in
simbolo nostro confitemur dicentes credo in sanctorum communionem / quia in communione
corporis christi omnia que sunt christi et fidelium / fiunt nobis omnibus communia / sicut dicitur ii
Cor[inthios] viii° / vestra habundancia illorum inopiam suppleat / vt et illorum abundancia
vestre inopie sit supplementum / Hec enim sunt promptuaria huius sacramenti / de quibus
dicitur / promptuaria eorum plena eructancia ex hoc in illud / Et hoc est quod in
conspicanti iocunditate / secundo de plenitudine ista accipientur .i. gratiarum actione

dicit psalmista Memoriam abundantie suavitatis tue eructabunt et iusticia tua ex-
ultabunt. Ipsi enim istam memoriam habundantie istius sacramenti habent et ore sentiunt
de plenitudine illa eructant suavitatem et exultant iusticia abundantissima ad
omnem plenitudinem gratiarum. Super hac sacramenti plenitudine in omni gratia confert
etiam gratiam expiationis ab omnibus peccatorum maculis etc. De aliis autem gratiis scilicet
redemptionis iustificationis et spiritualis refectionis et glorie eterne beatitudinis vide Al-
bertum in libro de eukaristie sacramento eukaristie capitulo v° cum medium d. ista satis
diffuse et integraliter deducit. Et infra capitulo vij° ponit duplices effectus huius
venerabilis sacramenti scilicet essenciales et adiunctos. Essentialis autem effectus huius sacramenti
est restauratio deperditi in spirituali vita quam homo incurrit ex longa abstinentia
cibi spiritualis. Adiuncti autem effectus sunt duplices quidam in tantum et alii in fructu
In tantum quantum dicitur hoc donum unitivum confortativum et talis intensivum. In
fructu autem dicitur sacramentum vitalis et sacramentum receptionis celestis beatitudinis. Primus quidem
effectus qui essencialis est quod donum istud medicine spiritualis est restaura-
tivum sicut cibus corporalis medicinam restaurat corporalem et hoc est quod propheta dei donum
vidit psalmista Pasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me. Inpin-
guasti in oleo caput meum et calix tuus inebrians quam preclarus est. In eo enim
quod dicit quod mensam dicit panis refectionem innuit. In eo autem quod dicit adversus eos
qui tribulant me innuit quod hec mensa confortat contra eos et quod medicina in spiritualia
inducitur in ducuntur virtute. In eo autem quod dicit inpinguasti in oleo caput meum
innuit crassitudinem huius doni dulcedinis que delectabiliter nutrit. Et in eo quod
dicit calix inebrians quam preclarus est innuit quod fervorem calidum et dulcem qui
spiritualia membra infundit ad sui oblivionem et raptum in divinarum delectacionum in
optima ebrietate. De adiuncto autem effectu inquirendum est unitivum dicitur Jo vi° Qui
manducat carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in eo. De
confortacione autem dicitur in psalmista panis cor hominis confirmat. Et de intensivo talis dicitur
Canticorum v° Comedite amici et bibite et inebriamini karissimi. Et hec sufficienter
tractantur que satis multa in antecedentibus dicta sunt. De effectu autem que habet in fructu
vitale eo quod quicquid figurale fuit in veteribus sacramentis hic oritur in veritate
ut dicitur Jo primo Gracia et veritas per Ihesum Christum facta est. Et item ibidem Vidimus
gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre plenum gracia et veritate. In veritate enim conficit
hoc sacramentum et non in umbra typi antiqui. Sic enim veritas de terra orta est sic
est de terreni et corporis et sanguinis dono et sacramento. In fructu autem beatitudinem
futurorum dicitur Luce xvij Beatus qui manducabit panem in regno celorum. Nullo
ergo destituitur effectu eo quod habet omnia que desiderant instructionem in fructu et gracie
refectionis desiderantur in tantum. Est vero advertendum quod in hoc sacramenti dono sicut
dicit Hylarius in viij° libro de trinitate quod hoc donum non ad eum perficit unionem. Sed
naturalem vult unionem verum unionem naturalem quia per hoc sacramentum Christus in nobis
per naturam manet naturaliter et nos in ipso per corpus et animam que quasi due nature
sunt in nobis. Ipse enim naturaliter unitur nobis per humanitatem et divinitatem et nos
in ipso manemus spiritualiter per spiritualem manducationem et corporaliter per sacramentalem
manducationem sicut omnis perinducta auctoritas Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem
meum in me manet et ego in eo Jo vj°. Sic ergo hoc donum nullo effectu destitutum
non est donum. Hec Albertus in libro ubi supra

Ad secundum quod dicit Hylarius quod haec exhausta faciunt ut nos simus in Christo etc.
Dicendum quod hoc non intelligitur quia virtute huius sacramenti non uniti uniantur dico efficacia
gratiali, sed quia uniti fortius uniuntur, et in unione iam praecedente continuantur. Unde non
dicit ut nos simus in deo, sed est, facit ut nos qui sumus in deo, simus firmiter et
in eo continuemur. Ad 3m dicendum quod hoc est sacramentum vivificans. Dicendum quod hoc est per continuationem
in vita non per collationem vitae nisi in casu ut alibi patet. Ad quod obicitur de collatione
illa sit ablutio scelerum patet [illegible] ab hoc ei sacramento est praestita ablutio inquantum
ad ipsum est operatio in bono. Ad quod obicitur quod qui manducaverit ex hoc pane vi-
vet in aeternum etc. Hoc non dicit quia manducando mereatur vitam aeternam, sed quia hoc cibo robo-
ratur in virtute et continuatur in bono, ad quod sequitur vita aeterna. Unde licet comedenti
promittatur vita aeterna, non propter hoc sequitur quod efficacia huius sacramenti mereatur comedens
vitam aeternam, ut tamen efficienter, sed ut cooperante. Gratia enim quantum facit sine ea tamen gra-
tuita est ut efficiens non tamen huius. Sed utique sacramenti cooperatur merenti roborando illud
in virtute et continuando. Ad quod obicitur quod ita expresse est sacramentum corporis et passionis sicut baptismus.
Dicendum quod et si utrumque sacramentum repraesentat passionem Christi differenter tamen, quia baptismus post
passionem, hoc sacramentum in ipso corpus passum. Panis enim et vinum significat ipsum corpus
qui fuit ex purissimis partibus carnis et guttis sanguinis beatae virginis. Unde oblatio
illa quae fit in altari repraesentat corporis oblationem in ara crucis. Sed sacramentum baptismi
significat post ablutionem, quia fuit hoc per gratiam virtute passionis Christi. Illa enim ablutio aquae
repraesentat ablutionem quae fiebat in effusione sanguinis de qua Apoc. i°: lavit
nos a peccatis nostris in sanguine suo. Praeterea significat immersionem Christi in mortem, unde quod dicitur
Rom. vi°: quicumque baptizati sumus in morte Christi baptizati sumus. Glossa: in si-
militudinem mortis ipsius, ut sicut Christus semel mortuus est in carne et semper vivit, et nos
mortui malo semper vivamus per baptismum bono. Unde et quantum ad illud quod efficit
baptismus scilicet ablutionem a culpa, et quantum ad id quod non facit scilicet immersionem Christi in mor-
tem, repraesentat post passionem Christi. Baptismus in significat post passionem Christi, sacramentum ad Christum
passum. Unde istud est sacramentum ut est in facto esse, sacramentum baptismi ut est in fieri. Baptismus
enim est sacramentum, ut est in fieri ut scilicet ablutio. Unde dico quod expressius repraesentat
baptismus illud quod immediatius fuit causa salutis. Ex hoc ipso patet ad aliud quia ex
hac repraesentatione magis congruebat quod baptismus deleret efficacia plenae purgandi quam sacramento
isti, nec in aliquo praeiudicatur nobilitati huius sacramenti quod illo sumpto non delet culpa mor-
talis, sed magis attestatur. Cibus enim iste plus licet tam nobilis et tam pretiosus est
quod non debet dari nisi filiis. Ad quod obicitur quod in baptismo est aeque efficaciae sicut aliquid nunc
aliqua immolatio debet etc. Dicendum quod non est plene, baptismus enim non sacramentum sed ad baptismum
sicut immolatio ad immolationem, immolatio enim altaris habet efficaciam ab illa quae est crucis
non sic baptismus a baptismo. Ad quod obicitur quod potior est veritas quam figura et signatum quam
signum etc. Dicendum quod hoc verum est ubi signum habet rationem signi vel umbrae tantum sicut
dicit Glossa [illegible] Hebr. x° et in bonis melius est signatum quam signum, sicut refrigeratorium
melius est tamen remissionis passio autem Christi, licet sit signum immolationis quotidianae in alta-
ri, nihilominus immolatio illa verior fuit quam ista, et ista fit in memoriam illius. Unde
Augustinus de Trinitate: cuius morte domini liberati sumus, huius rei memores in eden-
do et potando carnem et sanguinem, quae pro nobis oblata sunt, significamus.

Sed d. a. utrum uirtute huius sacramenti deleatur culpa et pena / Et arguitur quod sic / quia
quanto deus procliuior est ad miserandum / quam ad iudicandum / et conferendum beneficium quam
ad puniendum, Jacobi 2º / quia superexaltat iudicium / Sed hoc modo superexaltat iudicium
indigne accedentes incurrunt deum in iudicium / non solum quantum ad lapsum in culpam
sed et quantum ad obligacionem et penam / Ergo quod digne accedentibus fiet diuina misericordia
quantum ad relaxacionem culpe et pene sed uirtute huius sacramenti tollitur pena / Item
in medicina corporali ita est / quod medicina debet proporcionari morbo / unde forti
morbo congruit fortis medicina leui leuis / Illa autem medicina que est maioris
nocumenti / maioris uirtutis est / a simili in spiritualibus debet medicina proporcionari morbo et
illa que est improporcionabilis morbo / et ex hoc est maioris nocumenti / maioris uirtutis
est / Sed hec medicina / que improporcionabilis est / ut quando datur indignis maioris nocu-
menti est / nam cum medicina spiritualis est tanti nocumenti indigne accipientibus / sed est
maioris uirtutis / ergo eciam uirtute alicuius sacramenti tollitur culpa et pena / et uirtute huius
que maioria est debet tolli et culpa et pena / Contra si hoc sacramento deleretur culpa
et pena / omnes infirmi qui decedunt / statim post susceptionem euolarent / Item omnia
alia superfluerent sacramenta / Responsio sine preiudicio / quod effectus huius sacramenti non est dimissio
pene principalis / ubi dimittitur pena frequenter in susceptione huius sacramenti / sed hoc
magis est ex disposicione suscipientis / quia ut habetur Exodi xii° / Agnus paschalis debet comedi
cum lactucis agrestibus id est cum amaritudine doloris de peccatis preteritis / et compassione mortis Christi
et dolore isto comedentes maiorem dimissionem pene magis in susceptione / unde
dimissio pene magis est in susceptione huius sacramenti ex disposicione suscipientis quam
uirtute sacramenti / Ad primum obiectum uidelicet dicitur / quod qui indigne accedit incidit in
iudicium dei et quantum ad penam et culpam / sed qui digne accedit etc. / Et dicendum quod non oportet
/ quia qui indigne accedens incidit in iudicium dei / quantum ad culpam et penam / hoc
est iusticia dei que requirit ut peccata puniantur / unde Bernardus / Optabam ut deus peccata
mea nesciret / uel punire non uellet uel non posset / et ita deum esse nescientem
uel iniustum uel impotentem / quod si esset deus non esset / unde si non esset iustus in puniendo
peccata / non esset deus / nec tamen in puniendo misericordia superexaltat iudicium Jacobi / quia punit
citra condignum / sed in misericordia superexaltatur iudicium in puniendo / quia semper misericordia diminuit / misericordia
dico quantum ad effectum / similiter in retribuendo / quia retribuit supra merita / ubi autem aliud
effectus est preuia gracia / non dicitur misericordia superexaltare iudicium / quia totum quod ibi fit est ex misericordia
/ Sed in aliis ubi concurrunt misericordia et iudicium / misericordia superexaltat et prior est ad misere-
randum quam ad iudicandum / non excludit tamen semper est / quod ubi est misericordia gracia aliquid prestat
beneficium / quod quicquid preter ex misericordia sed fiat / propter non sequitur / quod in opere misericordie dei / quod deleat
culpam aliquam uirtute huius sacramenti quod remittat penam / Ad idem quod obicitur / quod medicina
que est maioris nocumenti maioris est uirtutis etc. / Dicendum quod hoc intelligitur de medicina est quadam
uiolenta accione agit in suscipientem / Item talis autem medicine accio magne uiolen-
cie et magni nocumenti est iudicium maioris uirtutis / sed indigna susceptio huius me-
dicine spiritualis tamen est magni nocumenti / non est hoc quod medicina agit in suscipientem
Sed quia suscipiens contumaciter peccat / cuius peccati ipse est causa / non accio medicine
unde Augustinus in libro de trinitate / Bona malis possunt obesse / unde apostolus cum manducat
et bibit indigne / iudicium sibi manducat et bibit / non quia illa res mala
est / sed quia malus male accipit quod bonum est etc.

Richardus in sexto quarti distinctione xxiij articulo v° questione iija et quemadmodum nutrimentum corporale restaurat deperditum et deducit individuum ad quantitatem perfectam, sic per istud sacramentum quod est nutrimentum anime spirituale, restaurat illud quod perdidit anima per peccatum veniale. Unde hoc quod per huius sacramenti susceptionem peccata venialia remittuntur et augetur caritas in perficiente et quia caritas est aliquarum virtutum forma, sicut patet in iij° sententiarum distinctione xxiij in ia questione de virtute caritatis sicut fidei forma, ideo per augmentum caritatis alie virtutes augentur, vel quantum ad essentiam, vel quantum ad fervorem eliciendi in subiecto, vel quantum ad perfectam actionem, seu quantum ad omnia ista simul quod probabilius est illud.

Consequenter queritur de effectu huius sacramenti in collatione boni. Utrum hoc sacramento augeantur virtutes. Et in quibus hoc sacramentum habet efficaciam. Et arguitur quod hoc sacramento augentur virtutes. Dicit enim Innocentius. Per huius sacramenti virtutem unitive virtutes augentur et omnium gratiarum fructus exuberant. Et Hugo super sententias in iiij° distinctione xiija post illum eundem effectum. Item hoc sacramentum proprie est sacramentum unionis, aut ergo gratia de novo unit. Constat quia unitas magis unit. Sed hoc fit per augmentum virtutum ergo etc. Contra si hoc sacramento augerentur virtutes, videtur quod totiens posset sumi quod contingeret pervenire in hac vita ad summum gradum virtutis, et maxime ad summum gradum caritatis. Cuius contrarium dicit Augustinus dicens quod illud preceptum Deuteronomii vj° Diliges dominum deum tuum ex toto corde, non potest adimpleri in via. Item augmentum virtutum est effectus baptismi et confirmationis, non ergo huius sacramenti. Item huius sacramenti unus est effectus proprie, sed ergo magister assignat plures. Propterea quod est ille unus. Item una aucta una virtute augentur omnes, ut habetur Apocalypsis xxi ubi civitas in quadro posita glosa, latera marmorea principales virtutes, quarum una non excedit aliam, et nunc effectus huius sacramenti assignatur augmentum caritatis, magis quam aliarum virtutum. Respondeo quod hoc sacramento augentur virtutes, sed non ex hoc sequitur quod contingat pervenire ad summum gradum virtutis in via frequenti sumptione huius sacramenti, quia etsi virtutes augentur hoc sacramento, quia hoc sacramentum datur ad robur, medicinam et remedium, magis fit et augmentatio quantum ad robur, ne succumbat temptationi adversitatis, et in remedium, ne succumbat temptationi adversitatis voluptatis, et in medicinam quantum ad curationem venialium, quam quantum ad augmentum secundum essentiam virtutum. Unde quantum ad tantum augentur virtutes hoc sacramento, scilicet quantum ad roborandum contra temptationes adversitatis unde dicitur panis confirmat cor hominis, quantum ad efficaciam efficiendi actus sobrietatis contra incentiva voluptatis. Unde glosa super i ad Corinthios xi° Accepit Iesus panem Ebrietas felix salutaris satietas, que quanto copiosius sumitur, tanto sobrietatem mentibus donare dignatur quantum ad curationem venialium unde Gregorius in oratione paschali Det nobis hoc sacramentum salutis vel quia nos quotidie peccamus, et ille iam mori non potest, per istud sacramentum remissionem peccatorum consequimur. Ad illud quod obicitur quod virtutes augentur per baptismum et confirmationem etc. dicendum quod quantum ad plura augmentantur et diversa, et diversimode per diversa sacramenta, per baptismum enim augentur quantum ad expeditionem suorum actuum et enim quod per baptismum tollitur peccatum quantum ad culpam et penam, que sunt magna impedimenta exercendi virtutum in suos actus efficiuntur expedite ad operandum conformiter per confirmationem augentur quantum ad facilitatem aggrediendi ardua et difficilia, cum est confiteri publice fidem Christi. Per hoc sacramentum augentur quantum ad radicationem, ideo enim quod per hoc sacramentum redditur caritas ferventior et fortior, que est radix virtutum, et ipsa caritas firmius radicatur, et alie virtutes consequenter ex ista firmiori radicatione augentur quantum ad tria predicta, scilicet robur remedium et medicinam. Ad id quod subiungitur quod unius sacramenti unus est effectus etc. dicendum quod hoc verum est primus et plures tamen sunt consequentes effectus autem huius sacramenti primus est unio membrorum cum capite Christo, et membrorum adinvicem caritate mediante. Unde Augustinus Sicut panis et vinum confectum dicendum ex multis granis, et vinum confectum ex multis compositum membris, sic ecclesia ex multis fidelibus caritate copulante connectitur. Ad hoc quod queritur quare magister in sententiis specialiter dicit de caritate quod per hoc sacramentum augetur magis quam de aliis virtutibus dicendum quod eodem spiritu vegetantur omnia membra corporis unius sed spiritu proprio istius corporis cuius sunt membra, sed tamen magis et minus, secundum quod membra iam magis vel minus vivunt corpori vivificato per spiritum illum. Sic dico de corpore spirituali vivificato, scilicet corpore Christi mistico quod sumentes eucharistiam Christo incorporantur et ei spiritualiter obligati vivunt et corpus spiritu eius amplius vivificatur, sed spiritus Christi scilicet

est qui et totus est per appa̅ratorum / sic sumendo eucharistiam spiritualiter et sacramentaliter corpo-
raliter attendimus / et ideo dicitur spiritualiter quod eucharistia est ad augmentum caritatis / quia est
sacramentum amoris / et etiam unitatis / quia spiritualiter nos unit Christo / In quibus habeat efficaciam

Consequenter quaeritur / in quibus hoc sacramentum habeat efficaciam / Et circa hoc quaeruntur quatuor / et
primo utrum habeat efficaciam in malis / secundo dicto quod non utrum in iustis / tertio utrum
maiorem efficaciam habeat in iusto sumente sacramentaliter et spiritualiter / quam in sumente spiri-
tualiter / quarto utrum habeat efficaciam in beatis / Circa primum ad primum / an hoc sacramentum habeat efficaciam in
iniusto / scilicet qui est in mortali peccato / Et quod sic videtur / Fabianus papa / Et si non frequentius / saltem
ter in anno / videlicet homines fideles communicent / nisi forte quis maioribus criminibus quibuslibet impe-
diatur / In pascha videlicet in pentecosten / et natale domini / ex quo canone habetur / quod ter
in anno debet fidelis accedere ad sacram communionem / nisi impediatur maioribus criminibus / Sed con-
stat quod venialia peccata non dicuntur crimina / sed mortalia / ergo maiora crimina dicuntur graviora mor-
talia / ergo videtur quod non mortale quodlibet impedit accessum huius sacramenti / ergo nec effica-
ciam eius / Item si aliquis ficte ut adultus non contritus accedat ad sacramentum baptismi
/ licet sacramentum baptismi tunc non habeat effectum in illo / habet tamen postea / scilicet data sibi gratia contritionis /
Ergo videtur de hoc sacramento / quod si aliquis indigne accedit ad ipsum / propter quod impediatur
efficacia sacramenti / si postea efficiatur dignus / quod ipsum sacramentum efficaciam habebit in eo / et non
videtur quod aliter in ficte baptizato habeat esse / In oppositum arguitur sic / hoc sacramentum habet effi-
caciam mediante manducatione spirituali / manducatio autem spiritualis non fit / nisi mediante
caritate / ergo efficaciam non habet nisi in habente caritatem / Item ad istam partem / sunt etiam
auctoritates posite in precedenti precedenti / Respondeo quod sacramentum istud non habet efficaciam
nisi in iusto / Hanc enim propter pretium salvatoris recordationem habe vertentis expressionem
divine caritatis / remedium habuit infinitum / quae in huius sacramenti susceptione continetur / non potest
sumi ab iniusto sine maxima ingratitudine et contemptu / Unde quia iniustus indevote ac-
cedit ingratitudine / non habet in eo sacramentum hoc efficaciam / Sed ad argumentum ante oppositum
dicitur quod Fabianus papa vocat maiora crimina mortalia peccata / Crimen enim sumitur
taliter proprie et magis proprie / Communiter enim dicuntur peccata venialia crimina / quae sunt frequentis
iterationis hominem vilem ostendunt in quantum proprie crimine dignum / Unde enim dicitur / quam vilis
facta es nimis iterans vias tuas / Proprie dicuntur crimina mortalia peccata / quae propter iniquitatem
et dispendium / quae inferunt homini / ipsum efficiunt in conspectu dei crimine dignum / Magis proprie
dicuntur crimina illa peccata / quae criminalia dicuntur / utpote propter quae potest homo haberi in iudicium
et dignus accusatione / peccata ergo mortalia dicuntur crimina / et graviora respectu venialium

Ad aliud quod habetur de eo qui accedit indigne ad sacramentum baptismi et postea efficitur
dignus / totum assequitur effectum huius sacramenti / Dicendum aliter quod non / et ratio est hec / quia
in sacramento baptismi sunt tria / scilicet sacramentum tantum / et res et sacramentum scilicet caracter / res tantum scilicet gratia ablu-
ens / Habente primo quod est res tantum / scilicet in ficte suscipientibus / si non tenuit / nichilominus
si postea susceptionem sacramenti sequatur contritio / habet illud quod efficiebat / scilicet res sacramenti
tantum scilicet gratia / Unde quia ad illud quod est sacramentum tantum scilicet illud quod est res et sacramentum
et sunt contrarium sapiunt addunt / quod est res tantum scilicet gratia nullo sit ablucionem et colorem
quae est sacramentum tantum scilicet contritio / habet complete res sive effectum sacramenti baptismi / et hoc
est / quia quantumlibet suscipit sacramentum baptismi / suscipit illud quod est res et sacramentum
scilicet caracter / Non suscipienti dispositio ad susceptionem rei tantum / quae est complementum
sacramenti / Sed qui aliquis sumit eadem sacramentaliter tamen / non est hoc aliquo dispone-

ad assequendum rem sacramenti eucharistie in plenitudine / sed pocius impedit et inhabilitat
ad illud / Cum comestio sacramentalis tantum / nullus operatur ad assecucionem effectus alicuius
huius sacramenti / et ideo est / quod eciam aliquos sequitur ad indignam sumpcionem non assequuntur
sumentes effectus ipsius sacramenti
Secundo queritur utrum hoc sacramentum habeat efficaciam in iustis sic consequenter / et videtur quod sic per
hoc quod habet efficaciam ubi non habet obicem / ergo etc. / Item sacramentalis manducacio habet
efficaciam quando est coniuncta spirituali in iusto manducante / quia spiritualis manducacio est
in Christo manere / ut dicit Augustinus / Sed omnis iustus manet in Christo ergo etc. / In oppositum
arguitur baptismus non habet efficaciam in adultis / nisi se preparet ad suscipiendum effectum illius
Similiter nec hoc sacramentum / ut patet i. Cor. xi. ubi dicitur / probet autem seipsum homo / et sic de pane il-
lo edat et de calice bibat / Super quo dicit glossa / probet in examinet et purget seipsum / utrum
peccatum sit quotidianum vel non mortiferum / et dimittat confratri accessurus ad
altare / et dicat / dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris / et sic securus accedat
/ et de pane illo edat / Ecce quod requiritur preparacio scilicet per clamacionem et pur-
gacionem / Item efficacia huius sacramenti / consistit in delecione venialium / et augmento
virtutum / Sed venialia non dimittuntur / nisi quando se preparet per contricionem / eciam cum actu
non sunt commissa / Similiter nec virtutes augentur / ergo non in omni iusto habet efficaciam
hoc sacramentum / Item contingit accidit quod iustus habet consciencia se credit peccasse / vel quod
sit in peccato mortali / iustus est / quia frequenter peccatum veniale reputatur mortale a
perfectis / Iuxta illud perplexe / Delicta quis intelligit / nec tamen perplexe cadit a iusticia / Sed
si talis accederet / indigne accederet / nec assequeretur effectum sacramenti / Ad hoc respondetur
secundum allegatum / quod hoc sacramentum non habet efficaciam in iustis / cum iustus accedit
ad altare / ita tepide et indevote / et ita sine debita reverencia / et ti-
more / et cum tanta distraccione animi / quod nullum reportat comodum / licet non in-
currat offensam mortalem / Requiritur ergo quod iustus / ad hoc quod hoc sacramentum habeat in eo
efficaciam / quod ex eo comodum reportet / quod preparet se considerando ad quid accedit / et
utrum cum devocione et utrum reverencia accedat / Unde glossa super illud i. Cor. xi.
Non diiudicans corpus domini / per hoc quod dicit debet devote / et cum timore acce-
dere ad corpus / quia deus est cuius cibum sumimus / ut gratiam videamur reddere receptori
Ut ergo non impediatur efficacia huius sacramenti / debet accedens tibi istud ab aliis
discernere actu fidei / deinde seipsum examinare et purgare / deinde cum devocione
et reverencia illud assumere / hoc patet per opposita istorum / que accidunt cum quis
indigne accedit / ut patet ex textu et glossa i. Cor. xi. / Ad illud quod obicitur
quod in vivo iusto non invenitur obex etc. / Dicendum quod omissio preparacionis obex est /
non tamen peccatum / Ad illud quod iustus habet manducat spiritualiter / Dicendum quod sicut quod spiritualiter man-
ducare est in deo manere / sicut dictum opponendo / sic iustus habet manducat spirituali-
ter frequenter manducantibus hoc modo / non habet hoc sacramentum efficaciam / propter negligenciam
et insufficientem reverenciam / et alios defectus qui in frequenter accidunt ex parte
manducantis / Cum autem quod spiritualiter manducare / est digne manducare / puto quod
dico digne modo oppositum / dicitur ei quod est indigne / sed quod indigne manducare
describitur i. Cor. xi. / In spiritualiter manducantibus habet hoc sacramentum habet efficaciam
ad istud autem modum manducandi spiritualiter requiritur preparacio supradicta
Tercio queritur / utrum hoc sacramentum habeat maiorem efficaciam in sumente sa-
cramentaliter et spiritualiter / quam in sumente spiritualiter tantum / et arguitur quod sic / quia
quicumque baptizati sunt seu baptizantur baptismo flaminis tantum / Similiter baptismo fluminis tantum

Sicud baptismus fluminis et flaminis. Ergo baptizato baptismo fluminis et flaminis divina beneficia
uberius asscribuntur, quia eis omnino remittitur culpa et pena, quam baptizato baptismo flaminis
